3 noc.[Grauis] moribus † nõ honoribus, & vide quod nõ. de testi. licet ex quadam, in eadem gloss.[Iuramenta] supra de proba. iurauit, contra supra de testi. series. ibi soluitur. Hostien.[Arbitrium] q. d. licet multa dixerimus. & te instruxerimus, & multa dicant iura circa hãc materiam; tamen cum ex varijs causis varia præsumantur, nec propter malitiam hominũ, & varietatem temporum certa regula dari possit, finaliter arbitrio tuo relinquimus, vt pensatis personis, causis, & tẽporibus facias hoc, vel illud. arg. infra de homic. sicut, de transac. c. 2. & ff. de vlt. mora. ff. de testi. l. 1. ff. de verbo. obligat. continuus, & no. supra eo. præterea 2. & c. sicut, in fin. & in cap. seq.[Propinquorum] quos episcopus non habeat
4 † suspectos, vnde quod supra prohibet recipi parentes, hic vero propinquos recipi permittit, procedit ex suspitione, quæ procedebat ex oblatione, quia se ingerebãt. ff. de procur. quæ omnia, secundum Pet. & Abb. vnde illos repellet episcopus, & alios admittet, de quibus cõfidet, quod verum loquantur. posset aliter intelligi, vt ibi parẽtum, quod est supra, sumatur pro genitoribus tãtum, facit 4. q. 3. parentes, & infra de his quæ fi. occi. c. fin. non pro consanguineis alijs, sicut 30. 3. q. 5. cap. 1. & 35. q. 6. de parentela, vt quando aliqui tractant de matrimonio filiorum, & ipsi sunt principales auctores contractus, testimonium ipsorum velut principalium & suspe&um repellatur, aliorum vero consanguineorum admittatur, vt hic. Beati. dicit, quod iuramẽta propinquorum volentium computare gradus recipientur, vt
5 hic, sed si cõputare nolunt, non, vt supra[docere] † nec tu per te de plano potes certificari, & sub. hic Pe. etiam si sit grauis persona, quæ denunciauit. ¶ Gl. 2. notat, rationem reddit, signat contrarium, & soluit. ¶ Glo. 4. signat ẽt contrarium, & soluit, arguit, & remittit. Glo. 4. alleg. duas concor. signat vnum contrarium. ¶ Antep.
6 gl. & vlt. eliciunt duo notanda. ¶ In † gl. 1. in fi.]& forte dicebantur banna, quia sub banno, vel sub pœna excommunicationis præcipiebat sacerdos, quòd nullus impedimẽta celaret, arg. 16. q. 1. statuimus. Host. ¶ In gl. 2. in fi.] vnde no. ex hoc Host. quòd iudex non debet re-
a putare famam, nisi coram eo probetur a ¶ In glo. inio, ibi, denunciante] vtique ideo minus admittenda esset, de consessi. c. 1. de testibus. veniens. vel dixit igitur Host. hoc arbitrarium. vt episcopus possit admitt. re, etiã turpes personas hic denunciãtes, si sibi videbitur propter periculum animæ. 2. q. 1. si peccauerit, vbi de hoc, & si sibi videbitur, repellere. & facit quod dixi secundum eum in contrario, & supra super ver. arbitrium. ¶ In gl.

7 ergo fama, ibi, inquisitionis, in fi.] So. vt ibi dixi super vlt. gl. ¶ In gl. summaria: ibi, strepitu] vnde † dicebat Innoc. quod sine ordine iudiciario, & sine testibus poterat quis certiorari de fama: vide quod dixi de postu. c. 1. super ver. requisitus, per quod intelliges, quod hic dicit de testibus, & habebis cõcordantias. ¶ In gl. vlt. in fi.] adde quod dixi infra de accu. cum oporteat.

ADDITIO.

a Probetur. Idem dicitur de notorio. vide Io. And. in c. bonę. el 1. super gl. & ista de elect.

SVMMARIVM.

1 *Mulieri negãti se in matrimonium consensisse nõ creditur, & quando matrimonium verò contractum ab ea per metum nõ tenet, & quem, & auditur, & num. 2.*
2 *Mulieres alicubi desponsantur primò, & postea, & quando benedicuntur, quamdiu post benedictionẽ in virginitate manere moneantur.*
3 *Matrimonium non præsumitur, nisi probetur, nisi in casu.*
4 *Assertio patris non iuuat, nec iudicis, nisi probet, & num. 5. Protestatio mulieris contraria facto non prodest, nisi in casu, & quo num. 8. cir. fin.*
5 *Veraciter, pro libere.*
Negatiua pregnãs differt a pura, quæ sint vtraque, & earũ diuersi effectus.
Violentia legitime proposita non excusat.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.*
Metus vanus non excusat.
8 *Additio glossarum.*
Vis, seu metus non purgatur ex cohabitatione mulieris cum viro vel copula si continuet.

CAPVT XVIII.

1 Consultationi. C. Mulier † quæ negat se in matrimonium cõsensisse, nõ creditur marito probante contrarium, sed si probat se cõsensisse per metum, qui potuit cadere in constantem, non tenet matrimonium, duos casus determinat. secũdus ibi, sanè illis. dicebat Host. simplici assertioni mulieris dicentis se nũquam in virum matrimonialiter cõsensisse, est cõtraria sufficiẽs testificatio præferenda. Porrò si statim aufugit nec cognita fuit, & de coactione offert testes idoneos, nõ est eidẽ audientia denegãda[Veniunt] matrimonio
2 iam contracto. Vin. vnde in quibusdã locis † est cõsuetudo, q mulier primò desponsatur. deinde interdũ post lõgum tps, die qua traduci dẽt, benedicitur[Valuas] i. fores. 50. dist. penit. 3. de el. & in causis. §. 1. Host.[Benedicendæ] postquam benedicuntur, mõnẽtur triduo, biduo, vel saltem ea nocte in virginitate, vel castitate manere. 24. dist. c. vlt. 30. q. 5. aliter, Thob. 6. in fi. 8. in prin. dicit Host. & ibi. Subarrhatur. Tu dic, vt sup. dixi, consensisse, & forte certum est episcopo eas longo tẽpore cohabitasse sponsis, vel eas consensisse in copulã, & posset variari iste casus à sequẽti, secundum Host.[Idoneis] forte parentibus, vel alijs asserentibus eã cõsensisse. vnde, & si vellet probare nõ cõsensisse, nõ audiretur,
a sed si vellet probare nõ veraciter cõsensisse, audirẽtur a vt 7. prox. ri. qđ differt in hoc sm Host. & ideo dixit in-
3 fra simplex assertio, i. m eũ[Testibus] si non † apparẽt testes, non præsumetur matrimoniũ, nisi probetur, sed stuprum vel adulterium. 30. q. 5. quod intelligas in facto recenti. Si. n. longum tempus lapsum esset, pone 40. anni a tempore contractus, sufficerent præsumptiones probabiles, scilicet quod semper tenuit ipsam in vxorem, & ad mẽsam, & ad lectum, & extra prædicta. C. de nup. si vicinis. ff. de ri. nup. in liberæ. Idẽ in clandestinis. nec mirum, quia per tales præsumptiones nedũ impeditur matri-

matrimonium, ſed etiam ſeparatur, ſupra de præſump.
tertio, & c. præcedenti, & ibi de hoc, ſecundum Hoſtié.
4 [Aſſertio] ſi igitur † vellent probare, bene audirentur
multo magis, quàm poſt benedictionem: ſed pro ſe e-
tiam cum iuramento nil probant, ſecundum Phi. [Re-
cepta] forte coactione, p parentes adhibita [Aufugiũt]
quamcito poſſunt, ſupra eo. ad id. q ſi proteſtatur ſibi
diſplicere, & remanet, dicit Vinc. q ſibi præiudicat, &
factę proteſtationi derogat, de ap. ſollicitudinem, alle.
in contrarium, ſupra quod me. cauſa. cap. 1. dic vt dixi
ſupra eo. tua, ſuper gloſſ. 1. [Veraciter] l. liberè. q. d. non
5 ſponte, & ideo debent audiri, cum ſit † negatiua præ-
gnans, ſupra de renunc. ſuper hoc: ſecus in pure negan-
tibus, vt proximo reſpon. Hoſtien. vnde hoc ſolum nota
bat Abb. ex decre. quòd violentia illegitimè propoſita
non excuſat: ſecus, ſi legitime proponatur [Denegan-
da] etiam ſi agatur poſſeſſorio, ſupra de reſtitut. ſpol. ex
tranſmiſſa, & c. ex parte. alij tamen dicunt contra In-
noc. [Conſtantem] ſaluo eo, quòd no. ſupra eo. cum lo-
cum, in prima gloſſ. [audiendæ] cum effectu, vt ſcilicet
matrimonium ſepararetur, ſupra eo. tue, & c. veniens,
6 & c. cum locum. Hoſtien. ¶ Prima † glo. arguit à contra-
7 rio, & illi argumento opponit, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. pe-
nult. ibi. §. 3. alias 2.] vide de iura. calum. cap. 2. ſuper
2. glo. ¶ In glo. vlt. ibi, metus] vide de iureiur. verum, ſu
per gl. 1. [& ibi, ſi quis ab alio] vani timoris nulla eſt ęſti
matio. & ideo in æſtimatoria, qua agitur contra illum,
qui ſatiſdare promiſit pro illo, a quo ſtipulatus fueram
10. quandoque nil venit æſtimandum, vt quia ille pro-
8 miſſor eſt locuples. ¶ In † gloſſ. 1. ibi, credendum] quia
nec iudicis aſſertio præualet legitimis probationibus,
ſupra de teſtibus, cum a nobis, de probationibus,
quoniam contra, Goff. ¶ In glo. 2. ibi, videntur] niſi ap-
pareat eas inuitas detentas & coguitas ſecundum Vin.
¶ In glo. no. q. ibi. c. vlti.] & infra de electio. vbi pericu
lum, libro ſexto.

ADDITIO.

1 ¶ Audiretur. Niſi præſupponeretur vnum tantum fuiſſe matri-
monium, quia tunc etiam dictio probaretur negatiua, de proba-
tion. tertio, & vide ibi Ioan. Andr. in c. bonæ, el primo. ſuper 1. gl.
de elec. & vide l. fi. C. de re. cred. & ibi no.

SVMMARIVM.

1 *In matrimonijs & ſponſalibus debet eſſe libertas, & an obli-*
get pœna promiſſio, & nu. 2. 3. 5. 6. an pignus, n. 7. & 9. vi-
de alia, num. 8.
2 *Parentis appellatio hic large accipitur.*
3 *Stipulatio non tenet. vbicunque ſit contra bonos mores.*
Ad Eccleſiæ iudiciũ recurritur ſuper acceſſorio matrimonij.
Matrimonij acceſſoria quæ.
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Arrha poteſt & quanta in ſponſalibus interuenire, & dupli-
catur per eum, per quem ſtat, et quando plus, n. 7. vbi latius,
& num. 9. & cur permittatur, & non pœna, vel pignus,
num. 7. & 9.
6 *Additio gloſſarum, & num. ſequentibus.*
Obligatio non cadit in infantem, niſi fiat locupletior.
7 *Per retentionem nobis quandoque conſulitur, quod alias non*
liceret, ver. ipſe tamen.
8 *A ſponſalibus reſiliendi quæ iuſta cauſa.*

CAP. XIX.

1 Gemma mulier. Caſus. In † matrimo-
nijs, & ſponſalibus de
bet eſſe libertas: vn-
de in eis promiſſio pœnæ non obligat, & duo facit. in
prima parte ponit mulieris querelam. in ſecunda dat ſi-
bi iudicem. 2. ibi, cum itaque. Dicebat Hoſt. ſi ſub certa
pœna à parte renuente committenda contrahuntur ſpõ
ſalia; non poteſt peti, quia libera ſunt matrimonia [Cõ-
traxit) ſpretis ſponſalibus, quæ contraxerat cum filio.
B. vt ſequitur, Hoſtienſ. (Pœnam) ſecus in legato reli-
cto vt cũ tali contrahat. ff. de condit. & de. Titio. §. Ti-
tio. Vin. (Ab ipſa) ſcilicet G. filia, vel Gemma matre. ſi-
2 cut enim inter † contrahentes non tenet pœnæ ſtipula-
tio, ita nec inter contrahentium parentes, & paren-
tem accipe non ſolum eum qui habet in poteſtate perſo
nam, de qua agitur, prout accipitur C. de rei vxo. ac. l.
1. §. accedit. C. de pa. conuen. tam ſuper do. ex morte.
imo & illum, qui talibus in aliquo attinet, & quem res
tangit. extraneum vero illum, quem in nullo tangit.
Hoſtien. (Extorquere) ſonat in vitium. Hoſtien. (Libe-
3 ra † matrimonia) contrahenda. 31. q. 2. ca. 2. de neptis,
vel etiam diſſoluenda. vnde nec tenet pœnę promiſſio,
cum promiſi vxorem de adulerio non accuſare. C. de
inuti. ſti. l. 2. ſecundum Vincen. qui hoc no. ſupra eo. re-
quiſiuit. quod dic, vt ſupra de iureiuran. quemadmo-
dum. & adde quod no. eo. c. tua. 2. Idem dixit hic, vbi-
cunque ſtipulatio eſt contra bonos mores; ad hoc infra
de reg. iur. in malis, lib. 6. cum ſuis concor. (Eccleſiaſti-
ca cen.) ſic recurritur ad iudicium eccleſiæ ſuper pœna,
quæ eſt acceſſoria matrimonij, ſicut & ſuper dote, de
4 dona. inter vi. & vxo. de prudentia. Hoſti. ¶ Glo. 1. † po
nit duas lecturas, ſecundum primam duplex eſt cauſa.
iuxta ſecundam vna tantum. ¶ Vlt. glo. reſpondet per
q. an teneat ſtipulatio arrharum, tenet q ſic. arguit in
5 contrarium. redit ad primum. ¶ In † glo. 1. ibi, non du
bium) vide de fo. compe. ſi diligenti, ſuper vlti. gl. ¶ In
glo. vlti. ibi, l. vlti.) arrha poteſt in ſponſalibus interue-
nire, & duplicatur per eum, per quem ſtat, & licet vſque
ad quadruplum ſtipulari [& ibi, Titia) inhoneſtum eſt
matrimonia ſiue futura, ſiue contracta vinculo pęnæ cõ
ſtringi (& ibi. l. 2.) incipit, libera. & vide de iureiur. tua
6 nos, ſuper gl. 2. ¶ In † glo. 1. ibi, non tenuit] vnde dice-
bat Goffre. quòd tria faciunt, ne detur pęnæ exactio, li-
bertas matrimonij, vt dixit tex. principale, quod nõ te-
nuit, vt dicit glo. Item ætas infantilis, in quam non ca-
dit obligatio etiam naturalis. ff. de act. & ob. l. furioſus,
vel niſi ex eo contractu pupillus fiat locupletior. ff. de
condi. inde. naturalis. ¶ In gl. vlt. ibi, admittit) hoc quã
7 do † ſterit per dantem arrhas. Si vero per recipientem,
reddit duplicatas, niſi expreſſe dictum ſit, quod quadru
plicatas, vel triplicatas, reddat. C. de ſpon. mulier. 1. re-
ſpon. & §. quadrupli. Idem dicimus in pignoribus, cum
pignora dicantur arrhæ. C. de remiſ. pigno. l. 1. Inn. Ho
ſtie. dixit melius facere, infra de do. inter vi. & vxo. & ſi
neceſſe, de arbi. expoſita. Ipſe tamẽ Hoſt. per prædi. de
cre. & ſi neceſſe, dixit, infra de eo. qui cog. con. ueniẽs.
2. pignora hac occaſione data retineri non poſſe. Guil.
in Specu. de ſpon. §. 1. igitur, in fi. dicit pignora interue
nire poſſe, rationem reddens diuerſitatis. quia qui tra-
dit pignora, non ſe obligat, ſed illa perdit, & ſic per re-
tentionem conſulitur, ſed pęnam promittens ſe obli-
gat, & plerunque conſulitur alicui per retentionem,
cui non datur actio. ff. de do. ex. Paulus, & eadem ratio
in arrhis poteſt reddi. Quod autem de pignoribus di-
cit, probat per l. ff. de ri. nu. ſi quis officium, & C. ſi re.
pro. l. 1. per quam hoc bene probatur: & credo, q hanc
l. induxit Innocent. & vitio ſcriptoris fuerit corrupta.
C. de remiſ. pi. quæ nil facit, Accur. in l. Titia. ff. de verb.
ob. quòd ſi pignus datur pro arrha, tenet, ſi pro pœna
non tenet. vnde dice. Ia. de Aret. ſi pignus conſtituitur
per conuentionem, non tenet, ſicut nec conuentio pę-
næ: ſi per traditionem, tenet, ſicut & traditio arrha-
rum, vt ſcilicet ſit pignus accipientis, ſi ſtat per dan-
tem; vel ſi ſtat per accipientem, reſtituat duplicatum.
vel ſi vterque dedit, is perdat, per quem ſtetit. Con-
cordando opiniones æque videtur diſtingui in quan-
titate pignoris, vt infra dicam de quantitate arrharum

ſed

ſed an contractis ſponſalibus per ſtipulationem ag:tur
ex ſtipulatu? gl. 2. in præ. l. Titia, dicit quod ſic. ad inter
eſſe. & facit quod no. ff. de ſpon. l. 2. alibi dicit contra-
rium. ff. de verbo. obliga. ſi ſtipuler. & hoc communius
tenetur, alias ſequeretur, quod ageretur ad pœnam, quã-
ti intereſt contra hæc iura, argumen. ff. de ſer. ex. l. Ti-
tius, nec per hoc dico ſtipulationem inutilem, quæ po-
teſt in arrhis aliquid operari, vt prædixi. Dyon. diſtin-
guebatur, aut agitur ad intereſſe ratione damni; & tũc
in eo, quod abeſt, agi poteſt, quia non eſt pœna reſpe-
ctu agentis, ſed rei perſecutio. aut agitur, ratione lucri,
quod futurum erat ex matrimonio, quod ei non adeſt,
matrimonio non contracto, & tunc non agitur, cum hæc
ſpecies ſit pœnæ, argum. ff. de fur. ſi is cui. ff. de dam. in-
fec. l. Proculus, ſed cum per hoc impediatur libertas ma
trimonij, dicũt quidam, quòd ſibi debet imputare, cui
damnum ſuſtinet ſciens, vel ſcire debens, ſtipulatio-
8 nem non tenere [& ibi, Iuſta † cauſa] puta, quia alius
infra biennium nuptias exequi noluit. C. de ſpon. l. 2.
vel propter mortem alterius, C. eod. arrhis. Item pro-
pter perſonam ſponſi, cum quo matrimonium interdi-
citur. C. eod. mulier. §. quem vero, & §. is quoque. Item
propter minorem ætatem; vnde ſecurius eſt parenti-
bus dare. C. de ſpon. l. vltim. Innocent. [& ibi, ſed vide-
tur] allegando dicit, quod poteſt per ea, quæ notauit de
procura. accedens, in gloſ. 1. & de conuer. coniu. ex par
te 2. in 3. glo. & quod dicit, infra ſecundum leges, intel-
lige. i. quia leges hoc dicunt, non quod intendat pone-
re ius diuerſum inter canones, & leges, & ſic ceſſet re-
prehenſio, quam facit Hoſtien. de hac glo. [& ibi, Qua,
9 eadem] imo poteſt † eſſe ratio diuerſi iuris: quia pœna
ſolum promittitur, arrha vero datur. & ſic faciliores
ſunt ad promittendum pœnam, quam ad ſoluendum ar
rham. Item quia arrhæ ſolent dari in parua quãtitate;
pœna vero in magna quantitate promitti. & ideo timo
re magnæ quantitatis ſoluendæ facile quis poſſet com-
pelli. hanc rationem aſſignat Rom. Hoſtien. dicit ſecun
dum vtrunque ius arrham quadruplicatam peti poſſe.
Pœnam vero quantumcunque ſtipulatam non. Ratio-
nem diuerſitatis reddebat, quia arrha datur, & in tra-
ditione rei ſuæ quilibet poteſt pactum apponere. ff. de
pac. in traditionibus. Item retinetur, & ſaluatur, ſi ſe-
quatur matrimonium. In ſtipulatione pœnæ nil datur,
& ſi contrahatur matrimonium, nulla retentio ſpera-
tur, vnde in arrha præſumpſit lex, quòd contrahens a-
micabiliter inducatur propter lucrum retẽtionis arrha
rum ad matrimonium: in pœna vero non eſt liber con-
ſenſus propter timorem incuſſum ex ſtipulatione pœ-
nali, repellatur ergo vt odioſa, & arrha vt fauorabilis
admittatur, & remittit ad ſum. eod. titu. §. & vnde di-
catur. Satis parum urget hoc vltimum dictum Hoſtien.
cum & timor perdendi arrhas vel reſtituendi quadru-
platas videatur etiam libertatem impedire cõtractus,
& ad contrahendum inducere alias non contracturũ,
quare communius approbatur 1. ratio. & adde, quod
dixi ſecundum Guil. ſupra ca. gl. Sed quia iam vidi con
ſtitutionem arrharum, & pignorum fieri in maximis
quantitatibus, vnde iam vidi arrhas de quatuor milli-
bus librarum, ſatis mihi videtur æquum ponderandum
quantitatem arrharum, & qualitatem perſonarum. Si
enim pauper homo dat magnas arrhas, quis dubitat
impediri per hoc libertatem matrimonij? quare ponde
rata ratione putarem non valere. & eadem conſidera-
tione dicunt quidam pœnæ ſtipulationem tenere, quan
do inter locupletes, vel magnates parua pœna promit-
titur, & ſecundum iſtos lex vltima de ſpon. C. pondera-
uit frequentiam actuum, vel quod communiter fie-
ri ſolet. inducunt. ff. de verb. obl. ſi ſeruum, alias, ſi Sti-
chum. §. 1. & quod ibi not. In eo, quod dicitur pœnam
non peti, diſtinguit Vincen. aut fit ſtipulatio inter per

ſonas habentes poteſtatem in illos, qui ſponſalia con-
trahunt, & tunc non valet, vt hic, aut perſonas extra-
neas, quæ nullam habent coerctionem in contrahen-
tes, & tunc valet. C. de indic. vidui. l. 1. ff. de condi. & de
mon. hæredes. §. 1. quia ratio huius decret. ceſſat, quia
dictæ perſonæ non poſſunt compellere contrahentes.
P. & hanc diſtinctionem Vincent. approbat Hoſtien.
quando extranei inter ſe bona fide faciunt ſponſio-
nem, vt ſi duobus loquentibus de ſponſalibus, vnus
promittit 10. ſi fiant, & alter totidem, ſi non fiant: ſe-
cus autem ſecundum eum, ſi promittant ſponſalia no-
mine mulieris, adiecta pœna nomine ſuo: ſi non fiant:
quia tunc non tenet pœnæ promiſſio acceſſoria prin-
cipali, quod debet eſſe liberum. G. in l. Titia. ff. de ver-
a bor. obl. ſimpliciter [a] dicit inter extraneos tenere. Alij
loquuntur ſic. aut vnus coniugum promittit extraneo:
tunc promiſſio infirma, aut promittit extraneus extra-
neo, & tunc refert, aut contrahere debentes ſunt ſubie-
cti promittentibus pœnas. & tunc eadem ratione non
valet. ff. de in ius vocando. l. 1. & 2. aut non ſunt ſubie-
cti. & tunc aut eſt tanta coniunctio, vel amicitia inter
ipſos, quod non eſt veriſimile illos reſilire a contractu;
& tunc idem. ff. de hæred. inſtit. l. hæres meus, ad finem,
& hic, aut ſunt omnino extranei; & tunc teneat pœnæ
b promiſſio. ff. de condit. & demonſtra [b]. cum ita, & præ
alle. l. 1. C. de indi. vi. ſæpe. vt dicit etiam Abbas, expe-
rimentum, quod vbi dubium eſt de obligatione com-
promittentium, promittunt extranei. & vide quod ſcri-
pſi in Speculo, de arbitris. §. 1. ſuper verb. item quid ſi
compromiſſum, in ſupple. quæ incipit, Di. verſi. tenuit
etiam ibi.

ADDITIONES.

a ¶ Simpliciter. Vide ibi Bar. & Bal. & Sali. & in l. ſi. de ſponſa. præ-
alle. & an promiſſio pœnalis in matrimonio validetur in cap. &
quid in ſpirituali matrimonio an caſtud habeat locum, vide Bar
tol. in d. l. Titia.

b ¶ Demonſtra. ad materiam facit, quod no. doc. & Bal. in leg. ſi
quam. C. de ope. lib. & c. ſciant, de ele. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per copulam ſubſecutam, & nu. 2.*
Matrimonium præſumptum præfertur vero in foro contentioſo, & quando præſumatur. vel tale dicatur, non auditur contraria probatio, excepto caſu. nu. 2. & nu. 4. infi.
Eiuſdem eſt effectus, cuius eſt & verum, dicitur fictum numer. 4.
2 *Conſentire quis dicitur etiam ipſo facto.*
Generos duos de vna filia quis facere non poteſt.
Etſi, pro quamuis.
Confeſſioni dicentium ſe coniuges, non ſtatur in præiudicium alterius matrimonij.
3 *Vis quæ excuſet in foro contentioſo, & quem.*
Fori contentioſi, & pœnitentialis non idem iudicium, & num. 1. & 4.
4 *Papæ poteſtas in matrimonijs, tique in vtroque foro parendum.*
Inhabiles ad matrimonia qui reddantur.
5 *Vxores plures non licet habere, niſi per diuinam reuelationẽ,*
Iuramentum primum derogat ſecundo, & quando.
6 *Epi ogus, & ſuffrag um glaſſarum, nu. 7.*
In præteritum præſumitur ex facto ſubſequenti, exempla hic.
Præſumptio iuris recipit probationem in contrarium, ex vltima, exemplo hic iuncta gloſſa, & nu. 8. vbi vide.
Chirographi cancellatio præſumptionem ſolutionis inducit.
Additio gloſſarum.
Præſumptio quotuplex, eiuſque virtus.

CAPVT XXX.

1 Is qui Caſus. Sponſalia † de futuro tranſeunt in matrimonium per carnalem copulam ſub ſecutam, ſed non per niſſum carnalis copulæ tantum. infra eo.cap.vlt. Dicebat Hoſtien. præſumptum matrimonium præfertur vero in foro contentioſo. & primò ponit dictum. ſecundò ſoluit obſtaculum, ex quo concludit.2.ibi, vel quia licet.tertia ibi, Ex quo [Mulieri] iſta mulier poterat eſſe eius vxor, erat autem ſponſa de futuro, & ſuit cognita non mutato priori ſtatu, & eis manentibus in eodem propoſito, vel ſaltem non proteſtantibus contrarium. alias per coitum non efficeretur matrimonium præſumptū, & admitteretur probatio in contrarium, ſecundum Vincent. Si verò non interueniret coitus, ſed ſola cohabitatio, vel donaria, vel dotis conſtitutio, non credit Vincent. ex hoc dici matrimonium præſumptum; ad hoc infra de matrimo.contracto contra inter.ec.cap.1. & infra cap. fi.nec obſt.de deſpon.impu.cap.vno, libro 6. vbi ſponſalia de futuro tranſeunt in matrimonium per cohabitationem. ibi enim loquitur de ſponſalibus, quæ ſecundum mentem, & verba contrahentium erant de præſenti, licet iuris interpretatione intelligantur de futuro, ſic & monacatio præſumitur per cohabitationem, ſupra de regul. vidua, & cap. ex parte. Concludebat autem Vincen. quòd quo caſu poſſet verum matrimoniū accuſari, poterit hoc præſumptum. & hoc intendebat decret. quod contra matrimonium tale non auditur probatio, quaſi iſta non inducant matrimonium vt matrimonium, ſed contra ſubſtantiam matrimonij, dicit tamen, quòd ſi vir fornicario affectu tantum. mulier. m cognouit, non eſt in veritate matrimonium, nec deberet remanere cum illa, ſed potius excommunicationem pati. tamen eccleſia ſtabit pro matrimonio præſumpto, & filij cenſebuntur legitimi. & ſi ipſe contrahat cū alia, cenſebitur bigamus, licet in veritate non ſit, nec audietur probatio contra bigamiam, ſicut nec contra matrimonium præſumptum, ſecundum Vincen. [Contrahendo] & ſic fuiſſent ſimplicia ſponſalia, ſi non fuiſſet vltra proceſſum, & valuiſſet ſecundum matrimonium, infra cap. proxim. Hoſtien. [Subſecuta] & ſic ipſo
2 † facto conſentit. de hoc ſupra eo. tua. & ſic cum debeat eſſe vnus vnius, cum alia contrahere non poteſt. vnde vulgariter dicitur in Prouincia, non poteſt quis de vna filia facere duos generos, ſecundum Hoſtienſ. [Et ſi] pro quamuis [Ad primam] quò ad forum contentioſum, dummodò de ſponſalibus præcedentibus, & copula conſtet non ſolum per confeſſionem eorum, quibus propter præiudicium ſequentis matrimonij non crederetur. de eo qui cog. conſan. ſuper eo. ſed euidenter per alios teſtes idoneos fiat fides. infra de condict. ap. per tuas, ſecundum Hoſtien. Si ergo non poteſt fieri fides eccleſiæ de carnis copula, manebit cum ſecunda. Impeditus, ſi in primā conſenſit per carnalem copulam. Expeditus vero, ſi conſentire non intendebat, ſecundum Hoſtien. Quia licet diceret quis hoc iniquū, cum ſecundum matrimonium ſit verum, primum verò præſumptum, & veritas præferenda eſt opinioni, ad hoc reſpondetur ſecundum Hoſtien. [Admittenda] ad-
3 mitteretur † tamen pro parte mulieris, ſi diceret ſe oppreſſam, ſecundum Hoſtienſ. abſoluta verò oppreſſio non poteſt eſſe in perſona viri, & dixi ſupra quod met. cauſa. 1acris, in quæſt. 1. licet conditionalis interuenire poſſit: quæ tamen in foro contentioſo non excuſabit propter ſpontanea ſponſalia, quæ præceſſerunt.
4 In caſu tamen † iſto papa fingit, & præſumit matrimonium eſſe, quod forte non eſt, & tunc aliter iudicaremus in foro pœnitentiali, ſupra eo. tua. Si enim nullo modo conſenſit in primam, ſed in ſecundam, & ſi papa ſit ſupra ius, tamen conſenſus voluere non poteſt, nec contra conſcientiam hominem vrgere, per quod conſtitutio videtur periculoſa. vnde dicebat Hoſtienſ. papam debere ſubuenire per conſtitutionem, quòd talis ſit inhabilis ad contrahendum cum omni muliere præter illam, quam ſic decepit, & quod ſi cum alia contrahat, non ſit matrimonium. habet enim in talibus laxandis & reſtringendis poteſtatem, infra de conſang. non debet. & rationabilior videtur ſibi hæc cauſa, quā legalis cognatio, vel publica honeſtas, per quam etiam redduntur inhabiles pueri, qui plenum conſenſum non habent, de delict. puero. cap. 1. & ex quo eſſet hæc conſtitutio, in vtroque foro iudicaretur contra ſecundum matrimonium: alias in foro pœnitentiali iudicabitur pro ſecundo. Dixit autem poſſe huic periculo ſubueniri, prout not. de condi. app. capit. fi. Finaliter tamen dicit eſſe dicendum, quòd in vtroque foro obediendum eſt papæ; quia circa matrimonium non conſumatum ſine Dei offenſione ſtatuere poteſt, quod placet, vt no. & de conuer. coniug. ex publico, & fatetur, quòd papa poteſt facere conſtitutionem, quòd quicunque ſponſam ſuam cognoſcit, hoc ipſo ſit eius: nec audiretur, qui poſt conſtitutionem illam cognoſcens vellet dicere, quòd non conſenſit, ſicut nec audiretur, ſi per verba de præſenti conſenſit, niſi violentiam probaret, vel aliud rationabile; non tamen poſſet facere, quòd ſine conſenſu expreſſo, vel tacito eſſet matrimonium; & ſic intelligantur ſuperiora ſecundum eum [Sequitur] in foro contentioſo, & ſi interdum durum ſit; quia ſic placet. 19. diſtinct. enimuerò, Hoſtien. [de facto] de iu-
5 re † non licuit habere plures vxores niſi per diuinam reuelationem, infra de diuor. quanto. ſic primum iuramentum licitum derogat ſecundo contrario, de iureiuran. cam te. alias pacta nouiſſima &c. C. de pac. pa-
6 cta. Phi. ¶ Gloſſ. 2. † diſtinguit circa præſumptiones, quòd alia iuris & de iure, alia hominis, alia naturæ, alia facti, & hæc duplex; alia iuris tantum. in fin. obij-
7 cit, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. 2. ibi, non eſt veriſimile] vide de præſumptio. quanto, ſuper 1. gloſſ. [& ibi, §. interdū circa finem] ſi filiusfamil. recepit pecuniam, quam poſtea in rem patris vertit, ceſſat Macedonianum, & ſi ab initio non ad id accepent [& ibi. §. ſi quis verò] dic, qđ lex, ſi qui [& ibi, chirographū] cancellatio chirographi præſumptionem facit de ſolutione debiti, recipit ta-
8 men probationem in contrarium. ¶ In † gl. 2. ibi, idem eſt] cum infra circa fi. gloſſ. tractet de præſumptione iuris tantum, patet, quod has ſpecies eſſe diuerſas intendit: vel forſan ponit præſumptionem iuris, ſi non adijcitur, tantum, intelligi fictionem, vel de iure. Dicebat Hoſtienſ. quòd præſumptio iuris tantum dicitur iuſta, ſed non omnino certa præſumptio a iure ſuper aliquo dubio inducta, firmata & informata ex aliqua iuſta cauſa, ſed iuris & de iure eſt iuſta, indubitata, & omnino certa præſumptio iure ſcripto ſine probatione approbata. exempla proſequitur, remittens ad ſum. de præſumpt. cap. 2. Guil. in Specul. de præſumpt. §. 2. Præſumptionem iuris & de iure vocat neceſſariam, ſic diſtinguens illam a temeraria, probabili, & violenta, ibi vide [& ibi, ſtipulata] C. de rei vxo. acti. l. vna. circa prin. [& ibi, fraternitatem] vbi de hoc, & 50. diſtin. ſertum [& ibi, veriſimile] & ibi hæc gloſſ. per Accur. [& ibi, ſcribam] vbi de hoc articulo plenius, & 44. diſt. multis [& ibi; ſi chirographū] & eſt ſi. de renun. ſuper hoc, de præſump. quia veriſimile.

SVMMARIVM.

1 *Sponſalia de præſenti non ſoluuntur per ſequens matrimoniū etiam carnali copula conſumatum; ſed de futuro etiam iu-*

rata

uata de præsenti secuta soluuntur, & num. 5. De futuro quibus verbis contrahantur, num. 5.

2 *In matrimonio contrahendo an per responsum ex interuallo factum contrahatur.*

3 *Vter vir, an mulier ante interrogatur, & per quæ verba interrogari, & responderi possit.*

Ex æquipollentibus quid fiat, non refert.

4 *Copula omnis non est matrimonialis, & quid operetur in matrimonio præsumpto, & competentibus duabus unum.*

6 *Epilogus, & suffragium glossarum, num. 7.*

Inuitus procurator quis dicatur.

8 *Additio glossarum.*

Iuramenti vinculo roboratum solidius subsistit.

CAP. XXXI.

1 **Si inter.** Casus. Sponsalia † de præsenti non soluuntur per sequens matrimonium etiam carnali copula consummatum: sed
sponsalia de futuro etiam iurata soluuntur per secuta
sponsalia de præsenti, & satis patet, quod duo sunt dicta, secundum ibi, verum sit [Vtroque] si vnus contrahen-
2 tium † profert hæc verba, vel similia, & recessit ante responsum alterius qui postea respondet, quod matrimonio conuenit, videtur, quòd sit matrimonium. ff. de verbor. obligat. l. 1. §. 2. & lex dicit, quód in his, quæ consensu contrahuntur. respon. ex interuallo facta non nocet. ff. de verbor. oblig. si stipuler. §. vlt. Guido dicit hãc gloss. Rodo. quam tamen nondum inueni. & Bonagui. supra de spon. duorum. tuas, tenet contrarium, dicens in matrimonio hoc requiri, quòd contrahentes sibi inuicem respondeant ante, quam ad alia diuertant, sicut est in alijs stipulationibus. ff. de verbor. oblig. con-
3 tinuus [Meam] not. quòd † primo loqui debet, vel interrogari vir, concor. infra de spon. du. licet; tamen non est hoc de substantia, & Paduæ seruatur contrarium. [verba] in prima, non in tertia persona formata, supra eo. tua. sed dic, vt ibi, & sufficerent æquipolentia, vt in viro dicenti hæc verba, Accipio &c. mulier respõdeat, placet, siue consentio, secundum Hostiens. Idem Abba. qui dicit se sic vidisse iudicari bis. vnde & Luc. 1. Virgo Maria respondit, Fiat mihi secundum verbum tuũ, Verbum autem fuerat, Dominus tecum. nec refert quid ex æquipollentibus fiat, supra de testib. licet ex quadam, de consang. tuę, secundum Hostien. [Sed matrimonium] imò verius adulterium. Goffred. [Copula]
4 quia † non omnis copula matrimonialis [Subsecuta] dixit hic Vincent. quòd parum operatur nisi in matrimonio præsumpto, tamen si duæ mulieres petunt aliquẽ in virum, & æqualiter probant, sed altera probat copulam, præsumetur pro illa, supra de probat. licet [Separari] quatenus est de facto contractum, Goffred. [& primum] dum tamen de eo per testes idoneos fiat fides, vt dictum est supra cap. proxim. [Recipiam] dixit hic
5 † Vincen. quòd per ista verba; promitto, quòd te desponsabo, non contrahuntur sponsalia etiam de futuro, sed promissio de sponsalibus contrahendis [Similia] puta cotraham tecum, supra cap. proxim. & cap. requisiuit. Innocen. [Desponsauerat] istam desponsationem vocat infra matrimonium, quia de præsenti, & inter personas aptas [Separari] arguit Hostien. si secundum matrimonium tollit sponsalia, quæ tenuerunt, quanto magis sponsalia deberet tollere, quæ non tenuerunt, nec consensum habuerunt, & faciat ad ea, quæ dicta sunt, supra capit. proxim. [Pœnitentia] fakso eo, quod
6 dicitur, supra eo. sicut. ¶ Gloss. 1. † arguit, allegat duo iura, subdit signa sufficere; allegat in contrarium.
7 ¶ Vltima gloss. dat vnum simile. ¶ In † gloss. 1. ibi, §. inuitum] dicitur procurator inuitus, qui expressè non consentit [& ibi, mutus] vide in cap. cum apud, super
8 1. gloss. ¶ In † gloss. 1. in fi.] dic vt infra de con. ser. cap. vltim. in vltima gloss. ¶ in gloss. 3. in fin.] solidius tamen subsistit, quod iuramenti vinculo roboratur. 22. quæst. 1. omne quod, Phi. ¶ In gl. vlt. ibi matrimonio] & per secundum votum solenne, infra de reg. qui post votum, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Adolescens hic accipitur pro maiori. 14.*

Matrimonium a puberibus quibus contrahatur modis, & quomodo ab impuberibus, vt consumetur, nu. 2. & quid ipsum faciat, n. 3. quod dicatur verum, & quod præsumptum, nu. 6. & vnde præsumatur, ibid.

2 *De copula carnali quomodo constet. & in dubio præsumitur.*

An conatus ponderetur, & nu. 5. & 7. & eius effectus in matrimonalibus, ibid.

4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*

6 *Ecclesia plerunque fallit, & fallitur.*

CAPVT XXXII.

Adolescens. Summatum est supra eod. is qui. & ponit dictũ causam in-
1 terserens ibi, Cum qua. & † dic
[adolescens] maior 14. Inno. [Desponsatam] cum iam ambo essent puberes: quia tunc non fit matrimoniũ, nisi de pñti consentiatur, vel carnalis copula interueniat: secus, si ante pubertatem sponsalia contraxisset: quia tunc per aduentum pubertatis, quæ cum talibus fa-
a cta ratificat, diceretur verum matrimonium, * sicut not. infra tit. 1. attestationes. alij contradicunt, Innoc. dic vt de despon. impu. cap. vno, lib. 6. [De futuro] secus ergo, si de præsenti. tunc enim si desponsata fuisset legitimæ ætatis, statim tenuisset matrimonium, sicut tenuit cum secunda, & facit secundum Hostiẽ. contra ea, quæ no. Ber. infra tit. 1. capit. 3. [Non cognoscens] & de hoc
2 † constat per confessionem: secus, si dubitaretur. s. eod. iuuenis: quia tunc præsumeretur pro carnis copula, infra tit. 1. continebatur. Innoc. sed pone, quod cum eam tentasset cognoscere, aperta fuit ianua mulieris, ita quod viri lancea mulieris claustrum est ingressa, non tamen fuit semen emissum, nũquid si postea contrahat per verba de præsenti, valet matrimonium? Dicas, quòd cum per seminis effusionem matrimonium consumari dicatur, cum non fit semen effusum cum prima, remanere cogitur cum secunda, sed certè hoc esset difficillimum perscrutari. stabitur ergo testimonio matronarum, quæ eam inspicient: & quia apertam inuenient, matrimonium iudicabunt. Vincent. facit, quod not. 35. quæst. 3. extraordinaria. vbi dicit Ioan. quòd talis commixtio non inducit affinitatem, & si quis seminet in vas mulieris, & non intret, consumatur matrimonium, secundum Vincent. quia carnis commistio interuenit. tamẽ ecclesia, quæ non iudicat de occultis per aspectum iudicaret eam virginem, nisi de conceptione & impragnatione constar. t, secundum Abb. qui nota. supra eo. is qui. & adde quod dicam infra de eo. qui cog. cons. vxo. su. fraternitatis. [Cum alia] non consanguinea prioris: alias tunc non valuisset matrimonium. supra eod. sponsam, secundum Pet. [Ex forma] scilicet ver-
3 borum, sicut supra eo. tua. vel. i. ex substantia † habita ex consensu de præsenti, qui solus verum facit matri-
4 monium. ¶ Vltim. † gloss. no. effectum ponderandum, non conatum, vel verba. alleg. plura iura in contrariũ.
5 ¶ In † vltim. gloss. ibi, si voluntate] vide de eo, qui mit. cap. 1. super 3. gloss. [& ibi. l. 1. in fi.] quid obfuit conatus, cum iniuria non habuit effectum [& ibi. §. edocere] vide in c. relatum. super 3. glo. [& ibi, de extra. cri. l. 1.] sol citatores alienatum nuptiarum, & interpellatores matrimo-

matrimoniorum, & si effectum sceleris non sortiantur,
propter libidinis voluntatem extra ordinem puniun-
tur[& ibi, si qua. prę. po. l. 1. in prin.]punitur 10. li. auri
præditus potestate, qui minas pro nuptijs infert subie-
6 ctę, vel parentibus, ēt si nuptias non peregerit. ¶ In † gl.
2. in fi.]vel appellatur verum illud, in quo verus consen
sus & expressus intercedit hinc inde, pręsumptum illud,
in quo & si in veritate non consentiant contrahentes;
ecclesia tamen eos interpretatur consensisse ex aliqui-
bus probabilibus coniecturis, & ipsos distringit simul
morari, ac si consensissent, in quo ecclesia plerunq; fal-
lit, & fallitur, de sen. exc. a nobis. 2. & de hoc supra eo.
is, qui. accidit autem hæc præsumptio quandoq; ex car
nali copula, & de hoc supra eo. tua. aliquando ex tradu
ctione. ff. de spons. quęsitum. vnde, sicut carnalis copula
in virgine, & corrupta cognita a viro hanc præsumptio
b nem inducit, sit in ea, quę corrupta est, sola traductio [b],
ar. supra eo. veniens, de coniu. lepro. ca. fi. de proba. iu-
rauit, de resti. spo. ex parte, nisi traduceretur inuita, &
statim fugeret, supra eo. ad id, quod aliquando ex sub
arrhatione, vt no. infra ti. 1. c. fi. aliquando ex tentatio-
ne, vt no. infra ti. 1. attestationes. aliquando ex condi-
tione existente, infra de condit. appo. super eo. §. 1. ali-
quando ex tēporis diuturnitate secundum quosdam, in
fra ti. 1. de illis. 1. vbi de hoc, & supra eo. consultationi,
Hostien. ¶ In gl. vlt. ibi, §. cognitio]dic vt ibi[& in fi.]
dic vt supra de eo, qui mit. in pos. c. 1. in gl. non tamen.
7 ad dec. iuuenis, dic quòd † conatus sine effectu non con-
sumat matrimonium: quia hic opus est facto, vt dicitur
de furto, quòd non contrahitur verbo, vel scriptura, sed
contractione, ff. de furtis, si quis vxori. §. neque verbo. pa
rit tamen, vel fortificat publicam honestatem, quæ ex
consensu insurgit & honestatem respicit, non effectum,
vt ibi. Host.

ADDITIONES.

a ¶ Matrimonium. Imo videtur præsumptum, ex quo de expresso consensu non apparet. vide Io. And. super gl. 2.

b ¶ Traductio. Intelligitur, secundum quod no. in glo. cum iā ambo. & in cap. 1. de despon. impu. li. 6. & supra eo. ad id quod: alias istud videretur falsum.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De desponsatione impuberum vbi alibi repetatur, & conueniat ei.

De desponsatione impuberum. Rub.

1 Viso † de sponsalibus in genere, submittit de speciali-
bus sponsalibus, scilicet quæ ab impuberibus contra-
huntur, secundum Da. & Goff. vel secundum Host. quia
de spon. pręmisit, & certa ætas determinata est ad spon
salia cōtrahenda, ideo de ipsa submittit. ita, quod dici
potest, q̄ de impedimentis matrimoniorum iam inci-
piat tractare. habetur materia 30. q. 2. facit. 20. quæst.
1. c. 1. & repetitur in 6. conuenit huic, supra ti. 1. tuæ, &
infra de frigi. quod sedem.

SVMMARIVM.

1 *Pater pro filio impubere sponsalia contrahit, & pro pubere quando, vide nu. 4. 7. & 8.*
2 *Consensus expressus in matrimonio, excipitur casus.*
Quid in alijs.
3 *Voluntas quando discerni non potest in sponsalibus, & matrimonijs.*
Ex sponsalibus a patre pro filio contractis an oriatur publica honestas, tenent ex traductione masculi ad habitationem cum fœmina, & quo casu, nu. 5.
Matrimonium pro sponsalibus.
4 *Venatio in facto consistit.*
Præsens pro futuro, enallage, ver. Inn. exponit.
5 *Traductio fit a viro mulieris regulariter; aliquando secus est, & eius effectus.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.*
Ad matrimonium filius a patre cogi non potest, & nu. 8.
8 *Additio glossarum.*
Filius vel filia a patre exhæredari non potest, ex eo quod ei non obtemperauit in contrahendo matrimonio, nisi in casu.
Legis, quæ patris, hic citatæ intellectus.
Debes, pro licet.

CAP. PRIMVM.

1 Tua fraternitas. Casus. Patet † pro filio
impubere sponsalia cō
trahit, p̄ pubere nō, si
non consentiat. & ponit q. 2. responsionem ibi, Quod
dicimus. Dicebat Hostiē. pater nomine filij adulti non
consentientis matrimonium contrahere non potest. Si
autem nomine filij, cuius voluntas discerni non potest,
contraxerit, filium hoc ratificare decet[Adulto] impu-
bere, de hoc, infra c. proxi. [Matrimonium] cum aliqua
puella. Host. [Facere]sup. pater[Aliquo modo] nec ex-
presse, nec tacite, nec verbo, nec facto. Host. [Cōsentit]
2 dixit Innoce. necessarium † esse expressum consensum
in matrimonio, supra tit. proxim. tuæ, & quòd in spon-
salibus locum non habeat tacitus consensus, nisi cum
contrahuntur a patre. ff. de spon. in spon. §. vltim. & §.
licet. In alijs licet pro alijs contrahere possint, dixit
necessarium expressum consensum, vel ratihabitionem
supra tit. proxim. ad id, quod addens, quod ratihabitio
tacita sufficiet, de re. spo. ex parte, & de hoc infra eod.
tit. capit. vno, ad fin. lib. 6. [Potest autem] sic construe,
potest autem pater, cui vult, ma. tradere filium non-
dum adultum[Voluntas, cuius discerni non potest] &
post quam filius &c. Hostien. [Adultum]infantem, vel
3 minorem infantia[Cuius]filij[Non † potest]etiam quò
ad sponsalia: si intelligas de minore septennio; vel quò
ad matrimonium, si intelligis de maiore. Host. [Pater]
an ex sponsalibus a patre pro filio contractis oriatur pu
blica honestas, dic vt infra eod. capit. vno, lib. 6. ibi vi-
deas in gloss. fin. [Matrimonio] idest sponsalibus, per
quæ ad matrimonium peruenitur[Tradere]traditione
4 quæ in facto consistit: sed ipsum de iure non potest a-
stringere, si nullo modo consentiat, vt supra, sicut est in
a Spuali, supra de regul. cum virum, [a] & c. cum scimus. In
nocent. exponit idest tradendum promittere, & sic con
trahuntur sponsalia. Pe. exponit. i. sponsalia pro ipso
contrahere[Filius]traditus & traductus. licet. n. com-
5 muniter traducatur sponsa; si tamen puer traditus † sit
patri sponsæ, quod plerunque accidit, & adueniēte legi
tima ætate non reclamauerit, tenent sponsalia, infra
eod. literas, & tunc proprie stat verbum, debet. & se-
cundum hoc expone, peruenerit, & non reclamauerit,
infra eod. de illis. 1. & c. sequen. secūdum Host. ¶ Gl. 1.
6 † respondet per quæstionem, quid si filius, vel filia coa-
7 ctione patris &cæt. ¶ In † gloss. 1. ibi, non cogitur]se-
quitur, filiusfamil. vxorem ducere (& ibi nec filium)se-
quitur, fa. inuitum ad ducendum vxorem legum disci-
plina permittit[& ibi, filiofam.]sequitur, dissentiente
8 sponsalia eius nomine fieri non possunt. ¶ In † gloss. 1.
ibi, si patre]non ob. ff. de regul. iur. velle, ibi dicitur, vel
le non creditur, qui obtemperat imperio patris, vel
domini. illud quo ad pœnam, vt ibi no. [& in fi.]ad l.
potest dici, quòd filia non potest contradicere patri
sine

fine uitio ingratitudinis. vnde contradicens potest exhæredari, in authen. vt cum de ap. co. §. si alicui, colla. 8. sed matrimonium non teneret per prædicta. c. Goffr. dixit Host. eo solo, quòd patri contradicit, filiam exhæredari non posse, nisi & turpem vitam elegerit, & hoc in eadem auct. dicit expressum. quid enim si contradicat, & religionem intret, pro certo & ex hoc non poterit exhæredari, in authen. de san. episco. §. nullam, colla. 9. ad hoc historia Rebeccæ, Gen. 24. cap. nec obst. l. quæ patris, nam ibi exponitur, non potest. i. non debet, ex qua traducta perfecit ætatem, nec reclamauit. i. non decet, & ibi de hoc. tamen litera, Non potest, nõ est ibi in text. ¶ In gl. 2. ibi, honestatis] quasi, debet, pro decet. si. C. de bo. quæ li. cum oportet. Hostien. [& in fin.] de hoc de regula. cum virum, in gloss. paterna, & 25. q. 3. cap. 1.

ADDITIO.

3 Virum. Ibi vide Ioan. And. super glo. paterna, & in c. 2 in tex. in glo. ma. eod. tit. multo minus potest pater inuitis sponsis sponsalia dissoluere, licet aliud iure ciuili. l. in potestate, ff. de spons. & ista inuestigatio facit ad materiam l. quoties, ff. sol. ma. & ibi vide Bar. & in l. aum, C. de iure do.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes ambo, vel alter coniungi non debent, nisi in casu, & de cuius licentia, & ratio, nu. 5.*
2 *Laicus quatenus & in quibus prælato suo subiaceat.*
Quilibet est ecclesiasticus & quo ad quæ.
Spiritualia proprijs tantum ministranda.
Necessitas non habet legem, in fi.
3 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 4.*
Nuptiæ seu matrimonium in qua ætate licite contrahantur, & nu. 5. & in hoc comparatur spirituali, nu. 1 in fi.
5 *Ratio prohibitionis huius decretalis, §. in gloss.*

CAPVT II.

1 Vbi non est C. Impuberes † ambo vel alter nisi pro bono pacis coniungi non debent. & intellige de honestate, dictum ponit inhibitionem, a qua necessitatis casum excipit ibi, Nisi forte. vnde dicebat Hostien. ne ante legitimam ætatem aliqua coniungatur, districtè præcipitur, necessitas vrgens excipitur [& infra] nec matrimonium. 30. quæst. 3. vbi Goff. quod est pars huius, Hostien. [Districtus] non est igitur leue contrauenire, vt patet supra de ele. dudum. 2. in princ. Host. [Necessitate] & cognoscet de hoc diœcesanus, qui potestatem habet, & habet habere scientiam hic discernendi, de consan. & affi. cap. 1. Tales ergo sine diœcesani licẽtia etiam sponsalia non debent contrahere, vt hic, & infra eo. continebatur, & cap. duo pueri. ver. porrò autem sponsus, & in fi. nec contracta dissolui, infra eo. accessit, & cap. de illis, & tribus cap. sequen. & supra de restit. spol. ex parte; de eo, qui du. in ma. cap. 2. Quod etiam in maioribus obseruandum esset propter multa animarum pericula, vt supra tit. 1. cum in tua, infra de cland. despon. capit. fina. quod hodie minus bene seruatur. & in hoc sit simile carnale matrimonium matrimonio spirituali, de quo patet, supra de præben. in Lateranensi,
2 de institut. capit. 3. de renunc. admonet. ex his † nota, quòd ratione sacramentorum intantum subiacet laicus prælato suo, quod sicut clericus non est recipiendus sine literis ab extraneo, supra de cleri. non resi. fraternitati, sic nec laicus, de parochi. nullus, infra de pœnit. & remiss. omnis. & expresse de laico dicitur, de consecr. distinct. 5. non oportet. 2. inde etiam laicus a proprio episcopo postulandus est, vt in illa præallc. 71. distinct. primatus. & sic potest intelligi cap. primum. ea. dist. nam quo ad sacramenta quilibet etiam laicus ecclesiasticus est. & ibi exponi debet, ecclesiasticus. i. Christianus, argum. de diuor. gaudemus. 2. respon. vnde cauere debet sacerdos, ne parochianam suam desponset extraneo, inconsulto curatu ipsius vel econtra. & est ratio, quia licet sit vnum ouile respectu papæ, cui omnes immediatè subsunt, de maio. & obed. solitæ. §. pen. tamen sub ipso multa sunt ouilia & multi pastores, & quilibet cognoscere debet ouem suam, & propriæ, non extraneæ curam habere, prouer. 27. Gloss. diligenter agnosce vultum pecoris tui. Ioann. 10. cognosco meas, & cognoscunt me meæ, de his ouib. is. 6. quæst. 1. ouos. tantum igitur proprijs sunt pabula spiritualia ministranda, quod male prædicatur, & peius seruatur. & an in hoc vertatur animarum periculum, tu aduerte, & vide supra titul. 1. cum in apostolica, de eo, qui du. in ma. veniens. sed qualiter hoc præiudicabit, vel custodiet, qui ignorat? & adde quod no. de pœnit. & remiss. omnis. sed contra, supra de paro. cap. fina. solue, vt ibi. Hostien. [Necessitate] quæ legi non subiacet, infra de reg. iur. quod non est, cum suis concor. de præben. nisi
3 essent, de treu. & pa. cap. 1. ¶ Penult. §. gloss. ponit duas lect. ¶ In gloss. 2. ibi, minorem] vide supra titul. 1. ad id
4 quod super gloss. 2. ¶ In † gloss. 2. ibi, 12.] in fœmina. Nam lex dicit, quod nuptias non possunt contrahere masculi, nisi sint puberes, nec fœminæ nisi viri potentes, instit. de nupt. 1. respon. & aliæ leges exponunt masculum puberem, in 14. mulierem viripotentem in 12. instit. de curat. 1. respon. §. 1. & qui. mo. ti. tut. 1. respon. & §. 1. & C. quando tu. vel cu. indecorã. nec dicas illud determinatum quo ad tutelas: quia idem in matrimonijs, vt in l. statim alleg. & ff. vt in poss. l. 1. pe. vnde lex talem mulierem viripotentem appellat; & si ante illud tempus cognoscitur, dicitur immatura cognosci. ff. de iniu. si stuprum, secundum Hostiẽ. [& ibi. 14.] adde qđ no. 77. dist. quicunque, in 1. gloss. [& ibi, Attestationes] & cap. ex literis. qui ma. ac. pos. insuper. 27. q. 1. nec aliqua. supra de reg. significatum, & e. ad nostram. vnde se
5 cundum vtrunque † ius matrimonium in tali ætate contractum, & si nunquam se cognoscãt, & naturalis frigiditas, nec aliud accidens impediat, tenet. nã tales sunt apti ad consentiendum. & hoc solum sufficit, supra tit. 1. tuæ, secũdum Host. ¶ In gloss. matrimonialiter in fi.] dixit Innoc. etiam ideò prohiberi: quia timetur, ne per carnis copulam sponsalia ratificentur, supra tit. 1. iuuenis. Hostiẽ. dixit, quòd per sponsalia, ex quo tenent, impeditur quò ad sponsos tota consanguinitas hinc & inde. non est ergo tutum, nec vtile, sed damnosum reipublicæ, argumen. ff. sol. ma. l. 1. tot vxores auferre spõso, & tot maritos sponsæ; quod fieret, si laxaretur, & non restringeretur in hoc licentia contrahendi, secundum eũ. ¶ In gl. vlt. ibi, hoc quippe] & supra de ferijs c. 1.

SVMMARIVM.

1 *Puberes qui dicantur, & nu. 2. & 3.*
Pubertas quomodo probetur, & quomodo olim, & nu. 2. & quid sit, ibid. & nu. 4. in fi. plena quando sit, nu. 8.
Pubes quid.
Pudendorum inspectio quibus casibus non reuocata, & numer. 7. 8.
Corporis humani quæ loca pudibunda, nec nominanda, ac secreta, in fin.
2 *Lanugo quid in humano corpore.*
3 *Pubescere quid, in fi.*
Ad matrimonij contractum quæ ætas habilis in vtroque sexu, & num. 5.
Generandi facultas, vel potentia quo tempore sit homini, ibi.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num. 7. & 8.*

Cocundi

Coeundi impotens si vir sit, quid iuris.
Adoptare qui possit, & quot annis praecedere dbt adoptandu.

CAPVT III.

1 Puberes. Puberes † sunt, qui ex habitu corporis generare, & concipere possunt.
Dicebat Hostien. dicit, vnde pubes
dicatur, & antiquus modus probandi pubertatem tacite reprobatur. quomodo per testes pubertas probatur,
qualiter ipso facto viri potentia ante tempus ostendatur[A pube.]i. pudicitia. Go. q. d. pudore. Hostiens. sm
quem ad probandam pubertatem antiquo tempore inspiciebantur loca secreta, de quibus sequitur. vnde & tales pudore afficiebantur vna cum inspicientibus. vnde
Iustinianus illo probationis modo reprobato statuit pubertatem annorum numero probari. C. quando tu. vel
cu. l. indecoram, insti. qui. mo. tu. fi. in prin. vnde si imperatori hoc visum est pudibundum, fortius & papae. reprobat ergo, quod quidam scripserunt, pubertatem nō
probari annorum numero, concedit tamen, quòd quo
ad virginitatis & membri apti probationem fit hodie
haec inspectio. & sic loquuntur iura inducta in fine vlti.
glo. quod fit ex nimia necessitate, quae legem non habet, vt no. supra c. proxi. ad probandam vero pubertatem semper sufficiunt anni, vt ibi dictum est[Hęc loca]
quae debent esse pudica. Tan. dicit Hostiens. i. secreta,
pudibunda, non nominanda. Quid enim verbis opus
est &c. C. de dona. l. si certus est. & sic non est certiorandus. sup. de elect. cum inter vniuersas. & dicebat Pet. q
pro maiori parte seculares, & regulares in illa practica
2 sunt instructi. 50. dist. tua[Lanuginem.] idest † pilositatem, sed hęc est nedum pudibunda, sed etiam falsa probatio, cum nec omnes pilosi sint potentes. Hosti.[Quidam]dicit Host. sic continuandum, & subaudiendum,
probationem predictam tenebant antiqui: tamen quia
ille modus probandi, quia pudorosus & falsus, non est
approbandus. ideo[quidam] Iustinianus. s. & iurisperiti, & Romani Pontifices[ex annis]i. ex annorum numero[pubertatem existimant.] i. potentiam naturae conuenientem communem & rationabilem. & sequitur expositiue[eum]s. masculum, puberem existimāt esse qui
14. annos impleuit, su. & illam viripotentem, quae 12.
annos impleuit, vt dictum est supra c. proxi. secundum
3 eum [Impleuit] & 15. † attigit, si masculus sit. & hoc
supplet lex dicens, quòd hi, qui citius nuptias contrahunt, non minus 15. annorū ad hoc procedunt, in auct.
de tempori. non so. pec. super do. §. & siquidem, colla.
7. alij dicunt, sufficit 14. compleuisse, sed in hoc non instes, quia certum est, & si compleuit 14. attigit 15. quia
ingressus vnius &c. 32. q. 1. cum renunciatur. Quid autem si de 14. annis tres dies deficiunt? arguit, quod videtur non nocere. C. de erro. aduo. l. 3. & remittit ad ea
quae dixit, infr. eo. continebatur.[Pubescat]idest signa
pubertatis ostendat. T.[certum est autem] Hostien. sic
4 continuat, quia aliqui † crederent, quòd si aetas non sit
impleta, non sit quis aptus ad matrimonium, ideo submittit hunc vers. per quod intendit, quòd licet dicta
probatio sit sufficiens quò ad consentiendum, vt non
sit vlterius expectare necesse, non tamen quo ad carnale debitum reddendum, vel quò ad hoc, quin aetas illa
possit praeueniri, & quin inter minores habitus contractus valeat cum copula. dicebat Innocen. de habente
14. annos, & non valente coire fuit dubitatum, an matrimonium contrahere possit: sed de potente coire, licet minor sit 14. certum est, q contrahere potest[Pubertatem.]i. probitatem, seu potentiam naturalem. Host.
[Ostēdit.] q. d. hoc sciri non potest, nisi praecedat opus,
5 licet enim nō † praesumatur potens minor annis 14. vel
12. tamen haec praesumptio non est iuris & de iure, recipit enim contrariam probationem, vnde ex quo apparet de copula, liquet quòd malitia, vel probitas supplet
aetatem, de quo dic, vt dicam infra e. à nobis[Generare]etiam sit sit 9. annorum tantum, sicut Gre. narrat in
dialogo, de illo, qui nutricem suam grauidauit, vt no.
20. q. 1. in fun. & dicam infra de eo, qui cog. cō. ca. vlt.
vbi vide plenius super 1. gloss. sm Host. qui etiam idem
dicit de puella, etiam si esset minor 7. annorum, dum-
a modò discerneret, arg. supra tit. 1. iuuenis. [a] sed si esset
trium annorum, non credit matrimonium, cum talis
nec discernat, nec consentiat, nec potest praesumi consentire, sicut nec furiosus, supra tit. 1. dilectus, quia talis
furioso comparatur. ff. de arbi. diem proferre. §. coram.
ff. ex qui. cau. in pos. ea. si pupillus. & breuiter dicit, q ex
quo esset doli capax, semper diceret matrimonium consumatum, cum & talis consentire possit. insti. de ob. quę
ex deli. na. §. in summa. ff. ad Silla. excipiuntur, infra de
delic. pue. c. 1. [Pariunt] sup. vel concipiunt. ¶ Glos. 2.
6 † quaerit opi. ponit contrarium & soluit. ¶ Vlti. glo. di-
7 stinguit pubertatem matrimonij, & tutelae. ¶ In † vlti.
gloss. indecoram] corrigit ius antiquum, quo iubebantur inspici mares, vt in maribus sicut in foeminis cursu
8 annorum finiatur tutela, & idem sc. ¶ In † glo. 2. ibi quidam]hoc plus placet Innoc. & Hostiens. tenet praecise,
nisi esset naturaliter frigidus, vel maleficiatus. & sic intelligitur infra de frigi. q sedem, in eo, qui non compleuit, sm Host. & si mulier dicat se velle fieri matrem, consulit Host. q iudex expectet, donec masculus impleuerit 18. annum, & postea per mensem, vel duos: & si adhuc non potest, quod petit mulier adimplere, separentur seruata solennitate, de qua infra de frigi. c. 1. Mouetur autem ex eo, quia pubertas 14. an. licet sit praesumpta; tamen fallere potest, infra quadriennium quo ad
naturalem potentiam. vnde sumus edocti, aliquos tales
puberes impotentes procreationi filiorum, qui postea
in triennium reddebantur potentes, in auct. de nup. §.
per occasionem, coll. 4. per quod corrigitur lex, quae dicebat solum biennium spectandum. C. de diuor. in causis. aetas ergo 18. annorum dicatur plena pubertas. nā
adoptare non potest, nisi qui naturaliter generare pót,
inst. de ad. §. sed illud. Necesse est aūt, q adoptans praecedat adoptandum plena pubertate. i. 18. an, ita, q omnino naturaliter potens sit coire & generare. sic intelli-
b ge insti. de adop. §. minorem. [b] ff. de adop. arrogato. §.
pe. ff. de ali. & ci. le. l. Mela. vbi etiam dicit, in muliere
14. an. spectandos quātum ad plenam pubertatem, ar.
de reg. quia in insulis, ex quorum iurium mente dixit ipse Host. q sicut canonica constitutio reddit minores 14.
inhabiles ad vouendum, & contrahendum, nisi per operis effectum contrarium appareat, vt hic, sic posset facere de minorib. 18. annis, quicquid circa hoc notet Hu.
remittens ad no. in prae. c. quia in insulis, & eo. tit. postulasti[& ibi, Credo,] Idem Ala. in 1. compil. eo. ti. cap. 3.
quod hodie non habemus: sed haec opin. gl. non placet.
nam per eam videtur infirmitare temporali impeditū
ad coitum, vel coire nolentem matrimonium non contrahere, sed nonne in eo, de quo dubitatur, an sit naturaliter frigidus, expectamus cohabitationem triennij?
sm istam opi. non videtur expectāda, quod est falsum,
vt J. de frigi. laudabilem, quod multum facit ꝫ hanc opi. & si dicas licet contrahere ante illam aetatem, quando pubertas pręuenitur, & sic non inspicimus annos,
istud non sequitur, quia praeueniēti aetatem necesse fuit
prouideri ne haberet necesse fornicari; & ideo dicam
inspici aetatem, qui ma. ac. pos. insuper. Si tamen praeuenitur pubertas, licebit contrahere, & id seruari vide-
9 mus. ¶ In † glo. vlt. in fi.] vel inspectio superioris corporis licita, inferioris illicita, vel aliter secundum ll. aliter
secundum canones. Ala.

ANNO.

ADDITIONES.

a ¶ Iuuenis. Ibi vide Io. And. in glo. ex toto, & adde hic ibi no.
b ¶ Minorem. Ibi vide glo. quæ incipit, Tot annos.

SVMMARIVM.

1 *Si desponsaui minorem septennio, cum eius matre contrahere potero; secus si maior erat, quando nec matrem, nec filiam habere possim.*
Aetas perfecta maris ad matrimonium ann. 14. nubilo contextu, in sponsalibus quæ pupillaris, et adolescentiæ quæ, n. 2.
2 *Proximus diebus in paucis, vt puta trib. ætati perfectæ, par est perfectis.*
Pro completo habetur, quod breui est complendum.
Mas tardius crescit ætate, quã fœmina, & veniam ætatis, & potentiam contrahendi, & coeundi citius hæc, quam ille nanciscitur, & ratio.
Facilior etiam ipsa ad patiendum, quam masculus ad agendũ.
3 *Cunabulorum tempus quousque.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 5.*
Ad plerunque quæ accidunt, iura adaptantur.
Additio glossarum.
Impedimentum an præstent ea quæ non tenent, remissi.
7 *Sponsalia quæ cohabitatio, & quæ alia ratificant.*

CAPVT IIII.

1 Literas C. Si † desponsaui minorem septennio, cum eius matre contrahere potero: secus, si tempore sponsaliorum maior erat: vel si tunc minor fuit eadem voluntate manente facta sit maior: quia si cum matre postea contraham, & eam cognoscam, nec matrem habeo, nec filiam. hoc d. & duo facit. ponit consultationem. 2. ipsius responsioñ ibi, Consultationi. Respondet autem distinguendo, & 2m distinctionis membrum ibi, Verum si &c. Dicebat Hostiẽ. Quidam puellam in cunabulis desponsauit, demum matrem puellæ cognouit, & cum ipsa contraxit: si tempore contractus puella, quæ cum sponso in eadem domo morabatur 7. annum non compleuerat, matrimonium tenuit, si vero compleuerat, nec matrem, nec filiam habere poterit [Aetatis] 14. ann. supra capit. proximo [Et eam] scilicet matrem [Consultationi] quæ. s. quæsiuisti, an tale matrimonium debeat separari. Hostien.
2 [Compleuisset] vel per † tres dies circa 7. annum esset, ar. supra tit. 1. iuuenis. & facit quod dixi supra cap. prox. super ver. impleuit. in sponsalibus autem communis est ætas viro, & fœminæ, s. 7. ann. vt hic, & infra cap. proxi. ff. de spon. in sponsalibus. ætas vero pupillaris licet communis sit viro, & fœminæ quo ad sui principium, non tamen quò ad fin. incipit enim in 8. ann. & finitur in muliere in 12. in mare in 14. Adolescentia vero diuersa est quo ad principium. Communis vero quo ad fin. incipit enim in 13. mulieris anno, & in 15. viri. sed in vtroque finit in 25. completo. ff. de mino. l. 3. §. minorem, instit. de cura. in princ. & ideo diuersimodè dicitur quis minor annis, supra de proba. in præsentia, secundum Host. qui dicebat: ideo citius mulierem, quã hominem pubescere, quia ingeniosior, & callidior est, & ideo citius veniam ætatis impetrat, quam vir: quia ipsa in 18. vir in 20. C. de his qui ve. æta. impe. l. omnes adolescentes. sed & naturaliter debilior est sexus muliebris: vnde communiter minus viuit; quia minus habet naturalis caloris. & ideo quanto citius finitur, tanto citius naturaliter perfici debet, vnde dicunt aliqui naturales, quòd in 12. anno omnino apta est mulier ad concipiendum. Pla. vero dicit hoc ideo, quia citius crescit mala herba, quam bona. sed & facilius est mulieri pati, quam homini agere. vnde facilius est parata secundum Hostien. adde quod dicam eod. tit. ca. vno. lib. 6.
3 super gloss. 2. [In † cunabulis] idest ante 7. annos, & est hoc ideo dictum, quia post illam ætatem non consueuerunt in cunabulis teneri, secundum Host. [Compleuit] cum simul morarentur. nec tunc contradixit [Ex tunc] scilicet post septennium [Placere] sæpe vsque ad tentationem, supra de spon. iuuenis.
4 ¶ Glo. 1. † arguit, signat contrarium, & ibi remittit. ¶ Gl. 3. primò distinguit in cohabitatione. 2. ponit Brocar. quòd ad ea, quæ frequentius &c. ad primam partem alleg. 10. iura. ad secundã
5 8. in fi. soluit. ¶ In † gl. 3. ibi, minorem] vide supra tit. 1. ad id quod, super glos. 2. [& ibi. §. sed & si quis] si libero ancillam meam in vxorem dedi, & dotem pro ea scripsi, erit libera, cum actus ille frequentissimus sit in liberas personas [& ibi. §. illud] vide supra eod. iuuenis, super gloss. 1. [& ibi, §. pro plurium] pacto, vel stipulatione interuenientibus solet haustus aquæ ex riuo concedi [& ibi, iusto. 1. respon. in fi.] frequentius erratur in libertis, qui bona fide emuntur. & seruiunt, quam in adoptione, vel arrogatione, & ideò seruus putatiuus ex re mea mihi acquirit, arrogatus non, ex quo non valuit arrogatio [& ibi, nam ad ea] sequitur, potius debet ius adaptari, ad ea quę frequentur & facile, quã ad ea, quæ perraro contingunt [& ibi, antiqui] considerat lex, quòd mulier parere poterat vsq; ad 7. licet hoc raró accidat, filio genito solum quartam deferre & si pauciores nascãtur, accrescet: si plures, decrescet, vt l. ibi se. [& ibi, ea quæ rarò] sequitur accidunt, non temerè agendis negocijs cõputãtur [& ibi, Si maior] si maior 50. annis peperit licet hoc sit rarum: in omnibus tamen partus habet iura liberorum [& ibi, non sunt] vide de offic. ord. quoniam, super 3. gloss. & ibi, & l. seq.] formatur, ibi casus de ancilla, cui relicta erat libertas, si tres liberos pareret. peperit vnum, & postea tres vno partu; vltimus est liber.
6 ¶ In † gloss. 1. in fi.] dic vt infra de spon. ca. vno, lib. 6. & quod not. hic Goff. circa ea, quæ non tenent, & interdum impedimentum præstant. not. de re. iur. non præstat, lib. 6. ¶ In gloss. & si. ibi, & intelliguntur] secundũ
7 Ala. T. & Vincen. [& ibi, simul † cohabitãt] nec est vis, an in domo sponsi, vel sponsæ, vel alterius, quamuis aliter secundum leges. ff. de ritu nup. mulierem, cum leg. seq. Hostien. [& ibi, seorsum] in hoc casu dicebat Hosti. sponsalia non ratificari nisi per expressum consensum. ratio, quia quando simul cohabitant, veremur, ne forte commisceri tentauerint, supra tit. 1. iuuenis [& ibi, consenserit] de hoc 30. q. 2. c. vno, & est expeditũ, infra eo. cap. vno, lib. 6. [& ibi, nam ad ea] & l. ibi. præ. quæ incipit, ex his.

SVMMARIVM.

1 *Hæc decretalis idem ferè dicit cum præcedenti, & inter eas differentia.*
Taciti, & expressi consensus idem iudicium.
2 *Sponsalia oportet fuerint, vt sit publica honestas, & quomodo soluantur, num. 2.*
3 *Additio glossarum.*
Impedimenti ignorantia refert apud alterum, an apud ambos sit sponsos.

CAP. V.

1 Accessit. Summatũ est, supra c. proxi. in princ. vnde dicebat Host. idem dicit † cum præcedenti, excepto q̃ hic loquitur, quando sponsus separatim nutriebatur a sponsa & morabatur, & distinguit duo membra, secũdum ibi, sane [Postea] scilicet adueniente ætate septenij. Goff. [Consenserit] tacitè, vel expræssè, vt dictum est supra c. prox. dic vt infra eo. cap. vno, lib. 6. [Absolutus] quia adueniente

niente pubertate puella noluit consentire sponsalibus.
vnde prout dicit gl. hoc respicit factum[Consentire]in
matrimoniũ adueniente adulta ætate. Goff. consense-
2 rat † tamen in sponsalia. alias enim, si diceres, q nec in
sponsalia consensisset, ergo non fuisset ibi publica hone
stas. & sic nihil impediret eum, quin posset matrem ha-
bere, vt supra, & hoc sonat litera, in fi. quæ dicit, despon
sata. Abb. autem intelligebat, q sponsalia fuerant con-
tracta per aliũ, & licet mulier non consenserit; tamẽ ha-
buerunt publicam honestatem: sed hoc est falsum, infra
eod. ca. vno, lib. 6. [Cuius]matris, scilicet [Desponsata]
cum septennium compleuisset, vt est dictum. ¶ Pen. gl.
3 ponit opin. & lecturam, quam reprobat. ¶ In † gloss. 2.
in fine] sine absolutione crederem sufficere, si alter in
a septennio protestaretur se nolle consentire. Innocen. [a]
¶ In gl. quia vbi, in fine]cum alter ignorat impedimen
tum; secus, cum ambo sciunt, vt ibi. ¶ In glos. hoc ideo,
ibi, vt quidã] T. scilicet sed mouebatur ex antiqua, vbi
præcipiebatur matrimonium simulando sustineri con-
tractum cum matre.

ADDITIO.

a ¶ Innocenti. Vel de honestate requisiuit absolutionem. vide Io.
And. supra eo. vbi non est, in gloss. & cognoscit, & infra c. proxi.
in gl. hic patet.

SVMMARIVM.

1 *Si impubes facta pubes licentiam nubendi alteri petat, quãdo*
non audiatur, num 2. & 7.
Ex sponsalibus contractis cum impubere maiore septennio ori
tur honestas publica. earum ratificatio quomodo fiat, nu. 2.
& 12. & cuius auctoritate sunt dissoluenda, nu. 3.
2 *Nubiles anni fœmina 12. & nu. 12.*
Pubertas per annos probatur, an aliter. nu. 11. & 12.
3 *Matrimonium auctoritate ecclesiæ dissoluendum. quando di-*
catur consumari per copulam, nu. 5.
Quæstiones huius decretalis quot, ver. & dicebat.
4 *De copula assertio viri iurata præsumitur, & qualiter tollat*
hac præsumptio.
Turpitudinem suam allegans auditur etiam post sententiam
nulla appellatione suspensam, ob animæ periculum.
5 *Copula per vim quæsita non validat seu ratificat matrimoniũ,*
& supra num. 4. & infra 9. & quando præsumat cum eius
effectu, num. 12.
Virginitatem quæ per violentiam amittit, non amittit meri-
tum, quando de ea dubitatur, inspicitur puella, nume-
ro 11.
6 *Contra matrimonium præsumptum potest & quid opponi.*
Vis quæ cognitionem carnalem inualidet, & quæ puellis
grata.
Parentibus creditur de ætate filiorum.
Reclamatio consentire nolentibus necessaria, in fi.
8 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 9. & 10.*
Iuramentum exigitur a reo semper ob animæ periculum, &
quo casu hic.
11 *Proxima pubertati quæ dicatur.*
Circiter, aduerbium ad modicum tempus refertur.
13 *Aetas quæ nubentibus requiratur, vt matrimonium præsuma*
tur, vel vt hæc decretalis habeat locum.

CAPVT VI.

1 Continebatur. Casus. Si impubes † de-
sponsata & traducta pe-
tit facta pubes licentiã
nubendi alteri, non auditur, si maritus iurat, quod eam
cognouit. secundò, q ex sponsalibus contractis cum im
pubere maiore septennio oritur publica honestas, & po
nit consultationem. s. ibi, consul. ipsius solutionem. &
pars huius, de his, quæ fi. a prælat. continebatur. Dice-
bat Host. quædam puella citra annos nubiles cuidam
matrimonialiter iungitur. ab episcopo, vt cum alio con
trahat, licentia postulatur. sed quòd cognita sit, & sic
consenserit dicto matrimonio, ei obijcitur. si maritus
affirmet hoc iuramẽto, ei creditur, & si cognita fuit vo-
lens, prætextu defectus ætatis matrimonium non solui-
tur. si cognita non reperiatur, & ipsa consentire nolen-
te, sponsalia soluuntur. neuter consanguinitati alterius,
ex quo renuerunt spõsalia, mãtrimonialiter copulentur.
2 [Nubiles]scilicet 12. † & not. per annos probari puber-
tatem, de hoc supra eo. puberes. Host. [Traducta]si ibi
igitur compleret ætatem, ratificaretur matrimonium.
quod dic, vt eod. tit. cap. vno, lib. 6. [Licentiam]hic pa-
3 tet. q † sine auctoritate ecclesiæ non sunt sponsalia dis-
soluenda. de hoc supra cap. 2. Innocẽ. verò dixit, q vbi
nulla sunt sponsalia, non est necessarium ecclesiæ iudi-
a cium, licet honestum. hoc no. infra capit. proxim. [a] vbi
etiam dicit idem in matrimonio, quod est nullum, nisi
matrimonialiter sint coniũcti: quia tunc, si recederet
alter ab altero sine iudicio ecclesiæ, daretur restitutio,
infra de diuor. porrò[Eundem]spõsum, cui tradita fue-
rat[Et infra]sub. & vir econtra dicit se illam carnaliter
cognouisse. Innoc. & hoc paratus est iurare. Et dicebat
Hostien. quòd mulier contrarium, dicebat licet confite
retur, quod ipsam aliquoties tentauerit inuitam & re-
nitentem: sed virgo euasit. sic supra tit. 1. cap. fin. infra
eo. attestationes. ideo primò quæritur, an sit standum
iuramento viri. secundò, an propter ætatis defectum
possit matrimonium impediri, vel si forsan inuita fuit
cognita. 3. si contingat separari sponsalia, vtrum alter
possit de alterius cousanguinitate ducere coniugem.
ad hoc respondet per ordinem, secundum Hostiẽ. [Co-
gnouerit]volente ipsa vxore. Lau. [Veritati]idest asser-
4 tioni † iuratæ, quæ ex quo iurata est, vera præsumitur
præsumptione iuris. improbari tamen potest hæc pro-
batio per corporis aspectum, vt dicit gloss. [Id] scilicet
quòd eam cognouerit, nisi & ipsa dicat, quòd inuitam
cognouit, vt in sequentibus. sed contra. supra de solu.
is, qui. Solu. hoc accidit, propter periculum animę, &
propter hanc eandem causam auditur allegans turpi-
tudinem suam, etiam post sententiam appellatione nõ
suspensam, supra de re iudic. lator, & capit. consangui-
nei. Hostien. [Si autem] dictum est quid iuris sit, cum
peruenit ad pubertatem. hic dicit, quid iuris cum non
peruenit. Innoc. dicit Hostien. hic respondet secundæ
5 quæstioni [Vndecimo] per hanc literam † dixit G. Na.
tunc per carnalem còpulam matrimonium consumari,
quando sponsa cognita erat 11. vel 12. anno. vel huic
ætati proxima. Alij dicunt, quòd dummodo sit ma-
ior septennio, consumatum est matrimonium, infra eo.
a nobis, & capitul. de illis, quod putat verius Ioan. de
Deo, & probatur, de eo, qui cog. con. vxo. suæ, capit.
vltim. assensu] ergo, si violenter fuisset oppressa, non
teneret matrimonium. nam cuiuscunque ætàtis esset, se
posset per illatam violentiam excusare infra eo. de illis
2. talis enim non consentit, supra tit. 1. cum locum, imò
dissentit; & si virginitatem amittat, meritum non amit
tit, sed duplicatur potius ad coronam. 32. quæst. 7. §. 1.
& cap. 1. & 2. ad idem, qui ma. ac. pos. insuper. hic igitur
6 † opponi potest contra matrimonium præsumptum,
quicquid dicatur, supra eo. is qui. sed bene caue tibi,
quod fiat fides de violentia absoluta, puta quia pedes,
& manus ligauit, argumen. de baptis. maiores, §. item
quæritur. Hostiens. qui etiam hic recitat de iudice,
qui mulieri, quæ dicebat se oppressam, condemnauit
accusatum, in decem libras, quas mulieri dari fecit. di-
cens cõdemnato, q aufferret illas decem libras, si pos-
set mulieri ex quo a sua præsentia recessisset. sed con-
demnatus non potuit preualere muliere se & pecuniam

uiriliter defendente. ex quo iudex præsumpsit eam non
potuisse inuitã cognosci: quia ex quo sic defendebat pe
cuniã, bene potuisset, si voluisset defendere corpus suũ.
& sic fecit accusato restitui peceniam, arg. pro isto pro-
cessu, C. de adul. si qui. inf. de pur. vul. c. 2. de præsumpt.
afferte, & ponit ver. Ouidij, Vim licet appelles, &c. Hie-
ron. contra Susannam D. dicit, Vim passa sum. rñdit Su
sanna, cuius nomẽ fallaciter baiulas, q̃ inter duos pres-
byteros & iudices pariter posita vinci non potuit, quia
noluit [Cognita] Idem, si nõ † sit cognita, sed possit co-
gnosci, ſm Gof. de hoc inf. e. de illis. 2. [Parentes] not.
q̃ parẽtib. creditur de filiorum ætate. Abb. [Si verò.] rñ
det tacitæ q̃oni. Host. [Desponsata] maior septennio, &
libero consensu, ne sit contra. sup. duobus capitulis pro-
ximis [Fuisset] & ad ætatem veniens virgo omnino re-
clamauerit, & sic per epm fuerit absoluta, supra c. prox,
8 Host. ¶ Gl. † 2. signat ꝯrium, & soluit. ¶ Gl. 3. quærit, op
ponẽdo, & soluit dupliciter, ¶ Antepe. gl. quærit, & sol.
9 ¶ In † gl. antepe. ibi, non tãtum] vide de elect. cum no-
10 bis olim, super 3. gl. ¶ In † gl. 2. ibi, quòd interrogasti]
vbi de hoc [& ibi, si quis acceperit [vbi de hoc. ¶ In glo.
sed quia, ibi, Lau. dixit] T. & Host. dabant aliam solutio
nẽ. Pet. Host. quẽ vide nu. 33. quis acceperit [& ibi, om-
mittit] etiam de consensu partium. ad hoc sup. de testi.
super eo. 2. in fi. [& in fine] vnde dixit T. credo, q̃ pro-
pter periculum animæ semper exigatur iuramentum a
reo, ĩ. eo. tit. attestationes. ¶ In gl. sed quando, ibi, pòt
11 dici] dicit Inn. illã esse proximam pubertati, quę distat
a 12. an. cõpleto, nõ cępto, per 6. mẽses, ita quod est 11.
annorum, & dimidij: uel q̃n pubertas apparet per aspe-
ctum, vel alia intersignia. Host. dicit illũ ætati proximũ
qui est cir. fi. pupillaris ætatis, vel illam excessit per tres
dies, vt sup. de reg. ad nostram, arg. de elect. in causis. 1.
respon. in fi. cũ suis cõcor. & de ele. officij, & sic intelligi
tur inf. eo. attestationes, & c. fi. vide quod ibi dicam, su-
per ver. nubilis. Illud. n. verbum, circiter, dicit ad modi
cum tempus referẽdum, ĩ. de dila. literę. de hoc, ſm eũ,
sup. eo. puberes, inf. qui ma. ac. pos. insuper [& ibi, Non
12 esset matrimonium] dicit Inn. q̃ † vbi contrahentes ste
terunt in solis verbis matrimonij, hoc non sufficit, vt
præsumatur matrimonium, nisi habeat 12. annos com-
pletos, vel appareat ex aspectu eam pubescere. quare. n.
posuisset decr. 12. an. si sufficerent 11. vel 10. nõ videt.
sed si sit, vel dicatur cognita a viro, tunc locum habet
hæc decre. s. q̃ sufficit, q̃ sit in 11. vel amplius circa 12.
& si dicas, ex quo cognouit eã, apparet eam puberẽ, re-
spondet esse posse, q̃ lanuginem non producit in femo-
re, quæ sola signum est pubertatis, & claustra pudoris
aperta sunt, & sic cognita apparet, vel præsumitur, li-
cet signa pubertatis non appareant, & si dicas, nonne
præsumetur idem, si in 10. vel. 11. an. aperta sunt clau-
stra pudoris, vt supra de spon. iuuenis? respondet q̃ nõ:
quia non dicitur ibi præsumi carnalem copulã, sed cõ-
sensum, vel aliquam cognitionem sponsalium. Dixit. n.
ante 12. ann. non præsumi de facili interuenisse carnalẽ
copulã, licet aperta sint claustra, nisi illi apertioni alia
adminiculentur inditia, puta magnitudo personæ, quæ
dicit mulieres melius noscere: nec expedit dicere, vel
litteris annotare: vel secundum quod dicit, locum
habet hæc decret. vbi in minoribus contraxerunt, &
postea ad maiorem peruenientes ætatem, si vnus petat
separari, & alter dicat cognoui eam, dum erat in 11.
vel magis vicina 12. non separabitur matrimonium:
quia suspicari possumus eam tunc potentem, quæ per-
misit supra se virum ascendere, & hoc tutius tenẽdum,
de spon. iuuenis. sed oportet ſm eum de hoc constare.
q̃ visus fuerat eam cognoscere. non enim sufficeret sola
ætas 11. anno. & cõtradicit hæc opi. proximæ ſm eum,
quia dicunt, quòd licet hi, in 11. anno. visi sint commi-
sceri, si tamen adhuc potest constare mulierem non esse
puberem, quia vt lanuginem non habet, non iudicabi-
tur matrimonium, nisi peruenerit ad annos 12. ¶ In
gloss. sequen. ibi, maximè] vt patet infra eo. a nobis, &
cap. sequen.

ADDITIO.

a ¶ Cap. proxi. Quid de iuramento. vide gl. quæ incipit, Tali mo-
do, & super illa. Io. And. in c. venerabilem, de elect.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes si duo septennio maiores contrahũt sponsalia, quã-
do possint ab eis resilire, num. 2. 3. & 4.*
Quid si per de præsenti verba contrahatur, num. 5. in fine.
Quid si alter ipsorum sit pubes. ibid.
2 *Pubertas numero probatur annorum.*
*Reclamatio nolentium consentire sponsalibus necessaria, consu-
litur, vt sæpe fiat, & scribatur, & vbi facienda, num. 5.*
Durare præsumatur, nisi contra probetur, num. 5.
3 *Ea cessante an & quando dicatur matrimonium perfectum.
num. 4.*
4 *A sponsalibus resilire quibus & quando liceat, & sup. nu. 1.
2. 3. infra 8.*
5 *Coram personis honestis reclamatio fieri potest, & quando,
& quæ dicantur huiusmodi personæ.*
*Violentia excludit consensum, & effectũ copulæ in matrimo-
nialibus.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*
Initium quando spectetur.
Claudicat quandoque contractus. §. 1.
8 *Additio glossarum.*
Medicus semel probatus reprobatur, & cæ.

CAPVT VII.

1 De illis. C. Si duo † impuberes maiores septen-
nio sponsalia contrahunt ante puberta
tem, resilire non possunt. & ille, qui pri
mo fiet pubes, alium expectabit. & si a princ. alter erat
pubes, pubertatem alterius expectabit. & prima gloss.
diuidit decre. Host. verò sic dicebat, puer 12. annorum.
& puella 10. simul iunguntur, quousque ætas fuerit in
vtroque completa, expectare præcipiuntur, q̃ si puer
14. an. cum prædicta puella contraxit, & veniens ad 14.
an. non reclamauerit, in voluntate puellæ remanet, an
veniens ad ætatem velit soluere sponsalia sic cõtracta.
Mulier vero 12. ann. contrahens cum puero reclamare
non potest, sed expectare tenetur, vtrum puer ad æta-
tem veniens duxerit reclamandum [Annos aptos] ergo
2 per † numerum ann. probatur pubertas, de hoc supra
eo. puberes. Host. [Antequam] ipsa enim pubertate ad-
ueniente audiretur, vt sequitur, & per tres dies ann. vel
post, vt no. supra c. proxi. secundum Host. quo ad separa
tionem. nam reclamatio est scribenda, in qua forsan po
stea præsumetur perdurare, nisi contrarium probetur a
argum. de bap. maiores. §. fi. & infra eod. de illis, & ca-
pit. ex literis, secundum Hostien. qui etiam consuluit,
quod sæpe reclamet, et id scribi faciat, argum. supra de
probat. quoniam contra, vt sic ipsius dissensus euiden-
tius elucescat [Istorum puerorum] sed diuersæ ætatis.
pone quòd puer 13. ann. mulier 10. et sic diuersificabi-
tur a præcedenti et sequenti casu. Host. [Peruenerit] an
3 eo † solo, quod non reclamauit, perfecta ætate dicatur
matrimonium confirmatum, dic vt infra eod. capit.
vno, lib. 6. [Eosdem] pueriles [Alterum] scilicet spon-
sum, qui ligatus erat: quia non reclamauerat aduenien
te legitima ætate. Hostien. [ipse] sponsus. [Aetatem]
4 14. anno. [Negauerit] in potestate † igitur sponsi est
tunc consentire, vel dissentire. Ad euidentiam tamen
huius materiæ distingue, aut iurauit quis sponsalia, aut
non: si iurauit, et nõ vult complere, subdist. aut vterque
vult

vult a sponsalibus resilere, quo casu cogendi non sunt,
sup.eo.c.2.aut alter tantum dissentit.& tunc subdistin.
aut allegat iustam causam cõtra sponsalia, & tunc audi
tur,de iureiurand.quemadmodũ:aut non allegat, quo
casu, si timetur scandalum de eius compulsione, eccle-
sia non cogit eum, sup.tit.proxi. requisiuit.si non time-
tur,cogitur indistinctè.s.ti.pxi.ex literis.2.vbi de hoc.
Si verò in sponsalib.non interuenit iurm,aut ꝯhunt per
se,aut per parentes.si per se, tene qđ hic dr:quia si vter-
que est impubes,non admittitur ante ętatem legitimã,
si alter pubes, alter impubes,si impubes reclamat,non
auditur ante ætatẽ legitimã, vt hic. Si aũt pubes recla-
mat,nõ auditur,ex quo semel consensit, vt hic.Si per pa
rentes,distingue,aut hi, pro quibus cõtrahunt,sunt ma
iores,& tunc non compelluntur,nisi velint hẽre rata spõ-
salia,infra eo.ex literis.aut minores, & tunc valent, su-
pra c.1.quod intellige,si verbo, vel facto consenserint,
infra eo.c.vno, lib.6.& ex quo venerint ad ætatem legi
timam,poterũt resilire, vt hic, Abb.& Pet.de hoc, & in-
distin.Host.verò hic dicebat non esse curandum,an iu-
ramentum interuenerit, vel non.22.q.5.iuramenti, de
pact.c.1, & 3.de arbi.per tuas,& hic,& c.se.& c.ad dis-
soluendũ,sic dicens,qñ minores 7.an.contrahunt, stã-
dũ est his,quæ dñr,sup.eo.literas,& c.accessit.si sunt pu
beres hinc & inde, locũ hñt no.sup.c.præterea.1.& 2.c.
requisiuit.quod si pueri sint maiores infantibus,& ęqua
lis ætatis, non audiuntur super separatione sponsalium,
donec ambo pariter ætatem perfecerint. & si tunc non
reclamauerint, firmantur ad minus sponsalia, & sic cõ-
pelluntur ab ecclesia cõtrahere, vt de pauperibus dictũ
est. Si verò reclamauerunt, soluuntur sponsalia, sup.eo.
c.1.respõ.& ĩ.eo.a nobis.Si verò pueri sunt disparis ęta
tis,in voluntate illius, qui primò peruenerit ad ætatẽ,
est soluere sponsalia, si reclamauerit, quòd si tacuerit,
ad eum,qui minor remanet,deuoluitur hæc potestas.&
secundum hoc intellige sup. §.proxi.& sup. de spon.ex
literis.2. & infra c.attestationes. verũ si pubes,cum im-
pubere cõtrahat,statim tenent sponsalia quo ad vtrũ-
que, & vterq; expectare tenetur, quousque impubes ad
a pubertatem perueniat. [a] & tunc, si reclamat,soluuntur
spõsalia:alias ab ecclesia cõtrahere compellentur, nisi
causa subsit,quare non sint compellendi, & de hoc sup.
5 tit.1.ex literis.2. fiet † autem hæc reclamatio corã epi-
scopo. vel suo vicario.ad hoc facit litera, supra iudicio
ecclesiæ,supra de reg.c.2.de frigi.c.1.& ipsis deficienti
bus fiat corã presbyteris, & aliis honestis personis, arg.
sup.de offi.or.pastoralis.in fi.sed ipso facto fit reclama-
tio, vt no.inf.c.attestationes.hæc vera, nisi intercedat
carnalis copula secũdum ea quę not.sup.eod.puberes:
vel aliter dicatur matrimonium præsumptum, sup.tit.
1.c.fi.& hæc omnia excludit violentia, si probetur in-
tercessisse in quacunque ætate,inf.eo.de illis.Si verò pu
bes,& impubes, vel duo impuberes per verba de pręsen
ti contrahant, no.infra c.proxi. & dic vt inf.eo.c.vno,
6 lib.6.¶ Gl.3.† ponit lecturam,quam reprobat. ¶ Glo.
sic infra successiuè,signat duo contraria,& soluit.¶ Vl.
gl.arguit semel probatum &c.alleg.8.iura,& in contra
rium vnam l.secundò arguit claudicare contractus,al-
7 leg.7.iura, in contrarium alleg.4.& soluit.¶ In † gl.2.
ibi,Pomponius.2.]si pupilli negocia gerere cœpi,& in-
ter moras gestionis factus sit pubes, inspicitur initium
[& ibi, denique,§.1.]si cum minore contraxi,& contra-
ctus incidit in tempus,quo factus est maior,si approba-
uit,cessauit restitutio,alias non.¶In vlt.gl.ibi,Pompo-
nius.1.] vide de accu.nulli,super gl.2.[& ibi,si vxor,in
fi.]vide de adul.c.fi.super 1.glo.[& ibi,§.reprobari]vi-
de de præben. cum secundum. super pen.gl.[& ibi, de
auct.tu.§.1.]emendo, vendendo, locando, vel conducẽ-
do, vel his similia agendo sine tutoris auctoritate obli-
gatur quis pupillo, sed pupillus non [& ibi, non comi-
nus] videlicet sñia lata pro minore 25. an.qui egit sine
curatore, vel in damnis ei subueniatur, non in reb.pro-
sperè gestis [& ibi, si cum dies,§.sed si cum dies]§.sed
si,vide de appellatio.ex parte.1. super gloss.1.[& ibi.
§.vltim.]incipit, si ab altera. vide de arbit. cap.fin.in
8 gl.1.¶ In † gl.1.altero,ibi,perueniat] si tñ cõtrahat,te
net, vt no.in fi.vlt.gl.¶ In gl.sic infra,ibi,ex fine]idem
ibi Goff.& eodem modo respondetur secundum eũ ad
decr.supra eo accessit. & facit quod no.de testi. spo.ex
parte,in gl.1.¶ In glo.vlt.§.reprobari] ibi medicus se-
mel probatus reprobatur.& est spãle pp hominum sani
tatem[& ibi,non eo minus]& infra de eo,qui du.in ma.
c.1.vbi de hoc,in vlt.gl.[& ibi,consensibus]facit quod
no,supra de transla.c.fi.in princ.1.gl.& ibi,suæ promis-
sionis]si.no.sup.tit.1.ex literis,in fi.2.gl.

ADDITIO.

a ¶ Perueniat. Vide ad materiam huius c.in deci.Rotæ, cõcl.434.

SVMMARIVM.

1 *Impuberes sponsalia contrahentes ante pubertatem nequeunt separari, num. 1.*
Hæc decretalis quid addat proxima, num. 1.
Infra, pro citra.
2 *Argumentu a contrario hic elicitur.*
Matrimonium per verba de præsenti ab impuberibus contractum habet vires sponsalium. quando non est, separari, vel accusari non potest, num. 3. præsumptum quod dicatur, num. 3.5.6.& 7.
Quod agitur, si non valet vt agitur, valet vt valere potest, exemplum.
3 *Separatio hic pro absolutione sumitur, & a quo.*
Copula, oportet sit voluntaria, & eius effectus.
4 *Pubertas qualiter probetur.*
Ad rarò quæ accidunt, interdum ius adaptatur.
Anticipatio copulæ fit quandoque.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Quod noluit potuit, quod voluit facere nequiuit, an habeat locum in matrimonialibus, nu.6.& 7.
6 *Additio glossarum, num. 7.*
7 *Matrimonia non iure fori, sed iure poli aguntur.*
Obligatio tacita extra id, quod agitur, sæpe contrahitur.
Aegidius iurisconsul. Cardinalis.

CAP. VIII.

1 A nobis tua C. Impuberes sponsalia con-
trahẽtes ante pubertatem se-
parari non debent,& ponit 1.
quæstionem.2. respondet ibi ad quod.& dicebat Host.
qꝫ hæc decre.dicebat, idẽ cũ 1.tñ.s.proxi.addebat tñ,
de consensu,& carnis copula[Verum]tolle liceat,quod
est ĩ.[His]ambobus contrahentibus.Inn.[Infra.]i.ci-
tra sic s.c.pro.in prin. Hos.[Matrimonio]Matrimonio
2 ꝯhendo.[Gof.Ante nubiles]§.ergo contrario † post nu
biles annos bene habent coniugalem cõsensum, de hoc
supra eo.puberes.Ho.[Expectare]huius ratio, no.supra
e.c.pro.in 2.gl.& tunc adueniẽte pubertate[Confirme-
tur]i.contrahendo per verba de præsenti cõi consensu
firmetur, cum nec matrimonium ꝯctum hñt vires nisi
sponsalium,& hoc nõ fuerat dictum in superiori capitu-
3 lo, sm Host.[Separentur]i.a sponsaliũ † vinculo iudicio
ecclesiæ absoluantur.alia litera[Separetur] s.matrimo-
a niũ. & dic quo'ad vires [a] spõsaliũ, vt vtriq; detur licẽtia
contrahendi. infra eo. attestationes, in fi. alias matri-
monium,quod non est, separari, vel accusari nõ potest,
inf.eo.ad dissoluendũ.Host.sm quem sub.hic & hæc se
paratio fiet,nisi &c.[Carnis]contra s.tit.1.tua.So.ibi,
& intelligas hoc de copula voluntaria:alias contra, in-
fra c.proxi.secundum Host. & additur hoc superiori ca
pitulo sm eum[Commixtio]quæ statim inducit matri-
moniũ,sup.ti.1.de illis, ĩ.eo.ex literis.T.pręsumptũ,s.

ti.proxi.is qui.Go.[Interdum] ergo secundum Host. nõ
4 debuit scribi, q † per hanc tantum probetur pubertas,
cum ad ea quæ rarò accidunt, non adaptentur iura. de
hoc 3.c.literas [Anticipare] malitia supplete ætatem.
5 j.c.proxi.Inn.¶ Gl.2.† dat simile, quærit, & dupliciter
soluit.¶ In gl.2.ibi, quæsitũ] si infra 12.an. fiant nuptiæ
si præcesserunt sponsalia, durant, quamuis loco nuptæ
in domo sit: si non præcesserunt per deductionem, non
censebuntur spõsalia [& ibi, multum interest] vide in c.
cum supur, super vlt.gl. [& ibi, minorem] vide sup.tit.1.
6 ad id qđ super gl.2.¶ In † fi.gl.1.] Ala. vel de vero ma-
trimonio loquitur, quod quantum in eis erat, contrahe-
re intendebant sm Lau. & Vin. & sic soluitur quæstio se-
quẽtis gl.¶ In gl.2.ibi, quia nolunt] hoc tenuit hic Vin.
& Io. j.c.vlt. & refert Host. q idem tenebat Ala. & Egi.
cardinal. de Ala. falsum dixit, vt infra patet: quia eius
fuit hęc gl. [& ibi, quæsitum] dicebat Phi. infra.ca.fi. q
7 † ista lex, & lex, minorem, all. infra nõ obstant: quia ma-
trimonia non iure fori, sed iure poli reguntur [& ibi,
posset tamen dici] idem Ala. T. Goff. & Inn. & sic termi-
natur, infra.e.c. vno. §.1.lib.6. [& in fi.] & c. vlt. & j. de
condi.appo. super eo. sæpe.n. extra id quod agitur taci-
ta &c.ff.commo. si is, qui commodatum, §. fi. Host.

ADDITIO.

a ¶ Vires. Habet ergo locum c.proxi. etiam in fictis sponsalibus, & præsumptis, de quibus in capitulo primo. §.1.eod.tit.lib.6. & vide infra super gloss. prima.

SVMMARIVM.

1 Minores apti ad matrimonium ex contractu obligantur, nisi violentia intercedat, & quasi apti dicantur, num. 1.
Hæc decretalis quid addat proximè superiori.
2 In mora modici temporis non est impedimentum.
Parentibus creditur de ætate liberorum.
In matrimonium consentire vel verbis, vel facto.
3 Reclamatio quando nocet, vel secus.
Copula carnalis an sufficiat quod interuenire potuerit, & quo casu.
Pubertas præueniri solet, & tardari.
Interuenire qui possit quid, vel aptitudo inspicitur.
Malitia qualiter hic accipiatur.
Per sequentia terminantur præcedentia, & è conuerso, ibid.
5 Epilogus, & additio glossarum. nu.6.
Monasterij ingressus. & matrimonium an perficientur.
Prudentia quomodo hic accipiatur.
Aetatem supplet interdum bonitas, & quandoque malitia, num. 4.

CAPVT IX.

1 De illis. Casus. Minores † apti ad matrimoniũ ex contractu obligantur, nisi violentia intercedat. Abb. & in 1. decisa consul-
tatio. in 2. responsio, ibi. respondemus. & dixit Hostien.
idem cum superiori, sed addit de violentia [Proximi]
Item, si non sint proximi, dummodo sint doli capaces,
supra eo. literas, in fi. Ala. proximum autem dixit, vt di
cit gloss. sup. eod. continebatur [Potuerunt] argumen.
2 secundum † Vinc. in mora modici temporis nõ esse im-
pedimentum, supra de æta. & qua. præterea. ff. de iudi.
si debitori. contra. ff. de mino. l. 3. §. minorem, & sup. de
rescript. si proponente [Coniugi] quod apparet lanugi-
ne, vel facti experientia. Innoc. [Non dicunt] maximè
cum parentes dicunt eos ætatis legitimæ, sup. c. contine
batur. Host. [Consensisse] vel dicendo verba apta matri
monio, vel cognoscendo eam. & hoc innuit litera, con-
3 iungi. Innoc. [Suppleuisse] pone, quòd † puella habens
11. an. & dimidium, dum desponsatur, & traducitur an

te, quam perueniat ad complementum. 12. ann. recla-
mat, nunquid iudicandum erit matrimonium: sic, si in-
teruenit copula: alias non. secundum Tan. quam senten
tiam reprobat Gof. dicens esse matrimonium, siue in-
teruenia copula, siue non, ex quo contrahentes sunt ita
proximi ætati, quod interuenire potest: sed Host. dicit,
q dictum Gof. non putat verum. & vbi dicit coniungi,
sub. & ita factum esse probetur. nam de hoc aliter con-
stare, vel præsumi nõ potest secundum eum. & si dicas,
pubertas solet præueniri, super c. puberes, vtique & tar-
dari, vt ibi. Gloss. Innoc. & Abb. concordat Gof. & eius
opinio vera est, vt infra cap. vlt. & infra eo. ca. vno, §. 1.
4 lib. 6. vbi de hoc [Malitia] idest vigor † naturalis, vel
potentia ad coeundum. Pet. [Accedat] argum. secundũ
Vincent. per sequentia terminari precedentia, & econ-
5 uerso, de hoc supra de appell. secundò requiris. ¶ In † gl.
antepen. ibi. l. 3.] vide de pœn. & remiss. omnis, super 3.
gloss. ¶ In glos. vlt. ibi. l. 2.] vide quod me. causa, ad au
6 dientiam, in ea. gl. ¶ In gl. in fine] & idem, quod in ma
trimonio, dicam in ingressu monasterij, alij contra, In-
noc. secundum verius, vt infra de reg. c. 1. lib. 6. ¶ In gl.
alibi, ibi, prudentia] quod intelligit T. sapientiam, di-
scretionem, & doli capacitatem. & secundum Phi. inter
dum bonitas suppleat ętatẽ, C. de proxi. sa. scrine, l. vni
cuique, & 77. dist. monacus.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium non facit contractus ante puberem ætatem etiã cum nisu carnalis copulæ: & quando præsumatur ipsum, nu. 5. & 8. alia vide num. 10.
2 Confessioni an & quando standum contra se in matrimonialibus, quando possit mutari, vel reuocari, num. 3.
Ad malum multa via.
Mulier, quę corrumpi timetur, est custodiẽda, & apud quas, in fine.
4 Per cohabitationem firmatur matrimonium, & quando.
Vendicatio datur etiam contra maritum liberum, & plenum.
Maritus non habet sui corporis potestatem.
5 Testes qui idonei matrimonio, vel sponsalibus.
Circa, præpositio quid significet.
Potentia coeundi ante tempus non præsumitur, nisi in casu.
Arg. a contrario sensu fortissimum, & quo casu hic.
6 Epilogus, suffragium, & additio glossarum. n. 7. & 8.
Virginitas per aspectum corporis probatur.
Corruptio vtriusque requiritur, in copula confirmatoria matrimonij.
9 Publicatio attestationum non obstat in matrimonialibus, & ratio.
De animarum salute vbi agitur subtilitas perniciosa non est seruanda, & veritas anteponenda.
10 Matrimonium est fauorabile, & a minori anno. qui coire potest, contrahi potest, & ratio. matrimonio cum duabus contracto quid iuris.
An præsumptum primum præferatur publico secundo. alia vide num. 1.
Iuramentum hic defertur reo attenta præsumptione contra eum, & quid si nolit iurare.

CAP. X.

1 Attestationes. Casus. Contractus † ante puberem ætatem, etiam cum nisu carnalis copulæ
non facit matrimonium. Cõis diuisio. 3. ibi, consultatio
ni. dixit Host. puer tentat mulierem, quam desponsaue-
rat: mulier credit, q euasit virgo, recedit a sponso ante,
quam ad 14. perueniat: sed facta postea 17. an. mulier
ipsum sibi in virum vẽdicat, mandatur episcopo, quòd
nisi mulier per testes probet, q his 14. an. in ipsam cõ-
sen-

senserit, recepto ab eo iuramēto, q post legitimam ætatem in eam non consensit, ipsum ab impetitione mulieris absoluat, & vtrique det licentiam q cum alio contrahat[Accepimus]hic patet, q attestationes erant publicatę. Ho.[ipsis]attestationibus, nō intelligas spōsis, Hostię.[Vxorem]s. per verba de pręsenti[Ipsam]spōsam. s.
2 [Credit se]quia contra † se cōfitebatur, creditur ei, vt dicit gl. Sed contra, hæc confessio est contra matrimoniū & esse posset, q ipsa fingeret sibi placere, qđ displicet. Sunt enim hominibus multæ viæ ad malum, in auct. de nup. §. minores, & fingi poterunt lites. ff. de transact. cum hi. §. transactiones, & §. se. ergo ēt vtrique in hoc casu non est credendum, de eo, qui co. con. super eo, de diuor. ex literis. Dicit Host. talia committenda iudicis arbitrio. de hoc s. ti. 1. tua, & c. præterea. 2. & c. requisiuit. vnde, si iudex certus sit omnino, q mulier modis omnibus appetit matrimonium, vel ambo simul, credere potest confitenti, & confitentibus etiam ꝯ matrimonium cum alijs sufficientibus verisimilibus coniecturis, arg. hic, & 35. q. 6. si duo. sed si dubitat in aliquo, consulit Host. q non de facili ad sententiam diuortij prorūpat. s. de sen. & re iu. c. fi. de testi. licet ex quadam, in fin. sed & mulierem inspici faciat. s. de prob. causam, & de omnibus circunstantijs ex officio ēt partibus inuitis inqui-
3 rat, vt s. tit. 1. sicut, ad fi. quid † si mulier velit confessionē mutare, & dicere, q eam corrupit; hoc facere potest, maximè quia nec firmiter asserebat se virginem. vnde dicebat Pe. & Ab. q non semper puellæ hoc cognoscūt, an sint cognitæ cū effectu, & ēt si hoc fecisset, comperto errore & no. de ap. cum causam. vel statim apud acta. s. de ele. scripti. §. 1. vbi de hoc. Quinimò & post sniam ꝯ matri. latam in rem iu. non transeat; de re. iu. lator. sed quid si interim, vt possit illum habere, latenter faciat se corrūpi, pp hoc & alia & similia, consulit Host. q eius sępius & per diuersas matronas mulierē faciat custodiri & poni in tuto & honesto loco. s. tit. 1. cum locum[Re-
4 cessit]& sic † de facto dissentit, & per hoc innuit, q si cū muliere morando perfecisset ætatem, matrimonii esset firmū[quem]sponsum[Eadem]G. mulier[Vendicare] ex quo. n. maritus est, iam sui corporis non habet ptātē, & sic. vxor eū vendicare posset. ff. de rei vē. in rem, adiectā cā de iure diuino, sicut de iure quiritum vendicatur filius. ff. de rei vē. l. 1. ēt ꝯ patrem. s. tit. 1. non est vobis, & c. veniens. Host.[Et infra] hoc est, quod iuuenis ꝯdicit, dicēs, q in ipsam nunquā consensit, ex quo fuit ætatis legitimæ, & petit, qđ sibi detur licentia cum alia ꝯhēdi, quærit eps, quid hēat facere. Ho.[Idoneos]qui in-
5 terfuerūt † cōsensui, & nō suspectos. s. de test. in litteris. Host.[Circa fi.]per tres dies, quia nec ante tps pręsumā potentiā, nisi facto pateat, & probet, vt dixi s. c. cōtinebatur, & s. de illis, 2. & j. c. proxi. §. fi. Ho. vide qđ dicā j. c. vlt.[Consensiste]cognoscēdo, vel de nouo ꝯhendo, aliter. n. vt si osculatus est eā, vel cohabitaret cū ea, non
2 psumerē matrimoniū. j. de ma. ꝯc. ꝯ inter. ec. c. 1. Inn. Host. ꝯ, qđ satis vr p c. j. e. c. vno. §. 1. lib. 6. Dicebat aūt Host. q aūt tentando prope fi. 14. per tres dies tacite ratificare vr, & hoc forte allegabat mulier, dicēs ēt, q sup hoc volebat stare suo facto, & qđ j. dixit, Nō consensit, exponit saltē tentando. & hoc in fauorem matrimonij, & pp vitandum aiarum periculū[Potes, & debes]ergo si non iurat, nec potes, nec debes, sed adiudicabis illum mulieri, vt dictum est. ar. n. a ꝯrio fortissimū est, de his quæ fi. a præ. cū apostolica. Ho.[Licētiam]nec aliter ꝯhere debet, vt dixi s. c. 2. Host. gl. 2. & 3. pūt recitari per
6 duas q. ¶ Pe. † gl. Rū. per q. qñ dicatur, circa fi. soluit allegās tria iura. alle. vnum ꝯrium, & demū determinat,
7 quæ dixit. ¶ Vl. gl. quęrit opponendo. & soluit. ¶ In † gl. 2. ibi, de ætate. §. 1.] vide de confes. c. fi. super gl. 1. ¶ In gl. pe. ibi non tantum]vide de ele. cū nobis olim, super
8 gl. 3.[& ibi † ad rē pub.] vide de ele. cū in cunctis, sup 5. gl. ¶ In fi. 2. gl.]adde, nisi mulier per aspectum corporis virginem se probaret, de probat. proposuisti. T. vel fm Inn. licet mulier corrupta fuisset, & non vir, non esset matrimonium. remi. ad ea quæ notauit j. de eo, qui co. fraternitatis. ¶ In gl. qđ facere, in fi.]vbi de hoc
9 Host. dicit † istud factū falsum, nam s. probauit, q maritus suus erat, & in ipsam cōsenserat, & sic est isteidem articulus. posset tñ dici, q est alius modus probandi cōsensum; quia sup. probauit primū consensum ꝯctus, hic verò mādatur probari ꝯsensus postea subsecutus. Dicit tñ, q nec hoc prodest magris, qui tenent, q publicatis attestationibus nō possint alij testes in cā matrimoniali produci, ne laxetur via falsis testib. producēdis. nam fm eū magis est timēdū de corruptione, viso q nō probauit primū consensum, dicere poterit volo probare, q de nouo consensit in me. sed & si super primo consensu formasset libellū, & litem conte. esset, qđ valeret in hac cā nouum cōsensum probare. ff. de iud. nō quemadmodū, & l. nō potest videri. Dixit ergo, q, ex quo de salute aiarum agitur: perniciosa subtilitas non est seruanda, q
6 ꝯ animam posset esse, & si veritas pro aia, quis dubitat illā præferendā. 12. q. 1. præcipimus. j. de si. Matth. veritas ergo fm eū est quæ in mrimonialib. non ob. publicatio. quia nec snia, de re iu. lator. ¶ In gl. forte ibi, illud] soluc, vt no. s. de regulā. ad nostram, in gl. 2. fauorabile
10 † aūt est mrimoniū, & q minor an. qui coire pōt. ꝯhere possit, ne peccare cogatur. ¶ In glo. sed quare. ibi, iō fm Vin. & in fi.]dixit Host. q hæc est cā, quare defertur iuramētum, quia de tanta re segnius agendum non est. 42. dist. quiescamus, & quia per inspectionē, & iuramēti delationē, & oēm alium modum conari debet iudex, vt sibi veritas cōstare possit, quid si renuit iurare? adiudicabitur mulieri, ar. sup. de iura. ca. fi. Quid si postea transeat ad secundā vota, distringetur per ecclesiam, vt reuertatur ad primā. sup. tit. 1. si inter, & c. is qui, q si ante, quam ab hac muliere impeteretur, ad secunda vota transisset, & modo non vult iurare, vel iurat, q circa 14. an. in primam consensit, Dicit Host. q quæras, & consulas talem qui sibi sciat, & valeat respondere, quia fm eum dicere ꝯ hāc dec. esset præsumptuosum, velle vero præiudicare secundo matrimonio publicè contracto occasione primi per testes non probati, non est tutum.

S V M M A R I V M.

1 *Si sponsalia maior contrahat cum minore, non tenetur illū expectare donec veniat ad ætatem adultam.*
2 *Matrimonium per verba de præsenti cum minori non valet in matrimonium, num. 4. & quando præsumatur, nu. 3.*
Vis absoluta quæ, & afficit obligationem, nu. 3.
Per cohabitationem voluntariam ratificatur matrimonium.
3 *Per copulam tentatam, & quo casu.*
Præsumptio tollitur per iuramentum in matrimonialibus.
Conatus sufficit hic, & quo casu.
Responsum papæ quandoque factum more Scæuolæ, vt hic.
4 *Epilogus, & additio glossarum.*

C A P V T XI.

1 Ex literis. Casus. Si † maior inuitus contrahat sponsalia cum minore, non tenetur illum expectare, donec veniat ad ætatem adultam. Et communis diuisio. 2. ibi, Cum autem dicebat Hostiē. mulier pubes cum puero 9. vel 10. an. contrahit: traducta in domum soceri, secum inuita per annum & amplius moram trahit: sed hora captata recedit ab eo. dēt ei dari licentia cōtrahendi cū alio, si
2 aliud nō intercessit[Iurata]per verba † de futuro. & sup. Tandē desponsata per verba de præsenti 10. an. & ideo nō valuit contractus vt matrimoniū[Vbi]scilicet in domo patris pueri[Et inuita]& forte ligata, & sic fuit vis absoluta, vnde nullo modo fuit obligata, s. de bap. maiores, §. item quæritur. Host.[Minis]continuis. alias si

semel voluntaria stetisset, ratificatum fuisset, arg. supra
eo. de illis. 2. in fi. & quod inf. dicit, ꝙ inde discessit, in-
telligas, quam cito potuit captata sibi hora, Host. [Et in
fra] quæris, an sibi dari debeat licentia, quã petit cum
alio contrahendi, an vsque ad alterius ætatem licentiã
3 debeat expectare [Accessum] etiam † causa carnaliter
cognoscendi. q. d. si non tentauerit. alioquin, cum per
verba de præsenti contraxerit, si hoc fecisset circa pu-
bertatem muliere consentiente, esset forsan matrimo-
nium præsumptum, nisi iuraret, quòd non fecit hoc ani-
mo consentiendi, vt supra c. prox. ad fi. secus, si esset spõ
sa de futuro: quia tũc conatus nõ sufficeret sine effectu,
sup. tit. 1. c. fi. Illud autem certum est, ꝙ si eam cum effe-
ctu tractasset, quæcunque verba interuenissent, esset ma
trimonium, nisi inuita fuisset cognita, vt no. supra eo. a
nobis, & c. seq. [Proposita] scilicet, ꝙ inuita tradita spõ-
salibus non consensit. Abb. dicebat Host. s. ꝙ inuita cõ-
traxit, inuita traducta fuit, & compulsa stetit, & capta-
ta hora aufugit, nec vnquam in sponsum tacitè, vel ex-
pressè consensit. & sic cess t omne contrarium secun-
dum eum, qui dixit etiam papam hoc respondere mo-
re Sceuolæ, ff. de li. le. l. Aurelius. sic supra ti. 1. tua, & in-
4 fra qui cle. vel vo. c. fi. ¶ Vlt. gl. † signat contrarium, &
soluit. ¶ In fi. 2. gl.] sic 22. q. 1. considera, de æta. & qua
lita. c. pen. de cele. miss. consilium, in fi. ¶ In gl. hoc. ibi,
sponsalia] non vt matrimonium. obstabat. n. ætas viri
sm Gost. ¶ In gl. vlt. arg. contra] duobus modis est con
tra, sm Host. quia hæc maior prouocãs auditur, & quia
impuberem expectare non cogitur [& ibi, solutio] secũ
dum Ala. T. & Vinc. & idem Gof. & Innoc. & Host [& in
fine] vel hic de æquitate, vel ibi interuenerat iuramen-
tum, hic non, Inn. tene, quod dicit gl.

SVMMARIVM.

1 *Sponsalia contracta cum minore septennio quãdo conualescãt, & inducant in publicam honestatem, & quãdo soluerentur, nu. 1. & 7. per verba de præsenti contrahuntur, num. 7.*
Quæstiones quę huius decretalis.
2 *Discretionis anni qui.*
Consensum sufficientem ad matrimonium quãdo quis habeat,
Factum pro voluntate faciendi quandoque ponitur, vt hic in ver. Compulit.
3 *Copula carnalis quando non præsumenda.*
Remanere, pro redire,
Regressus, pro accessu.
Locutiones impropriæ quandoque sunt vt hic, & supra nu. 2.
4 *Scandalum vnde oriatur, & tollendum & quomodo.*
In exemplum sumitur, quod non corrigitur.
Probatio legitima quę ad dictio. legitimè.
Incestuosi matrimonium non contrahant.
5 *Epilogus, & suffragium, glossarum. nu. 6.*
Obligatio non contrahitur duobus casibus hic, num. 8. & quid in dubio, ibid.
7 *Additio glossarum. nu. 8. & 9.*
Matrimonium præsumptum qualiter inducatur.
8 *In dubia re benigna sequenda interpretatio.*
9 *Copula confessioni etiam mulieris quando credatur.*

CAPVT XII.

1 **Duo pueri.** C. Sponsalia contracta † cũ mi-
nore septennio per cohabitatio
nem mutuam post septennium
conualescunt, & inducunt publicam honestatem: soluũ
tur tamen per cõsequens matrimonium de præsenti, &
narrat primo casum, 2. respondet ibi, quia igitur. Host.
ponens factum quasi ad literam, dicebat ex eo multas
elici quæstiones. prima, vtrum inter G. & Vinto. matri-
2 monium cõtractum tenuerit, & respondetur ꝙ a non. se-
cunda, an Guilielmus à G. quę cum Martino contraxit,
derelictus aliam vxorẽ ducere poterit, & dicitur ꝙ sic.
tertio vtrum Stephanum, & dicitur ꝙ nõ. quarto vtrum
Gulielmus possit cum Stephana remanere, & dicitur ꝙ
non. quinto an possit ad Gulielmum redire, & dicitur
ꝙ non, sexto an Guilielmus, si non cognouit Stepha-
nam, possit cum alia contrahere, & Stephana alij nube-
b re, & ditur b ꝙ sic, iniuncta tamen penitentia pro popu-
li scandalo euitando. septimo si constet, quòd Guil. Ste-
phanam cognouerit, vtrum sit eis danda licentia ad se-
cunda vota conuolandi, & dicitur quòd non. 8. vtrum
matrimonium contractum inter M. & Gulielmam te-
nuerit, & an cum ipsa debeat remanere, & respondetur
quòd sic. 9. & vltimo an Martino sit aliqua pœnitentia
imponenda, quia Gulielmam propria auctoritate dimi
sit, respondetur quòd sic [Qui] Gulielmus, & Gulielma
[Per tres] in octauo igitur anno pueri, & nono puellæ
fuerunt sponsalia confirmata. Gof. [tunc] elapsis præ-
dictis tribus annis [Sponsæ] qui forte traduxerat eam
ad domum suam, vel sui patris, sup. c. proxi. Host. [Spon
3 sus] f. G. [Discretionis] idest pubertatis † scilicet 14. an.
& ante quos non dicitur habere sufficientem consensũ
ad matrimonium, supra tit. 1. tuæ. Host. [Qui] Guil. s.
impetrata licentia [Consobrinam] non insciam prioris
factis, alia inique ageretur cũ ea, in fi. c. Lau. Gof. [A se
cũdo viro] Martino, s. [Compulit] i. compellere voluit:
non tamen hoc fecit secũdum T. & similis expositio, in-
fra tit. 1. c. 2. in verbo contrahunt. & tunc proprie sequi-
tur, ver. remanere, quod est, infra in ver. tamẽ quia. Vel
compulit cum effectu secundum Hostiens. nec per hoc
potuerunt ratificari prima sponsalia: tum quia consen-
sus liber non erat: tum quia soluta fuerunt sponsalia for
tiori superueniente vinculo. & dicit Hostiens. quod ma-
gister suus reprobabat primam lec. quia secũdum eam
male sequeretur, ver. infra, si vero legitime, sed Host.
dicit quod per id non mouetur; quia non est præsumen-
3 da † carnalis copula, ad hoc, vt quis de peccato conuin
catur. ex quo in iudicio agitur, ar. de præsumpt. c. fi. nisi
forte sit præsumptio violenta. quod dic vt le. & no. de
præsumpt. literis. licet in fauorem matrimonij, vbi con-
firmari posset, hæc præsumptio locum haberet, de frigi.
cap. 2. supra ti. 1. ad id quod, inf. de condit. appo. per
tuas [Eidem] scilicet Gulielmæ, vel scilicet Stephanæ.
T. & Vin. [Puerili ætate] in qua constituti erant Guil. &
Guilielma, quando contraxerunt, & donec simul man-
serunt, vt patet supra in prin. Hostien. [Remanere] i. re
dire, cum illam reliquisset, vel proprie [Regressum] id-
est accessum vel proprie [Copulari] non datur huic sim
pliciter facultas contrahendi; sed suæ conscientiæ relin
quitur, quia fatebatur se cognitam, & sic incestuosam,
& sic suæ consciẽtiæ relinquatur, sup. de iure. mulieri. Vi
ro autem, qui hoc negabat, simpliciter datur licentia,
4 secundum Pe. & Ab. [Scandalo] quia † dicebatur publi
ce, tale duxit consobrinam vxoris ecclesia sciente & nõ
corrigente, ideo posset in exemplum assumi, nisi corri-
geretur, supra de transl. c. 1. in fi. Ho. [Legitime] per cõ-
fessionem partis vtriusque, vel per testes idoneos supra
de testa. præterea. ho. [Viuente] nec mortuo, quia ince-
stuosi nõ cõtrahunt, de eo, qui cõ. con. vxo. sue. Trãsmis-
5 sæ, secundum Pe. & Ab. ¶ Glo. † 5. Respon. per quæstio.
quam soluit, & solutioni signat cõtrarium, ¶ Gloss. sa-
tis] Resp. p. q. ¶ Antepe. glo. quærit opponendo, & du-
6 pliciter sol. ¶ In † 5. gl. ibi. verborum obligatio] si ioco,
vel demonstrandi intellectus causa dicis, spondes, &
7 Respon. non nascitur obligatio. ¶ In † fi. 1. gl.] imo con
traxerunt per verba de præsenti, per quæ intelliguntur
contraxisse sponsalia, vt infra not. & per quæ matrimo-
nium præsumptum inducitur, si prope pubertatẽ inter-
ueniat tentatio, vt no. sup. e. attestationes, Ho. ¶ In gl.
2. ibi sequẽti] infra e. c. vno, in prin. lib. 6. [& ĩ fine] ĩ. e.
c. vno,

c. vno, in fi. lib. 6. In gl. tedijt, vt in fi. vltra mediū. ¶ In
gl. sed sponsalia, ibi, fuctunt] non a tempore cōtractus,
sed per sequentem cohabitationem, vt dictum est in gl.
3 2. [& in fine] hic intendebat † quoquo modo obligari:
ibi verò non, Host. quia ibi verba dicebantur ioco, vel
demonstrandi intellectus causa, de quo dicam infra c.
si. vel secundum Hostiens. aut constat, quòd intendunt
obligationem contrahere, & tunc inducitur obliga-
tio, ff. de ver. oblig. si stipuler, §. si in locando. aut ꝙ nul-
lo modo hoc intendunt, & tunc nulla inducitur, vt in
contrario, aut dubitatur, & tunc inducitur: quia sæpe
extra id quod agitur &c. vt dictū est supra eo. a nobis.
vel hic intēdūt obligari quò ad principale & per conse
quens quò ad accessorium, arg. ff. de procu. l. ad rē mo-
bilem, & l. ad legatum, & supra de elect. in causis. nam
in re dubia sequi benignam interpretationem non mi-
nus iustius est, quàm tutius, ff. de his, quæ in testamento
delen. l. proximè. ¶ In gloss. satis fuit, ibi, alterutri] arg.
de homi. significasti. 2. vltra medium [& in fin.] dicebat
9 Hostiē. vbi ex † confessione copulæ firmatur matrimo-
nium, creditur etiam mulieri: secus, vbi per illam nō fir
matur matrimonium, sed tantum pactum probatur, vt
hic dixi super ver. compulit.

ADDITIONES.

a ¶ Respondetur quòd. Quod minor ætas erat impediens contra-
here sponsalia, vt in prin. c. licet per cohabitationē sint validata.
b ¶ Dicitur. Quia consobrina primæ sponsę propter publicam ho
nestatem, vt in ver. & licet.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium quod nō est, accusari non potest, ne tamen con-
trahatur, denunciari potest impedimentum, num. 7. & 8.*
2 *Crimen si alicuius denuncietur, ne eligatur, confirmetur, vel
consecretur, vel ne ei prouideatur de beneficio, quid iuris.*
*Executor ad prouidendum cuipiam de beneficio an & quan-
do possit admittere exceptiones aduersus eum, cui prouisio
est facienda. §. & quod dictum.*
3 *Libelli pars bene formata admittitur.*
4 *Mulier, seu puella in loco tuto ponenda, ne defloretur.*
Lis pendere dicitur etiam ante litis contestationem.
5 *In denunciatione est ordo seruandus, & quis.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.*
*In rerum natura debet prius existere id, de quo agitur, & an
hoc sit semper verum num. 8.*
7 *Additio glossarum.*
9 *Exceptiones omissæ, vel alias non admissæ, variato agendi mo
do admittuntur, iuncta gloss.*
10 *Matrimonium contractum contra interdictū papæ an teneat.*
Principis potestas, & priuilegium.
Vox viua mortua, & excellentius præfertur.

CAP. XIII.

1 Ad dissoluendum. Casus. Accusari
† non potest ma
trimoniū quod
non est, vt si cum minore septennio sit contractum: de-
nunciari tamen potest impedimentum, ne contraha-
tur in posterum. & tria facit. primo narrat factum. 2. in-
terloquitur super illo. 3. inhibet, & decernit, 2. ibi, in-
terloquendo. 3. ne vero. iterum in secunda tria facit. pri
mo interloquendo accusationem repellit, & dicit qua-
re. 2. denunciationem reseruat, & ad eam terminum
statuit. 3. exceptiones reseruat. 2. ibi, denunciari. 3. sal-
uis. Hostiens. summat quasi ad literam. & ideo omitto.
[Præfatus] idest sponsus, qui sponsam habere volebat,
quia forsan diues & nobilis. Hostien. [Vos] loquitur pa-
rentibus puellæ, quibus matrimonium displicebat, &
ideo illud accusabant. Hostien. [Et infra] forte sub pri-
mo. infra cōtinebatur forma accusationis, hic forte for
ma exceptionis secundum Hostien. [Contrahendum]
2 quid si crimen † alicuius denuncietur, ne eligatur, con-
firmetur, vel consecretur? & quidem non est omnino
contemnenda talis denunciatio, imò est diligenter cō-
siderandum, vtrum bona, vel mala intentione fiat, &
an sit vera vel falsa, supra de elect. cū terra. 24. distinct.
quando. 61. dist. miramur. 8. quęst. 2. dilectissimi. & hoc
sic discusso procedi potest ad electionem, confirmatio-
nem, consecrationem, vel non. si tamen fuerit appella-
tum, & probetur veritas criminis, totum retractabitur,
de elect. cap. 1. lib. 6. de hoc infra de accu. super his, &
supra de appell. constitutis. 2. secundum Innoc. & Ho-
stiens. ipse tamen Innoc. latius prosecutus est hic hanc
materiam, dicens, quòd electo non petente confirma-
tionem, vel consecrationem, potest eius peccatum de-
nunciari superiori, & peti, ne confirmetur. 22. quæst. 5.
hoc videtur. sed caueat, qui denunciat: quia non po-
test denunciare peccatum formæ electionis, si ipsius ele
ctionem non impedit, nec de crimine, de quo egit pœ-
nitentiam, nisi sit tale, quod impediat ordinis executio-
nem post pœnitentiam, supra de renunc. nisi cum pri-
dem, §. 1. & no. 2. quæst. 1. si peccauerit, argum. contra.
50. distinct. ex pœnitentibus. sed id loquitur in irregula
ritate, & criminibus, vbi dispensatio est facienda. Item
contra de cler. excō. si celebrat. sed expone, vt ibi, item
denunciando agi potest contra electum post confirma-
tionem, supra de elect. constitutis, & no. quòd licet hæc
denunciatio impediat ordinandum, vel consecrandū,
non debet tantum operari, quòd electores ab electione
reuocet, nisi credat verum esse quod dicitur, nec debet
superior propter hoc celebrationem electionis impedi-
re, nisi forte paratæ essent probationes, de his quæ fi.
a ma. par. cap. c. 1. alij dicunt, & forte melius, quòd non
est differentia inter confirmationem, consecrationem,
& electionem, sed vtrobique fiet quod dictum est in
princip. huius gloss. vt fiat discussio, si credunt denun-
ciantes bono zelo moueri. ꝙ si non credunt. ad quod-
libet prædictorum procedi poterit, & tenebunt prædi-
cta, etiam si denunciator appellet, etiam si dicat sepa-
ratas habere probationes: quia prædicta non fiunt in
forma iudiciali; sed sunt officia vel ministeria. si tamen
veritas appellationis coram superiore probabitur, cas-
sabitur quod factum est ad minus quo ad executio-
nem, alleg. de elect. cum inter can. de appell. constitu-
tis. 2. & vtrobique de hoc, & posset superior ordinato-
ri & consecratori imponere pœnitentiam, si eos inueni-
ret perperam processisse. videtur tamen, quòd si com-
missa sit denūciatio. & procedatur ordine suo, quod ea
pendente nec ipse, qui in denunciatione procedit, nec
alius ad ordinationem, vel consecrationem procedat,
argum hic. sed in electione forte est aliud. de hoc nota.
infra de si. accusatum. In confirmatione autem cū pro-
cedatur in forma iudicij, & cum causæ cognitione, be-
ne admitteretur talis appellatio, & cassaretur quod fie-
ret post talem appell. etiam si non probaret veras cau-
sas appell. infra de appell. interpositam. ¶ Et quod di-
ctum est in ordinatore, consecratore, & electore, scilicet
ꝙ non obst. contradictione, & appell. cuiusquam tene-
ret quod ab eo fieret, idem videtur in eo, cui mandatū
est, ꝙ prouidere debeat alicui in beneficio, & eo, qui
deputatus est executor ad dādum eadem ratione: quia
iudex non est, nec in forma iudicij procedere debet.
imò ēt idem dicendum est, si alias haberet iurisdictio-
nem vt episcopus, & ad eum pertineret collatio bene-
ficiorum: quia non teneretur admittere huiusmodi ex-
ceptiones, vel denunciationes, nec appellatio ob hoc
interposita impediret eius processum, nisi probaretur
veritas causarum, de appell. constitutis, & cap. seq. imò
si prouisor, vel executor vult huiusmodi exceptio-

nes, vel denunciationes audire. ille, cui debet prouide-
ri, dicere posset, non pertinet ad te, qa tantum es execu-
tor, supra de re iudi. de cætero. licet secus esset in ordi-
nario, sed si prouisor haberet causæ cognitionem, vt si
mādetur, quòd prouideat, si est idoneus, vel quòd alias
compellat, tunc oppositam exceptionem, vel denun-
ciationem audiet, & appellari potest, & quicquid fiet
post talem appell. si offerret probationem causarū, cas-
saretur, de appell. interposita. prudenter tamen faciet
merus executor, si audierit, quod eum mouet, & si consu
luerit superiorem. Inn. quasi ad literam. & circa hoc vl-
timum vide quod dixi de præsumpt. c. vlt. & quod no.
in clem. de offic. de leg. capit. vno [Probandam] intelli-
3 gas † igitur, ꝙ in libello dixerant, accusamus, & denun
ciamus, & sic pars libelli bene formata admittitur. vel
ideo dicit hoc, quia ex officio intendit procedere secun
dum ea, quæ not. supra tit. 1. cum in tua. Host. [In puel-
4 lam] forte deflorando ipsam, & ideo in loco † tuto po-
nenda est, sup. tit. 1. cum locum, Host. [Interim] idest
pendente termino ad probandam denunciationem,
Pet. [Attentetur] idest ne sponsalia de nouo contrahā-
tur, Inn. [De nouo] dicitur ergo lis pendere, etiam vbi
non est lis contest. quod dic vt no. supra vt lit. pend. c.
1. Host. [Cesletur] quod apparebit per lapsum termini
5 ad denunciationem præfixi. Innoc. [Ordine] qui in tali
denunciatione seruandus est de quo supra tit. 1. cum in
tua, secundum Host, [Ipsius] puellæ, vel denunciatoris
secundum aliam lect. Pet. & Abb. [Attentatum] per ex-
torsionem, vel violentiam, Innoc. [Irritam] idest puellę
non præiudicans. vel hoc ideo dicit, quia pendente cau
sa separabitur: vel dic, ꝙ hoc obtinet in sponsalibus, nō
6 in matrimonio. Inno. ¶ Gloss. 1. inchoat † casum. ¶ Gl.
3. coadiuuat textum, per 8. similia, & duo inducit ad cō
trarium, & soluit. ¶ Antepen. gl. soluit contrarium: de-
mum quærit, & soluit. ¶ Vlt. gloss. quærit, & soluit. ¶ In
7 gl. 3. ibi, bouem, §. vlt.] si homo venditus est sub condi-
tione, redhibitoria locum non habet, cum venditio per
fecta nō sit [& ibi. §. nemo] actioni præscribitur, ex quo
nata est; [& ibi. §. futuro] hanc & sequentem vide, de re-
scrip. c. ii. super 3. glos. [& ibi, eos] vide de for. compe. si
diligenti, super vlt. gl. ¶ In gl. 4. ibi, l. 2.] in damno infe
cto veremur futurum damnum, nondum factum [& ibi,
si tundum] vide de cle. exc. illud, super gl. scilicet, quia.
8 ¶ In † gl. benedicit, ibi, ad audiētiam 3.] ibi, idem not.
& per Gof. supra de consu. cum olim [& ibi, quod non]
& ibi de hoc [& ibi, non acquiritur] alias nō amittitur,
item non potest committi iurisdictio, quæ non est, de re
scrip. pastoral. ad fi. & dignitas, quæ non est, vacare nō
potest, de constit. cum accessissent: nec potest minui ca-
pite, carens eo. ff. de capi. di. l. liberos, in fi. nec vsufr. per
di. ante quam cœperit. ff. qui. mo. vsu. a. l. 1. in fi. his con
uenit, de iureiur. c. pen. ff. de au. & ar. le. si itaque, quid
dicat, vide in suf. de rescrip. c. vlt. super 4. gl. ff. de dam.
infect. l. damni, & l. is qui vicinas. de libe. le. l. Aurelius.
§. testator, de acqui. re. do. l. locus & cle. de rescrip. lite-
ras [& in fine] item non obst. ꝙ posthumus instituitur.
ff. de li. & post. l. placet. cui respon. per le. qui in vtero,
ff. de sta. ho. nec obst. ꝙ fructus venturi vēduntur, obli-
gantur, & legantur. idem in partu ancillæ. ff. de contra-
hen. emp. nec emptio, & ff. de pign. & quæ nondum, in-
sti. de leg. §. ea quoque. inest enim conditio, si nascan-
9 tur, ff. de condi. & de. l. 1. in fi. ¶ In † gloss. sic patet, ibi,
omissæ] sub. vel est hoc speciale propter periculum ani-
mæ. Host. [& in fine] nec potest dicere aliquē male crea
tum, qui interfuit creationi. ff. de pecu. l. pen. Vin. ¶ In
gl. vlt. ibi, papæ] intellige de iam facta legitimæ ætatis,
10 vt procedat quæstio [& in fin.] satis † placuit Host. ꝙ si
papa interdixit, & decreuit, dato quòd non subsit aliud
impedimentum, ꝙ matrimonium non teneat, & in hoc
a priuilegiata sit vox principis [a] vel saltem recurtat in
hoc ad intentionem suam, cum ipsa circa hoc faciat cō
stitutionem generalem; non localem, & personalem, de
constit. non debet. 29. dist, sciendum. 37. quæst. 3. quæ-
dam lex. & sic erit hoc principis speciale, sicut infra de
b sen. ex. significauit [b] nec mirum, cum ipse sit lex anima-
ta in terris, in aucten. de consuli. ante fi. col. 4. & vox vi-
ua dignior est, quam mortua, in auct. de instru. ca. & fi.
§. si verò tale, col. 6. & hoc dubitando: tamen placuit
Ala. de matrimonio contracto. c. 1. in 1. compil. motus
per hanc decret.

ADDITIONES.

a ¶ Principis. Pro hoc quod no. Io. And. in c. qui in insulis, in su[a]
gl. fi. de reg. & vide in regula, cum sint partium, in fi. primæ par-
tis in q. mercu.
b ¶ Significauit. Contrarium sentit hic In. & Io. And. in tex. in glo.
fi. & vide in deci. rotę conclu. 489.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium cum impubere contractum, quo casu sponsalia*
intelligatur contraxisse, quando quis sit habilis ætatis ad car-
nale, & spirituale, num. 3. & 4. an per ludum contrahatur.
num. 3.
2 *Circiter, aduerb. quantum capiat temporis.*
Dubitandi ratio in hac decretali quæ.
3 *Respondere certum non compellitur ambiguæ quæstioni.*
Nubilis quo tempore puella, vel masculus dicatur, & nu. 4.
Testamentum impubes an condere queat.
Professionem emittere idem quando possit.
4 *Et, pro vel.*
Subbarratio ei, quod agitur, adaptatur, & n. 8. & quando per
eam matrimonium præsumatur, eod. nu. 8.
5 *Sponsalia quando transeant in matrimonium.*
6 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Per iocum, vel ludum an contrahatur, num. 8.
Impubes tenetur furti. & l. Aquilia & quando.
Additio glossarum.
Anuli immissio, vel datio puellæ quid inferat.
Cur interuenit, & in digitum medium inferatur.
Arrha est signum futuræ venditionis.
In dubio pro matrimonio iudicandum.

CAPVT XIIII.

1 Tuæ nobis. Casus. Si quis † per verba de præ
senti contrahit cum impubere,
in qua malitia non supplet ætа-
tem, non matrimonium, sed sponsalia intelligitur con-
traxisse. & sunt duæ partes, in 1. ponitur dubia consulta-
tio. in 2. ibi, Quia verò, distinguens responsio. dicebat
Host. ꝙ puella circiter 12. an. habens subarrhatione in-
teruenienre cum quodam nobili contraxit. & hoc aliud
non exprimendo incerta fit quæstio. respondetur, ꝙ in
duobus casibus matrimonium tenuit. alias non matri-
monium, sed sponsalia cōtracta intelliguntur, licet fue-
2 rit subarrhata [Circiter] hoc facit † dubitationem, cum
non expressit tempus: potest intelligi de anno, vel mi-
nus supra eod. continebatur. §. si autem potest, & de 6.
mensibus. C. de iudi. properandum. §. & si quidem, &
sic scripsit Da. hoc intelligendum. tu dic, vt not. supra
eo. continebatur. Hostien. [Consensu mutuo] non dicit
quali, an de præsenti, an de futuro, & ideo infra determi
nat. Vincen. Innoc. exponit, scilicet de præsenti. & idem
3 Petr. & Abba. [Constare non potuit] & ideò non † com-
pellatur respondere certum, supra de sponsa. de mulie-
re, & ita ibi sicut hoc poterat distinxisse. Hostien. [Nu-
bilis] ergo a contrario, si erat nubilis ætatis, puta quia
compleuerat 12. annos. vel non deficiebant nisi tres
dies, nec postea contradixit, infra sex dies, argu-
mento, supra de regular. ad nostram, iudicatur matri-
monium

monium, etiam si viripotens non sit, idem, si sit viripo-
tens, & numerus annorum desit. quod dic vt supra eo.
puberes. Host. qui dixit, quod in illis 6. diebus est in statu
tempus. voluit forte loqui ad similitudinem statulibe-
ri. dicebat Vincent. quod licet quidam dicant sufficere
annum inchoatum, alij finitum requiri, ipse credit ces-
santibus præsumptionibus legitimam ætatem in viro
14. in fœmina 12. an. Credit tamen, quòd in fi. 14. an-
ni possint contrahere matrimonium, sicut posset conde
re testamentum. ff. de testamen. qua ætate finaliter di-
cit hoc arbitrio prouidi iudicis relinquendum. ff. de iur.
delib. l. 2. & supra de dona. apostolicæ. propter id, quod
dicit Vinc. de testamento, scire debes, quòd illa lex, qua
ætate, alleg. per eum. h. d. quòd vltima die 14. an. imò
& post 6. horas noctis præcedentis testari potest, cui cō
uenit ff. de manu. le. 1. vbi etiam in fauorabili materia
manumissionis requiritur annus completus, examinan
do hæc duo dicta huius gloss. de primo sciendum, quòd
Hostien. ei quod de triduo h. d. concor. supra eo. pube-
res, vt ibi dixi super ver. impleuit, & supra eo. contine-
batur, super gloss. sed quando, & capit. attestationes. in
gloss. per tres dies, & gloss. se. & qui ma. ac. pos. insuper,
in gloss. supra inquantum dicit de perseuerantia tridui
post fi. 14. an. multum obst. quod scripsi post Innocē. &
ipsum Host. in præ. dec. ad nostram, super ver. triduum,
scilicet quòd speciale sit in religionis professione, quod
ibi dicitur de perseuerantia tridui. nec habet etiam lo-
cum in expressa professione, nec in omni tacita, sed in
illa sola, de qua loquitur illa dec. & decre. constitutio-
nem, eo. tit. lib. 6. propter quod dico triduum post æta-
tem non ponderandum. circa triduum præcedens fa-
cit, quod statim dicam in testamento, de quo sciendū,
quòd disputauit Iac. de Bel. quæstionem de minori 14.
proxi. tamen per tres dies sagace & valde prudente
& soluit testamentum per eum factum non valere. ad
quod bene facit præ. l. qua ætate, quæ apertè velle vide
tur, quòd conditum 6. primis horis noctis præcedentis
non valeat, cui conuenit C. quando prouo. non est ne-
cess. l. 2. de test. milit. l. si. qui te. fa. po. le. 4. insti. qui. non
est per. §. præterea, & quod no. ff. de reg. iu. omnis diffi-
nitio, vbi hoc dictum ponitur inter regulas infallibiles.
faciunt quod de tutela no. supra eo. puberes, in vlt. glo.
de matrimonio spirituali, de cler. exc. quod, lib. 6. in gl.
3. facit C. de his, qui ve. æta. impe. l. 2. & 3. vbi minor,
qui propter industriam suam impetrauit veniam æta-
tis quo ad alienationes, & hypothecas, censetur minor
vsque ad fi. ætatis. facit etiam ff. de mino. l. 3. §. mino-
a rem.[a] facit de elect. commissa. 1. respon. lib. 5. cum con
cord. & hoc placet. de matrimonio autem non sic pro-
pter rationem, quam dixi super gloss. 2. in fi. de triduo.
ergo & pluri veniet in arbitratu, & cognitione prouidi
iudi. vt dixi post Vinc. intelligendo an sit pubes. circa
quod notandum, quòd in testamento simpliciter deter
minatur non ætas simpliciter, sed prudentia, vel substā
tia, vt statim sequitur, & vide quod not. infra eo. capit.
vno. §. 1. lib. 6. in gloss. 1. non sic in spirituali, vbi supra
4 remisi. [Et] pro † vel. & repete, si, Hostien. [Prudentia]
alia prudentia. & sic non sufficit aliquem esse ætati pro-
ximum, nisi malitia suppleat, Gof. & satis hic colligitur
secundum Innocē. quòd siue mulier habeat 12. an. siue
sit cognoscibilis, potest matrimonium contrahere. de
hoc supra c. puberes, super gl. 2. [Subarrhata] subarrha-
tio igitur ei, quod agitur coaptatur Goffr. Abb. expo-
nit, idest per verba de præsenti, & mediante annulo
desponsata. formauerunt autem hic Petr. & Abb. quæ-
5 stionem † de illo, qui contraxit sponsalia cum minore,
& postea perfecta illius pubertate ducitur ad domū il-
lius, & dat munuscula, an sit matrimonium? & dicunt
quòd non: quod posset esse verum, quando a principio
interuenit consensus de futuro tantū, vel tempore con-

tractus erat minor septennio, quod dic vt dicam infra
de ma. contract. contra inter. ec. ca. 1. alias dic vt infra
6 e. cap. vno, lib. 6. ¶ Glos. 1. tractat † de multiplici subar-
rhatione, & ipsius effectu. ¶ Pen. gloss. dat si. in delictis.
7 ¶ Vlt. gl. arguit. ¶ In † glo. 1. ibi, de quibus] vide de re
iudi. tenor, super 3. glo. ¶ In glo. pen. in sum.] vide su
pra eo. continebatur, in gloss. antepenul. [& ibi, sed & si
quæcūque. §. 1.] sicut impubes tenetur furti, ita & Aqui
lia, si sit capax iniuriæ [& ibi. l. 3.] vide de pę. & re. om-
nis, super 1. gloss. [& ibi. l. 2.] vide de restit. spo. ex par-
8 te super 3. gloss. ¶ In † gl. t. ibi, illud] verbum fuit bea-
tæ Agnetis in sua legenda, post princ. [in fin.] distinctio
ista non placet Goffr. secundum quem dic, quòd si per-
sonæ habent ætatem, & sponsus ad fores ecclesiæ bene-
dictione interueniente, sicut fieri consueuit, muliere,
quæ ad hoc venerat, patiente, & non contradicente,
quamuis nil exprimat secundum Host, iudicabitur ma-
trimonium, arg. sup. tit. 1. ex literis, idest, & sic intellige
27. quęst. 2. si quis vxorem, & c. si quis desponsauerit. 30.
q. 5. nostrates. interuenit enim anulus, vt eodem pigno
re corda iungantur. vnde & quarto digito, qui medius
appellatur, anulus inseritur: quia, vt fertur, in eo est quæ
dam vena sanguinis, quæ ad cor peruenit. 30. q. 5. fęmi-
næ. & si potest intelligi, de spon. du. cap. 1. ante fin. &
si mulier tunc contradicat, qđ iuris, s. c. 1. consultatio-
ni. si autem sponsus dicendo, verba apta ad matrimo-
nium contrahendū, scilicet accipio te &c. imponit anu-
lum erit matrimonium, secundum Goffred. non tam ex
anuli impositione, quàm ex vi verborum: sed si alibi,
quam in ecclesia, vel loco solito, subarrehetur sine ver-
bis ad hoc aptis, non inducet matrimonium, si verò tē-
pore sponsaliorum de futuro detur anulus, non potest
aliud significare, quam contractus exprimat, scilicet
sponsalia de futuro. talia enim munuscula solent inter-
uenire inter sponsos, infra de ma. contract. c. 1. sic & ar-
rhæ datio signum est futuræ venditionis, non factæ, in-
stit. de contrahen. emp. in prin. nam arra est contractus
per se. ff. de act. emp. & ven. ex empto. §. is qui vina. quę-
rit Host. quid si hoc fiat causa ludi? & dicit, quòd si cer-
tum est de ludo & intentione cōtraria, sicut fit tota die
in ludo beati Siluestri & B. Nicolai, & similibus, vel
quia dixit domina bubulco, Lauda filiam meam in vxo
rem ludentes ad cinerem post potum, non est matrimo
nium, ar. ff. de act. & ob. obligationum 1. ad fin. 15. q. 1.
illud 22. quæst. 2. quod ait, supra de præsumpt. quia ve-
risimile, supra de testi. super eo. 16. q. 1. sane. C. de do-
na. nec mutus. si verò sit dubium. iudicandum erit pro
b matrimonio. ar. qui ma. ac. po. videtur, supra de re iu.[b]
c. si. vel secundum cum consultatur princeps, arg. supra
de transla. c. 1. sic & in consimili quæstione videtur di-
cere Aug. de consc. dist. 4. solet quæri, & de hoc etiam
notauit in sum. de spon. rub. de matrimonijs. §. contra-
hitur, versic. quid si alter dicat, & sequenti. ¶ In glo. sic,
supra ibi, quantitatem] trium, scilicet dierum secundū
Host. ¶ In gl. vlt. ibi. argumentum] imò casus secundū
Phi. quod etiam mihi videtur.

ADDITIONES.

a ¶ Minorem. Ibi vide, & quod no. gloss. & doct. super illa Io. And. de elect. cum in cunctis, super ver. exegerit, & Bar. in l. 1. ff. de no-ua. & in l. non tantum, ff. de excu. tuto.

b. Iudi. Vide Io. And. supra eo. duo, super gl. sed sponsalia.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*

De clandestina desponsatione vbi alibi tractetur, vel huic materia conueniat.

Clandestinum coniugium spirituale assimilatur carnali, in fi.

De clandestina desponsatione, Rubrica.

1 ¶ Quia † sponsalia interdum palam, interdum clã
contrahuntur, ideo de clandestina desponsatione sub-
mittit, secundum Goff.sæpe etenim clandestinè cõtra-
huntur testante Solomone, prouer.9. aquæ furtiuæ dul-
tiores sunt,& panis absconditus suauior,secundum Da.
dicebat Hostien.quòd quia sæpe contingit, q̃ puellæ di
uites,& nobiles seducuntur, & sic desponsantur occul-
tè, & ideo &c. habetur materia 30. quæst.5. & facit 3.
quæst.4. consanguineorum.conuenit, qui fil.sint legit.
quod nobis.& fi.in cõiugio spirituali, de elect. quia pro
pter, in fi.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus huius capituli quis,& nu.5.*
Iuramentum defertur viro neganti in causa matrimoniali, & nu.2.& 6.quod reprobari & quomodo possit,num.5.
Negatiua respondere quis cogitur per iuramentum, quando etiam aliter probari non potest.
2 *Per aspectum corporis corruptio probatur.*
3 *Epilogus,suffragium,& additio glossarum,nu.4.5.*
In matrimonio clandestino cui incumbat probatio, & pro eo quando iudicandum,num.6.
Contra mulierem non sic præsumitur,vt contra virum.
6 *Confitenti matrimonium creditur,sic non præiudicetur alteri matrimonio.*

CAP. PRIMVM.

1 Si quis clam. Tamen † aliquibus præsenti-
bus:alias incongruè sequere-
tur littera, Innoc.dixit Host.
e.loqui de clandestina, quæ testibus probari nõ potest,
intelligẽs, quòd carnalis copula dicebatur interuenis-
se,& sic defertur iuramentum viro, supra tit.1.contine-
batur.siue dicat pro matrimonio,vt ibi,siue contra, vt
supra titul.1.attestationes. nec obst.6.quæst.vlt.actor:
quia in matrimonio speciale, quod iuramentum exiga-
tur à reo,vt in cap.attestationes, nec obst.quòd negan-
tis factum &c.quia illud verum quò ad probationem te
stium: sed ex quo negatiua aliter non potest probari,co
getur respondere,de confess.cap.1.lib.6.& sic dixit de-
cret.planam, quod non placet per decre.infra proxim.
2 Dixit † autem, q̃ iuramentum viri bene potest mulier
per aspectum corporis reprobare, tunc demum, quan-
do ea inspecta posset matrimonium firmari, supra tit.
1.duo pueri, ver.prior, vbi de hoc secundum eum [Vel
vir]sine isto verbo plana esset litera. T.[Huiusmodi de-
sponsationem] scilicet clandestinam, & carnali copula
firmatam, supra de spon.is qui, secundum Host. ¶ Gl.
3 1.† obijcit,dat tres solutiones, & primã reprobat, quæ
4 fuit Ala. ¶ In † gloss.1.ibi,ab ea parte] vide de ap.sug-
5 gestum, super gloss.2. ¶ In † gl.1.ibi,probatio]& reci-
tat Vinc. quòd hoc tenuit Ber.Compo. sed aliter, quia
secundum eum vbi vir petit illam in vxorem, quam se-
cũ non habet,probare debet per testes, vel instrumẽta,
30.quæst.vlt. §.is ita. Si verò mulier agit, & vir negat,
nec mulier probat,probabit vir per sacramenti præsta-
tionem, vt hic: secus in muliere negante,& hoc propter
sexus verecundiam, & pudorem, quo non sic præsumi-
tur contra mulierem negante.n, sicut contra virum [&
6 ibi,infra c.proxi.]& 30.q.9.§.is ita.quod verum † est,
si non præiudicetur alteri matrimonio, infra de eo, qui
cõ.con.vxor.super eo.[& in fi.] vel dic secundum Ala.
T.& Gof.quod cum non potest aliter probari, viro de-
fertur sacramentum, cum probationes sunt pares: sed
tunc videtur pro matrimonio iudicandum, de probat.
ex literis,si quælibet probatio sit per se plena, alias ab-
solueretur reus, sed cum onere iuramenti, supra titul.
primo, attestationes.

SVMMARIVM.

1 *Affirmatiua locutio pro assertiue.*
Matrimonia publicanda coram episcopo, et ab eo approbanda, & quid obseruandum,num.3.
2 *Contra matrimonium an quid coniugibus credatur, & ob id non approbetur,& nu.5.*
Matrimonij approbati vis, vt retrotrahatur manifestum præfertur clandestino.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, num.5.*
Testis vnius cum fama virtus in matrimonij probatione.

CAP. II.

Quod nobis. Pars, infra qui fil.sint legit.
quòd nobis. duæ sunt par-
tes, & breues.2.ibi, verum
1 [Contrahunt]idest contraxisse † dicuntur.si.expositio,
supra tit.1.duo. §.cum autem, Hostiẽ.[Personæ] ambæ
hoc voce consona confitentes[Publicare]coram episco
po,ad quem talia spectant, de consang. & affi.capit.1.
Hostien.Rationabili causa]per hanc literam dicũt Pe.
2 de Sal.& Abb. quod si † qui confitentur se clandestinè
contraxisse, vir tamen dicit, q̃ prius consanguineã mu-
lieris cognouerat,& mulier id fatetur,quod ecclesia ta-
le coniugium non approbabit,nec illud faciet obserua-
ri.nec obst.secundum eos, de eo, qui cõ.con.super eo,
quia illud loquitur in contracto dirimendo. Dicunt ta-
men multos dixisse contrarium, & nos in hoc nostræ
3 voluntati relinquunt[Approbanda] in hac † approba-
tione seruanda est solennitas sequentis capituli, secun-
dum Vincen.qui hoc no. qui fil.sint leg.q̃ nobis, quod
est bene notandum, secundum Abb.[A principio] in-
tantum, quod etiam proles interim suscepta legitima
censeatur, infra qui fil.sint legit. quod nobis.Hostiens.
ibi dicam de hoc, alleg.ad hoc eo.tit.tanta. ¶ Vltim.
4 † gloss.arguit.alleg. vnum capitulum,in contrarium al-
leg.duo,& soluit. ¶ In vlt.gloss.ibi.§.sed si quare] vide
de verb.signific.forus,in gl.lex enim[& ibi, adeo.§.cũ
5 quis]vide de ap.nouit,super gl.2. ¶ In gl.1.in fi.]secũ-
dum Ala.compellentur tamen ad veritatem dicendã,
sup.tit.1.attestationes.T.¶ In glos.2.in fi.]infra de eo,
qui cõ.con.super eo.semper enim manifestum matrimo
nium præiudicat clandestino, etiam si ambo confiteã-
tur,& habeant per se vnum testem, & famam,secũdum
Vincent.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio huius decretalis,& comprehensio.*
2 *Voluntati papæ parere debemus.*
Quos hac constitutio comprehendat,& n.10.et quid ei dedit causam,num.3.habet locum etiam in sponsalibus,num.4.
3 *Contra canones venire præsumptio est.*
Prorogatio quandoque fit de iure speciali ad generale, vt hic.
4 *De sponsalibus idem ius,quod est in matrimonio constitutum multis modis transeunt in matrimonium.*
Modus etiam,per quem ad quid peruenitur,interdicitur.
Antecedentia quoque,per quæ venitur ad sequentia.
5 *Denunciationes in casu huius capituli vbi faciendæ, & a quibus,& qualiter,& num.6.& quoties,nu.6.7.& cui fiãt, ibid.& num.9 cir.fi.*
Menti legis satisfacere sufficit,in princ.
Sciri vbi quid melius potest,quærendum.
6 *Publicatio matrimonij contrahendi cum prima, nunquid sufficiat, vt licitè coniungatur secunda.*

Ob qua-

Ob quæ fiat impedimenta, & nu.9.cir.fin.
Ignorantia quos excuset.
7 *Statuto proprio non astringitur episcopus, & ab eodem mutari potest, cir.fin.*
Archidiaconus citatur hic in lib.6.
8 *Matrimonij impedimenta qui possint, vel debeant opponere, vel ex officio inuestigare, & nu.9.*
Eius contractus a quibus interdicatur, num.9. & qualiter, ibidem.
De eo a quo desinatur, ibid.
Suscepta, pro nata.
Vel. pro imò.
Affectatores ignorantiæ puniuntur.
10 *Contemptores huius constitutionis qui.*
11 *Tempus pœnæ canonis non minuitur, nec augetur.*
Dispensari potest ex post facto cum suspensus ab hoc canone, & a quo.
Legati constitutiones durant etiam officio legationis finito.
Ad absolutionem citius postulandam inducentia amplectenda.
Fraus constitutioni non facienda, & quomodo fieret hic.
12 *Ab officio suspensus & per consequens a beneficio intelligitur.*
Episcopo casus reseruatus hic.
Condigna pænitentia dicitur arbitraria.
Maliciose processisse vt hic cognoscatur, & purgatur iuramento.
Canonica pro arbitraria.
13 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Per mortem non finitur status quæstio, & quo casu.
Error quis excuset à pœna eum, qui illicitas contraxit nuptias, §.primo.
15 *Additio glossarum.*
Clandestinum matrimonium quando dicatur.
16 *Popularis actio quibus modis consumatur, & agi potest per procuratorem.*

C A P V T III.

1 Cum inhibitio. Concilium † istud pp multa sua dicta breuem summã nõ recipit. Potest tñ diuidi in duas partes, in 1. cõstitutio, in 2.
pœna ibi, Si quis verò. prima facit duo, primo prohibet
clandestina coniugia contrahi, & sacerdotes adesse. secundo præcipit per ipsos edicta præmitti, & de impedimentis inquiri, & ex coniecturis probabilibus cõtractus
interdici. secunda prin. facit duo. primo punit contrahẽtes in prole, & ad alium casum pœnam extendit. secũdo
puniri iubet presbyteros non prohibẽtes, & clericos interessentes. Item ipsos contrahentes & malitiosos opponentes. Dicebat Host. prohibitio vsq; ad quartum gradum districte seruari mandatur. matrimonium clandestinum damnatur. & ad vitanda pericula specialis consuetudo generaliter dilatatur. sacerdos ad faciendam
diligentem inquisitionem instruitur. hac forma nõ seruata, contrahens etiam ignoranter minus canonice in
prole punitur. quæ pœna ad parentes scientes impedimentum etiam publice contrahentes extenditur. parochial. sacerdos sciens & tacens, & regularis sui præsentiam exibens ab officio per triennium suspenditur. contrahentibus clandestiue pœnitentia imponitur. obijciẽs
malitiosum impedimentum canonicæ vltioni supponitur[Vltimis tribus]. 5.6.7.[Eam]inhibitionem[alijs]3.
2 [Volumus]& nos † parere debemus, vt patet in his, quæ
no. de spõ. is qui, de cõcess. præb. proposuit, secundũ Hostiẽ.[Sacerdos]vt supra de pignor. capitulo primo, de
co. cle. c. 2. siue sit regularis, siue secularis, vt hic, & j. e.
§. sane quid de laicis, verba nõ cõstringunt ipsos: sed puto illos ex mente teneri, ar. C. de fal. mo. l. 1. de sen. exc.
quantæ, de off. deleg. capitulo primo, Hostie.[Talibus]
3 clandestinis coniugijs[Præsumat]præsumptio †. n. est
ex certa scientia contra canones venire, vt hic patet, supra de ma. & obe. illud. Host.[Quare]vt. s. de contrahẽdo matrimonio omnibus sit notum. Dicebãt enim multi post contractum, si sciuissemus, quando contractum
fuit, contradixissemus: quia sciebamus impedimentum
& hoc constitutioni dedit causam, secundum Hostien.
[Locorum]sicut ecclesiæ Beluacensis, de spõ. cum in tua.
Hostien[Prorogando]si. inf. de Iudæis, in nõ nullis, & supra de fideiuss. quod quibusdam[Matrimonia]quid de
4 † sponsalibus. dixit Hostien. idem de illis saltem ex mente. & facit quod not. secundum eum, supra titul. 1. capitulo secundo. Rationem reddit, quia multis modis tacite confirmantur, & transeunt in matrimonium præsumptum: vt not. supra de despon. adolescentes, & sic eadẽ
ratio prohibitionis remanet, ergo idem ius, de transla.
5 inter corporalia[In † ecclesijs] non in vna tantum, sed
in omnibus ecclesijs loci, vbi habitant, vel saltem in pluribus, secundum Hostien. Innocent. quod maxime seruari deberet, quando sunt diuersarum parochiarum,
tamen secundum Hostien. hæc non seruantur; imo fit
in vna ecclesia tantum vt plurimum. & sufficit, quod
fiat publice secundum eum, ita, quòd ad omnes peruenire possit, supra de postul. capitul. 1. etiam si extra ecclesiam in locis competentibus, puta prædicationibus proponatur, de senten. excomm. respon. sed de ecclesijs dictum est: quia ibi vt plurimum homines conueniunt. sic
infra titul. 1. tua. dicebat etiam Innocen. quòd propter
periculum animarum, & illegitimæ prolis hæc publicatio deberet fieri in ecclesijs, vbi est antiqua habitatio
parentum vtriusque. illi enim sunt, qui melius nouerunt
suos consanguineos, supra de testi. licet, qui mat. accus.
possũt. videtur, & ibi de hoc quæri debet, vbi melius sciri potest, de elect. scriptum. de purg. ca. cum P. & videtur esse irrisio, ꝙ publicatio alibi fiat. Si enim Scotus vel
Hybernicus cum Scota, vel Lombarda contrahere vellet Bononiæ, quis esset, qui de ipsorum consanguinitate
testificari sciret ibi? Dicitur etiam, ꝙ cum alibi est ipsorum antiqua habitatio, alibi moderna, vtrobique hoc
fieri: in primo loco: quia melius sciunt gradus; secundo
quia ibi melius scitur, an cum alia contraxerit, tamẽ quidam dicunt, & non male secundum Innoc. ꝙ licet bonũ
sit vtrobiq: nunciare: tamen si fiat solummodo, vbi est
ipsorum antiqua habitatio, sufficit, ad hoc, vt filij illegitimi non dicantur, cum propter cessationem denunciationis hæc constitutio illegitimos iudicet filios illorum tantum, qui in gradu prohibito sunt coniuncti. alij contra. de hoc dicam infra eod. ver. pari, in gloss.
canonicum. Si autem non habent consanguineos, vbi est ipsorum antiqua habitatio, sed in alijs pluribus
locis, non erit vbique publicatio facienda, non enim
est circa hoc nimis subtilizandum propter periculum
illegitimitatis filiorum, Post factum enim, quantum
fieri potest, debet negligentia tolerari, vel excusari, secundum Innocen. vnde dixit Abb. quosdam episcopos
hoc seruare, ꝙ ad contrahendum non admittunt extraneos, nisi a suo iudice literas testimoniales apportent.
& vide quod dicam de eo, qui du. in mat. quam pol. per
6 ad. cap. penult. ¶ Sed † quid siquis publice contraxit
cum prima, nunquid hæc publicatio sufficiet, vt licite
coniungatur sibi secunda, an vero debet quærere secunda sententiam diuortij, & iustitiam sententiæ. Dicit
Innocent. quòd mulier, quæ matrimonium primum sciuit, non excusatur a peccato, & filij erunt illegitimi, si
postea appareat primũ matrimonium fuisse legitimũ,
& nunquam per ecclesiam separatum. debuit enim diligentius, quam per solam publicationem inquirere, alleg. de spon. in pœnitentia, & 35. quæst. 1. capitulo primo, publicatio enim quo ad alia impedimenta præter,

ser consanguinitatem parum operatur, nisi quis facit
præsumi, quòd si illi sciuissent impedimentum, non fe-
cissent publicari: sed hanc præsumpt. tollit, si publicè
sciebatur, quòd cum alia contraxerat. ff. de iur. & fact.
igno. le. regula. discat igitur cautius negociari. C. de
fur. in ciuile. Si tamen essent sibi inuicem non noti, vel
de diuersis prouincijs, facilius præsumeretur ignoran-
tia. si vero secunda nil sciret de primo, licet publicè cô-
tracto, nec ipsa peccasset, nec filij illegitimi essent: quia
ab impedimento excusat illos matrimonium publicè
contractum: & ignorantia, quæ ambo interuenire o-
a portet, vt excusetur, infra qui fil. sint leg. ex [a] tenore.
Item si lata sit sententia, dummodo nô sit appellatum,
hic sufficit ad excusationem, & legitimationem, quam
uis ipsa sententia postea retractetur, de re iudic. tenor.
imò videtur, quòd si probabiliter credebat primum se-
paratum, etiam sine peccato contrahat, & legitima sit
proles, de spon. cum in apostolica, quod non placet
Innocen. debuit enim veritatem separationis quærere,
ad id, quod est eo. tit. in pœnitentia, dicens, q licet ille
error excusaret ab adulterio, & a prohibitione, de qua
dicitur infra de eo, qui du. in ma. prolem tamen non de-
7 fenderet [Per † presbyteros] parochiales, infra §. sa-
ne, vel per alios de ipsorum mandato, ar. de senten. ex-
commun. mulieres. Hostiens. [Publicè] nequis igno-
rantiam causetur de postu. capitulo primo. Hostiens.
[Competenti] puta trino, de sentent. excommun. sa-
cro, vel sicut diffinitum esset synodali statuto. alias iudi-
cabimus hic arbitrarium secundum Hostiens. & dato q.
esset tempus synodali statuto firmatum, episcopus, qui
statuto proprio non astringitur, ff. de arbit. l. pen. posset
illud mutare, inferior non, secundum eum, de ma. & obe.
cum inferior, Archid. contra de ele. licet canon, lib. 6.
allegans additionem Innocent. quam scripsi supra de
b temp. ord. dilectus, super ver. dispensatio [b] [Valuerit]
8 excommunicatus † non admittetur secundum Hostien.
& vide quod dixi secundum eum, infra de co. spi. tua, de
spon. tua, præterea. 2. [Opponat] supra sed & ipsi, &c.
Hostien. [Presbyteri] parochiales, ad quos hoc spectat,
vt supra no. nihilominus non obstante, quòd nullus ap-
pareat, vel appareat, sed repulsus est. Hostiens. [Inuesti-
9 gent] no. ecclesiam † ex officio inquirere, & inuestigare
debere, an sit aliud impedimentum matrimonio con-
trahendo. & idem puto in iam contracto, Goffr. quod
dic vt no. supra de spon. cum in tua, & c. se. & c. sicut no-
bis, ad fin. Hostiens. [Interdicatur] per ipsos presbyte-
ros. alij dicunt per solos ordinarios. In. Hostiens. dicit
per presbyterum parochialem hoc ad episcopum defe
rentem. 25. dist. capitulo primo, de offic. archid. capitu
lo primo [Expresse] & publicè [Manifestis] & episcopo
manifestatis, ad quem hoc pertinet diffinire, infra de
consan. & affinit. capitulo primo, & quia forsan aliquis
diceret, nonne punientur & aliter? ideo submittit, Si-
quis verò &c. secundum Hostiens. [Suscepta] idest nata
antequam matrimonium per ecclesiam comprobetur:
alias contra, infra qui fil. sint leg. quod nobis [Cum illi]
parentes [Taliter] s. clandestinè, vel contra interdictum
ecclesiæ factum expressè. Hostiens. [Vel] pro imo. q. d.
ipsi affectant ignorare, & ideo ignorabuntur. Psalm.
Noluit intelligere, vt benè ageret. Hostiens. [Affectato-
res] concor. de temp. or. eos qui, lib. 6 [Impedimentum]
canonicum, quodcunque sit illud, quia eadem ratio.
ergo & idem ius, infra de consang. & affin. tua. alij hoc
restringunt ad gradum prohibitum, de quo promisit,
supra 1. & 2. respon. Hostiens. & istud vltimum placuit
Vin. infra qui fil. sint l. ex tenore, & ibi dicam de hoc, &
idem Goffr. in summ. illius tit. [Contempserit] hic con-
10 temnit † si ad aures eius peruenit, & tacet. 43. distin. sit
rector. is ergo punitur non solum, si interfit, sed etiam
si se absentat, & non prohibet, ad hoc infra de regul.
iur. ca. pen. Hostien. [Regularis] etiam exemptus, nam
tales prætextu exemptionis consueuerunt talia impunè
committere: sed hodie puniuntur in casibus de priuil.
capitulo primo. libro sexto, secundum Hostiens. [Trien-
11 nium] non † citra, nec vltra, ar. C. ne sanctum bap. l. 3.
sed ex post facto cum talibus poterit dispensari, de sen-
ten. excommun. nuper, de præben. graue, nisi statutum
legati obuiet, quod talium absolutionem apostolicæ
sedi reseruet, sicut est in Prouincia, in qua constitutio-
nes legatorum dicunt, quò clandestinè contrahentes,
& sui præsentiam exhibentes, citra sedem apost. mini-
me absoluantur, quæ constitutiones durant etiam offi-
cio legationis finito, de offic. le. cap. fin. ergo in hoc ca
su non potest dari huic licentia celebrandi, cum sit in
mortali, de coha. cle. & mu. cap. fi. & cum ord. non pos-
sit absoluere, multo minus proprius sacerdos, nec de
alijs peccatis absoluendus est, licet consilium dari pos-
sit, de pœn. & rem. quod quidam. Tales tamen per con-
stitutiones illas non sunt excommunicati, licet de con-
suetudine vt excommunicati vitentur, quæ consuetudo
amplectenda videtur: quia inducit talem absolutionê
cautius postulâdã, ad hoc 13. quæst. 5. prodest, & de hoc
de senten. excommun. tua, & cap. conquesti. secundum
Hostien. Dixit autem, quod in loco prædicto non absol
uit inferior a papa etiam mulieres, maxime cum illæ
principaliter sint in culpa, & quia fieret constitutioni
fraus, scilicet solum coram mulieribus talia clandesti-
na coniugia contrahendo, ad hoc instit. vi bo. ra. §. sed
nedum talia, infra de praui. sane. & facit quod no. secû-
dum eum, de testam. Rainaldus, super ver. masculi. [Ab
12 † officio] & per consequens a beneficio, quod sine offi-
cio non consistit. 81. dist. si quis amodo, & ca. si quis sa-
cerdotum. 1. q. 1. si quis obiecerit. Goff. [Condigna] arbi
traria iniungantur per episcopos, est enim de reser. ve-
no. de pe. & re. si episcopus, lib. 6. [maliciose] puta scien
ter falsum, quamuis legitimum, quod non iurat, vel de
iectat, & postea confitetur, quantum enim ad pœniten-
tiam sibi tunc creditur, quamuis alias non crederetur,
sup. de test. sicut: alias sacramento suo videtur in hoc ca
su credendum habito respectu ad qualitatem personæ,
& si per alios hoc probare non possit. de hoc infra de
homi. significasti. & hoc est casuale, vt occurratur ani-
marum periculis secundum Hostiens. [Canonicam] ar-
13 bitrariam. secundum Ber. & Hostiens. ¶ Glos. 3. † po-
nit tres modos clandestinitatis. ¶ Gloss. 5. infert, quæ-
rit, arguit, & sic infert. ¶ Gloss. & ita] quæris, ponit opi-
nionem, quam reprobat. ¶ Re. glo. no. causam reddit, & arguit.
14 In 5. † glo. ibi. l. 1.) loquitur de emptore rei, quæ debe-
bat seruitutem (& ibi, item Mela) vide de instit. ad de-
corem, super 3. gloss. (& ibi, quamuis) mortuo illo, cui
interebatur quæstio status, propter successionis emolu-
mentum, adhuc eam decidi oportet. ¶ In glo. & ita, ibi,
qui contra] excusat error a pœna illum, qui contraxit
illicitas nuptias, dummodo comperto errore sine pro-
crastinatione diuerterit (& illi, si duobus) vide de pri-
uil. cum capella, super 1. glo. ¶ In glo. penult. ibi. l. vl.]
vide de ma. contract. cap. 1. super glo. pen. (& ibi. l. 2.)
15 vide de dolo. cap. 1. in glo. fi. ¶ In † glos. clandestinum,
in fi.) dicit Hostien. q clandestinum etiam dicitur, cum
quis etiam pubes, qui fuerit alteri ligatus, sine licentia
episcopi contrahit. de hoc supra tit. 1. cap. secundo, de
diuor. ex literis. §. sane. item cum quis etiam impubes
contrahit, quamuis de primis agatur sponsalibus, vt in
præalleg. capitu. 2. item si contra interdictum ecclesiæ
factum specialiter, infra titul. 1. tua, vel generaliter, de
ferijs, capellanus. expressè de matrim. contract. per to-
tum, vel tacitè, vt quia lis pendet, supra de spon. ve-
niens, & c. cum in apostolica, vt lit. pend. laudabilem.
in omnibus tamen his casibus tenet matrimonium
quò ad Deum, nisi perpetuum subsit impedimentum.

ce

de hoc infra ti. t.cap.pe. hoc no. Host. supra cap. 1. ¶ In
gl. quasi publicum, ibi, admittitur) dixit hic Vincē. ꝙ v-
16 no† accusante, & deficiente alius non audietur, quia pe
rit, & consumitur popularis actio vno agente, nisi alius
velit docere de collusione. ff. de procu. non cogendum.
§. qui ita. & consumitur etiam per delationem iuramen
c ti. ff. de iureiu. eum qui. §. in popularibus [c]. dicit etiam
hanc causam agi posse per procu. alle. de proc. tuę. ¶ In
gl. & ita, ibi, & Lau.) & Accur. in l. qui contra. infra alle.
quæ lex non contradicit, si ponderes qđ dixi in suf. (&
ibi, non credo) idem Io. 33. q. 1. c. 2. & hic[& ibi, si duo-
bus) antiqui allegabāt ff. de li. causa, duobus, & melius
facit. ¶ In gloss. seq. antepe. in fi.) Pe. de. & Abb. intelli-
gunt tales. s. clandestinas, quòd probant per sequentem
versiculum ibi, Etiam in gradu concesso &c. ¶ In gloss.
pe. in fi.) vt infra de accu. veniens. ¶ In gl. vlt. ibi, com-
mittitur] dixit Vin. ꝙ tenetur ad interesse, de sen. exc. sa
cro. ž. de iure pa. pastoralis.

ADDITIONES.

a ¶ Ex tenore. Contra, quia ignorat, quod publice factum est, & sic est in lata culpa, iuxta no. per gl. 3. in c. 1. de postu. præla.
b ¶ Dispensatio. Vide Io. An. in c. cum ad monasterium, super gl. f. & de sta. mo. vbi videtur tenere cum Host. & per Archid facit, quod not. Bart. in l. omnes populi, ff. de iustit. & iu. in 1. membro principali, in q. 1.
c ¶ Popularibus. Ibi vide Bar. & in l. si cui, ff. de accu. & vide glo penultima, in cap. cum dilectus, de ele.

SVMMARIVM.

Molendus [& ibi, fauore matrimonij inducta] supra de
spons. iuuenis, qui ma. ac. pos. videtur. & in hoc est ma-
ior fauor matrimonij, quàm libertatis; quia si penden-
te conditione manumissi statu liberum, tenetur tamen
adimplere conditionem. ff. de condit. & de. hæres statu
liberum. Io. Vin. [& ibi, puram conditionem] i. pactio-
nem, & sic exponitur in lege [& ibi, nec illud prodest]
item hic Vin. & Gof. & totum, quod sequitur in glo. not.
supra in Spe. eo. tit. in fi. [& ibi, solicitudinẽ] uide quod
dixi de spõ. veniens. 2. & c. tua [& ibi, si impedit.] Idem
hic Goff. & Innoc. supra eo. de illis, ratio, quia turpis e-
rat illa conditio, quæ primum coitum fornicarium fe-
cerat. Item de illa, si in primo coitu mihi placueris, ſm
Io. & Goff. dixit Hosti. q opinio G. est vera in foro iudi-
ciali, sed quò ad Deum, si non intendebat consentire,
non uidetur matrimonium, maxime quia conditio est
honesta quò ad bigamiam vitandam. hoc no. infra ca.
prox. [& ibi, tenet matrimonium] Idem hic Vin. & Gof.
supra c. prox. quia ex cõditionali obligatione sola spes
oritur, insti. de verbo. oblig. §. ex conditionali [& ibi,
non fuit] ad hoc infra de rescrip. si pro te, lib. 6. [& ibi,
omnino exitura] l. statim alle. ponit glo. exemplum, vt
si antichristus nascetur: vel pone, vt si dies clarescet, vel
sol deinceps orietur, vel si. [& ibi, antequã] hoc tenuit
Hosti. in sum. eo. tit. §. quæ conditio, ver. quid si contra-
ho. 3. [& ibi, tunc primo] arg. de elec. commissa, lib. 6.
[& ibi, Io.] cuius fuit hæc gl. quam posuerunt Vinc. Phi.
8 & Goff. ¶ In gl. ult. ibi, præcesserit † copulam] quod pos
sent probare testes, qui interfuissent talibus conditio-
nalibus sponsalibus, & vidissent sponsum à sponsa rece-
dere, absque eo q eam cognosceret, & statim patrẽ adi-
re, & sibi facto narrato cõtradictionem patris, & pa. ae
cessisse; modo absolueretur vir [& in fin.] & sic soluunt
Io. & Goffr. contrarium de decre. cum tu. supr. de testi.
vbi sufficit probare, quod appellaui ante excommuni-
cationem, licet non probem, q excommunicatio non
præcessit. ibi enim odium, hic fauor matrimonij, vel se-
cundum Host. sicut ibi præsumitur bis appellatum ante
& post sententiam, sic præsumitur mulier bis cognita
ante contradictionem, & post.

SVMMARIVM.

1 *In Matrimonij contractu conditio, quæ pro non adiecta habeatur & quæ vitiet contractum, & nu. 2. 4. 7. 9.*
An teneat inter hæreticum, & catholicã, n. 8. est propriè contractus, & non recipit incertitudinem, nu. 9. quibus differat a cæteris contractibus & testamentis. num. 10.
2 *Eius substantia quæ. pro eo præsumptio dupliciter in foro pœnitentia iudicatur, num. 3.*
Taciturnitas habetur pro contradictione, & quo casu hic.
3 *Copula non semper facit matrimonium, & quando sit verũ.*
Fori iudiciarij, & pœnitentiarij non idem iudicium.
4 *Conditio apposita etiam verbis præsentis temporis facit conditionale contractum, apponitur etiam in matrimonio, nedum in sponsalibus nu. 5. quæ pro non adiecta habeatur, & quæ vitiet, hic, & supra num. 1. 2. 3. & infra nu. 7. 10. quæ moratur cõtractum, quæ statim tenet, vel vitiatur, num. 8. quæ impediat contractum & quem si est contra naturam eius, num. 9.*
Exempla non restringunt regulam.
Principiũ generale constitutionis nõ angustatur ab expressis.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*
Prohibita, inopia, & impossibilia nullius sunt momenti, vide num. 10.
8 *Additio glossarum, & num. seq.*
Contractum proprium quid, ver. & declarando.
Professio non est propriè contractus, & inter eam & matrimonium carnale differentia, ibid.

CAPVT VII.

1 Si conditiones. Casus. Si in † contractu
matrimonij ponatur cõ-
ditio turpis, vel impossi-
bilis, habetur pro non adiecta, nisi sit contra substantiã
coniugij, quia tunc vitiat contractũ. & sunt duæ partes.
in 1. tractatur de conditione turpi, quæ est contra sub-
stantiam matrimonij. in 2. de alia turpi, vel impossibi-
li, dixit Inn. q in hoc prin. melius dixisset, Pacta] Substã
2 tiam] quod Aug. dixit † tria bona matrimonij, hic dicũt
substantiam [Alteri] consentienti. nam nisi ambo con-
sentiant, non impeditur matrimonium. 32. q. 2. aliquã-
do. Si. n. vnus dicat, cõtraho tecum, si generationẽ pro-
lis &c. vel donec &c. si alius contradicat est matrimo-
nium, vt in præ. ca. sed idem, si taceat, quia præsumetur,
quod contradicat in fauorem matrimonij. sup. c. proxi.
Inno. & idem Host. qui dixit hæc sæpius prædicanda, &
3 mulieres in talibus instruendas. & no. secundum † eũ,
quod non semper copula facit matrimonium. nam si
forte volẽs mulierem decipere, apponat vnum ex istis,
quantumcunq; mulierem postea cognoscat, nõ iudica-
bitur matrimonium præsumptum, sed si mulier forte di
cens se noscere viri fallatiam, non permittat se cogno-
sci, nisi cognitio remittatur, & vir illam remittens po-
stea illam cognoscat, iudicabitur matrimonium, saluo
q si nullo modo consensit, in foro pœnitentiali iudica-
retur contrarium. sup. de sponsa. tua, secundum Hos. Cõ
trabo] no. pro opi. quam approbaui, supra eo. de illis. l.
4 q cõditio † apposita ẽt verbis præsentis temporis facit
contractũ cõditionalem [Euites] per hoc proles extin-
guitur [Digniorem] hic rumpitur sacramẽtum [Quęstu]
a maxime [Adulterandam] per hoc violatur * fides. et di
xit Vin. quod hæc, quæ hic dicuntur, ponuntur gratia e-
xempli. nam idem esset, vbicunq; esset eadem ratio, vt
si dicat, Consentio in te, si consentis in illum. Princi-
pium enim huius constitutionis est generale ad hoc.
ff. de iur. & fac. igno. l. regula. §. vltim. & in hoc casu im
possibilis vitiat, quia & est contra substantiam [Aliæ
conditiones] quæcunque sint, dummodo non con-
tra substantiam. & si habes, alias, ponitur aduerbia-
liter, alias est in littera, aliæ, secundum Pet. [In
5 matrimonio] nota † quòd & in matrimonio apponitur
condi-

conditio, nedum in sponsalibus, ad idem, supra eo. ibi,
matrimonialis contractus. & facit ad id, quod dixi sup.
6 ¶ Prima † gl. distinguit inter conditionem honestam,
inhonestam & impossibilem. prima duplex, volūtaria,
& necessaria. secunda duplex, contra substantiam, & nō
contra substantiam. concludit omnes contractus vitia-
ri per conditionē contra substantiā. alleg. in cōtrarium
duo iura. subdit qōnem de professione facta sub condi-
tione contra substantiam. arguit affirmatiuè, soluit con
trarium. ¶ Penultima gl. dat simile in vltimis volunta-
7 tibus. ¶ In gl. † prima ibi, cum secundo, in fi.] si dixit te
stator, Titius hæres esto, si cęlum digito tetigerit, cense
tur institutio pura. ¶ In gl. pen. ibi, reprehendenda] vi-
de de verb. sign. forus, super gl. C. de [& ibi, quidam] vi-
de de testam. tua, in gl. 2. [& ibi. l. vna, in fi.] si legibus
prohibitum, vel probrosum, vel impossibile iubeat te-
stator, etiam cum adiectione pœnæ, indemnis erit non
parens [& ibi, turpia] sequitur, legata, quę magis vitupe
randi legatarij gratia ascribuntur, odio scribentis pro
non scriptis habentur [& ibi, sed neque] vide de statu
mo. c. 2, in glo. alias proprium [& ibi, generaliter] & l. se
quenti. vide de pactis, c. fi. super glo. 2. [& ibi, non solū]
vide infra tit. 1. c. fi. super 3. glos. [& ibi, si impossibilis]
8 vide de spon. ad audientiam, super glo. 3. ¶ In † gl. pri-
ma, ibi, solet] vide plene de hoc Host. q remittit ad sum.
eod. tit. §. quæ conditio [& ibi, Conditiones] hic gl. pro
priè loquitur de conditionib. de futuro. Dicebat autem
Vinc. supra c. proxi. & Pet. & Abb. hic per conditionem
de præsenti, vel de præterito non moratur contractus;
sed aut statim tenet, aut statim vitiatur, ff. si certum pe.
ad præsens. & insti. de verb. oblig. in medio. & facit qđ
dixi de ap. præterea 2. super 1. glo. & supra eo. super eo,
24 fi. ibi, non habito, sed &c. [& ibi, non oportet] vt ibi
not. Io. Hugo dixit tenere matrimoniū inter hæreticū,
& catholicum, ad quod facit de hære. decreuit, lib. 6.
Guil. in Spec. de diuo. post prin. dicit tenere matrimo-
nium cum hæretico baptizato, cum nō baptizato non,
impropriè loquitur, & forte sic ēt intellexit Host. cuius
dictum vide, infra de coniu. seruo. c. 2. in gl. error, & vi-
de quod dicam de diuor. quanto, super ver. perduret, &
de hæt. c. 3. super 1. glo. [& ibi. q. 1. ca. 2.] vbi de hoc [&
9 ibi, naturam † contractus] illa conditio & si sit contra
substantiā regiminis, & ordinationis ecclesiæ, non tñ ꝯ
substantiam consecrationis. sic & ca. diaconi. licet con-
ditio sit ꝯ executionem ordinis, non tamen ꝯ impressio
nem characteris (& ibi, insinuante) vbi de hoc, & de sta
tu mo. c. 2. & hoc tenet Io. 32. q. 2. solet, in fi. magnæ gl.
Goff. Vin. Hosti. in decre. insinuante, & Inno. ibi, licet al
ternatiuè, videtur hoc tenere, & ī. eod. ca. 1. R. & Phi. de
sta. mo. cap. 2. & Da. in qōne, infra tit. proxi. in vlt. qōne
Accur. C. de sacrosanctis Ecc. auct. ingressi, & ibi Ia. de
Ra. & Pet. aliter tamen notauit Accur. in l. per seruum.
§. denique, ff. de us. & habita. vbi fm Ioā. distinguit, an
fiat pactum incontinenti, & vitiatur ingressus, an ex in-
teruallo, & vitiatur pactum. Guil. de hoc tractat nil ap-
probās in Spe. de statu mo. ver. 49. istorum opinionem
credo veram. ad hanc decr. respondebat Phi. in decre.
insinuāte, dicens, q matrimonium fuit institutū a Deo,
quia dixit, & erunt duo in carne vna. i. ad vnam carnē
procreandam, cessante igitur causa cesset matrimoniū.
sed quòd monaci non habeant proprium, institutū est
ab ecclesia. 12. q. 1. certæ, & c. nolo. Ecclesia ergo illud
tollere potest. & vide quod not. Arch. in prę. c. solet. 32.
q. 2. dic q in matrimonio carnali recipiens est in culpa,
quæ non debet sibi esse lucrosa; vnde non est mirum, si
sibi non obligatur contrahens. sed in professione, qua
quis obligatur Deo, ipsius Dei, cui obligatur, nō est cul-
pam reperiri, etiam si Abbas professionē recipiens con
sentiat. & idem in ordinante, vt in præ. c. diaconi. & de-
clarando dico, quòd matrimonium est contractus, vt
hic in textu, in quo vltro, citroque nascitur obligatio,
quod est proprium contractuum. ff. de verb. sig. labeo. l.
2. Certum est etiam, quod in illo oportet, quod vir obli
b getur certæ mulieri[b], & econuerso: quia non recipit in-
certitudinem matrimonium, imo nec sponsalia, de spō.
c. vno, in prin. lib. 6. professio verò quandoque habet in
certitudinem, quod patet in tacita non mendicantiū,
vel expressa mendicantium ordinum, quæ fiūt infra an
num probationis, de regu. non solum, & ca. constitutio-
nem, in fi. lib. 6. Item licet professio possit dici contra-
ctus: quia ibi vltro, citroque, & cap. de reg. ad apostoli-
cam; non est tamen cōtractus illius formæ, cuius est ma
trimonium. nam in matrimonio par est ratio, & vincu-
lum vtriusque. nam vterque matrimonium contrahit:
sed in professione non profitetur vterque, sed vnus pro-
fitetur, alter recipit. idem in ordine. Item matrimoniū
est sacrm ecclesiæ, quod non est professio. & ratio sacra
menti est id, propter quod recipit indissolubilitatem à
Deo. ī. de transla. per totum. Cum autem certum sit q
principalis intentio contrahentis matrimoniū est obli
gari illi, cum quo contrahit, propter quod etiam illius,
cum quo contrahit, morte dissoluitur, de secundis nup.
c. pe. & vlt. Principalis verò intentio profitentis, vel or-
dinē recipientis est obligari Deo, propter quod morte
ordinantis, vel recipientis professionē non dissoluitur,
patet, & bene concludit prædicta diuersitas, vt culpa
ministri obligationem, quæ Deo fit, nō dissoluat [& ibi,
Non credo] Idem Bar. Brix. in 5. q. & Rof. Bene. tit. de
re. & trans. ad reli. vers. quid ergo dices [& ibi, Dudum]
10 pro † cōtrario hic allegat in decre. 2. de stat. regu. quod
quomodo intelligatur, ibi dicam. ¶ In glos. 2. ibi. pro
non adiecta] hæc vera fm Vin. si apponatur in persona
legatarij. ff. de legi. 1. ab omnibus: secus, si apponatur
in persona hæredis, vel alterius. & sic intelligitur insti.
de leg. in fi. [& ibi, non obligat] hoc verum, tamen con-
tractum vitiat. & in hoc differunt alij contractus à ma-
trimonio, & testamētis, in matrimonio speciale ꝑp sui
fauorem, vt hic, idem Hosti. ī. c. 1. testamenta vero nō
ex plurium, sed ex vnius voluntate dependent. contra-
ctus ex plurium consensu. ff. de ac. & ob. non solum. ad
hoc excipe contractus innoīatos. C. de condi. ob cām. l.
militem. sed ibi re contracta fuit obligatio: secus, si con
sensu vel verbis. uel ibi conditio non erat impossibilis
per naturā, sed per legis interdictū. Nō. n. est impossibi
lis militis procuratio, quod patet, qa tenebit processus,
si nō opponat except. C. de procu. ita demum, fm Vin.

ADDITIONES.

a ¶ Violatur. An sit vna sola fides coniugij, vel sint duæ, vide per
glo. 30. 7. q. 1. coniuges, & vide Ioan. And. de conuer. coniug. qui
dam, super glo. fi.

b ¶ Certæ mulieri. Ad huius intelligentiam vide glo. 2. & super il-
la Io. And. supra de spon. ex literis, el 2.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli.*
2 *De clericis, vel vouentibus qui matrimonium possint contrahe
re, quibus in locis alijs, quā in hoc lib. tractetur, & inf. vt seq.*
4 *Votū quid. eius multæ species, & quæ matrimoniū impediat.*
5 *Vouere quis possit.*

Qui cleri. uel uouen. matrimonium contrahere pos- sint, Rubrica.

1 ¶ Viso † de sponsalibus, & matrimonijs, de ipsorū impe-
dimentis videamus. & quia ordo, & uotum impediūt,
ideo ponitur hæc rubrica, q cleri. & c. fm Da. & Gof. uel
fm Ho. quia nō solum cōditio apposita interdum impe
dit matrimonium, ut patet ī. tit. 1. cap. fi. sed & ordo &
Io. And. super 4. Decre.

2 votum, ideò &c. hꝫ de prima parte rubricæ. 28. dist. per
totum. de secunda. 27. dist. & 17. q. 1. & 2. & 27. q. 1. per
totũ extra titulum de cler. cõiug. & tractatũ regulariũ.
facit ad primam partẽ de æta. & qua. a multis. ad vtran
que, de vi. & ho. cler. clericus. in 6. de voto. c. vno, in cle.
de cons. & affi. c. vno, rubrica verò tota summari potest
per hunc modum, quæritur in rubro. qui clerici possint
3 matrimonium contrahere, respõdetur in nigro, ꝙ † cle
rici in sacris non possunt, etiam si culpam cõmiserint,
ꝑꝑ quam debeant deponi. ergo in minoribus tñ pos-
sunt, nec tamen in hac parte est hæc rubrica superflua
per rub. de cler. cõiug. vt ibi dixi. Quæritur ẽt in rubro,
qui vouentes possunt contrahere? respõdetur in nigro,
ꝙ nulli vouentes continentiam possunt cõtrahere. Si ta
men simpliciter vouentes contrahant, tenet matrimo-
nium. Si verò erant solenniter vouẽtes, non tenet. Dice-
4 bat aũt Inno. hic in rubrica, ꝙ † votum erat conceptio
noui, alias boni propositi cũ deliberatione firmata, qua
quis ad aliquid faciendum, vel non faciendum se obli-
gat, & licet multa sint vota secundum diuersitatẽ rerũ,
quæ vouentur; tamen votum continentiæ matrimoniũ
5 impedit, & dirimit iã ꝯctum interdum, põt autem † vo
uere quisq; sanæ mentis votũ continẽtiæ, nisi prohibea
tur expressè. hujus ratio, quia vouens spiritusancto duci
tur. prohibentur autem vouere coniuges nisi pari cõsen
su, seruus, furiosus, impubes, & forte non tenet votũ cõ-
tinentiæ in eo, qui non est coire potens, quia qui nõ est
aculeos carnis expertus, vouere cõtinentiã non potest,
ẽt si sit maior, qđ tñ non placet ipsi Innoc. nec Host. cre
dit tamen Inn. ꝙ alia vota facilius quisque facere possit
postquam est discretus, vt si se potest diabolo per pec-
catum obligare, sic Deo per votum. de voto tamen reli
gionis dic, vt infra de regula. c. 1. lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Dici solennitas adauget delictum, iuncto contex.*
*Episcopus quo casu dispenset cum clerico, qui contraxit matri
monium. lata est eius dispensatio, num. 2. an possit absoluere
eum, qui clericum vulnerauit, nu. 5.*
2 *Cor contritum, & humiliatum Deus non despicit.*
Pœnitentis paratus semper Deus misereri.
*Post partem etiam pœnitentiæ quis admittitur ad ministerium
ordinis.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 4.*
Propter delictum non est vlli subueniendum.
*Conditionis melioris non debet esse prædo, quàm bonæ fidei
possessor.*
4 *Additio glossarum.*
Absoluere quis possit vulnerantem clericum.
Atrocitas dicitur vulneris illatio.
In atroci legatus absoluere non potest absque mandato.

C A P. I.

1 De diacono. Duæ sunt partes. secũda ibi. Subdiaconum [Sabbato † san
to] huic diei nõ conueniebat
tale opus [Vulnerauit] tamen nõ occidit, nec mutilauit:
alias cõtra. 51. di. qui in aliquo. & infra de cle. pu. in du.
c. 1. Host. [Accipit] virginẽ. idem, si corruptam, & eã nõ
cognouit: alias non dispensaret episcopus, de hoc ꝭ. de
2 cle. coniu. sane, de biga. nuper,[a] & c. fi. ſm Host. Et dice
bat Pet. & Abb. ꝙ non eã dic, sed alia vxorem accepit,
hoc forte dixerunt, quia tunc est tps feriatũ, de quo ꝭ.
de feri. capellanus. dic vt ibi [Cõtrito] dicit psalmista,
3 Cor † contritũ, & humiliatũ &c. & delinquentes reuer-
tentes ad cor suscipit Deus semper paratus per pniam
misereri, in auth. vt non luxu. ꝯ naturã. coll. 6. ci. ca prin.
Host. [Dimissa] quia non põt vxor esse, de spon. du. c. 3.

Ho. [Peractam] vel eius partem, de temp. or. ex tenore.
[Dispensatiuè] no. latam dispensationem eporum. Inn.
qui nec aliud hic no. [Presbyterum] auctoritate nostra.
si in seculo remaneat: iure tuo, si ad religionẽ transeat.
& sic soluit Host. ꝯrium de c. 1. proxim. ad hoc. 27. q. 1.
quotquot. vel ſm Ia. iste vxorẽ non cognouit; ibi cogno
3 uit, vbi de hoc. ¶ Tertia † gl. respondet per qõnem, sa
quo debeat absolui, & dupliciter soluit. ¶ Quarta gl. al-
leg. concor. signat contrarium, & soluit, secundo signat
contrarium, & ibi remittit. ¶ Pen. gl. respondet per qõ-
4 nem, quæ fuerit dubitationis causa. ¶ In † gl. pen. ibi,
§. actio] si ex facto magistratus exempta est mihi actio,
restituor, si non fui in dolo: alias mihi doloso prætor nõ
subuenit [& ibi, precia] loqtur de æstimatione serui, qui
dedit noxiam [& ibi, quam bonæ fidei] vnde, si prędo vẽ
dit rẽ hæreditariam plus, quam valeat, quæ postea inte-
rijt naturaliter, hæres electionem habeat, vel precium
5 consequatur. ¶ In † gl. 2. ibi, Salomon] prou. 28. sed non
ad literam. ¶ In gl. 3. in fi. idẽ dixit Host. sed hoc nõ est
verum. vel forte iste legatus erat, vel ille diaconus erat
clericus in conuentuali ecclesia, vnde eps poterat illum
absoluere, de vi. & ho. cle. qm̃, vel erat impotens ad cu-
riam. ī. de sen. ex. quamuis, ſm Vin. Tan. & Gof. Sed ad
primum, & ſm contradicit Host. dicens, ꝙ legatus in a-
troci non absoluit sine speciali mandato, remittens ad
b ea, quæ no. de sen. exc. ad eminentiam.[b] In conuentuali
bus etiam excipitur atrocitas, vt in pre. decr. quoniam.
secundum eum. ¶ In gl. ita, ibi, sanè 2.] & ibi, hoc idem
no. ¶ In gl. putabat, ibi, degradari] melius dixisset, de-
poni [& ibi, Seruius] & de præben. eum qui, lib. 6.

A D D I T I O N E S.

a ¶ Nuper. vide opinio. magistri sententiarum, quæ huic contradi
cit, & male, quam ponit Io. And. in cap. debitum, in gloss. facta
de bigam.
b ¶ Eminentiam. Idem Guil. in Spe. de lega. §. nunc dicamus, ver.
quòd etiam dixit Io. And. contra, de quo vide per ipsum in cap.
ad eminentiam, præalleg.

S V M M A R I V M.

1 *Ordo pro religione, & ratio.*
Religio omnis ordinata debet esse, & approbata.
Impœnitentem repellit ecclesia.
2 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 3.*
*De dispensatione multiplici remiss. & quando nõ conceditur.
num. 4. & 5.*
4 *Rigor in duobus casibus seruandus, & quibus.*
5 *In ordinib. susceptis facilius dispensatur, quàm in suscipiẽdis.*

C A P. II.

Ex literarum. Summatum quò ad titulũ in rubrica. & sunt duæ par-
tes. 1. consultatio. 2. respon-
sio ibi, super quo [Copulauit] de facto vt dictum est. sup.
c. prox. [Super quo] quia. s. fecisti abiurare [Ordinem] i.
1 † religionem. Innoc. vt ī. patet, & est hoc ideo dictum,
quia ois religio dẽt esse ordinata. dẽt etiam esse appro-
bata. ī. de relig. do. c. fi. ſm Host. ad idem de voto, cap.
vno, lib. 6. [Voluerit] nec corde contrito. & humiliato
ad ecclesiam reducendo penitentiã egerit. & sic cõcor.
2 ꝭ. c. prox. ſm Goff. ¶ Gl. 1. signat † ꝯrium, & soluit du-
pliciter. ¶ Gloss. 2. obijcit de c. proxi. & soluit duplici-
3 ter. ¶ In gl. 2. ibi, maiorem gratiam] ponebat Vin. ver.
hic est ergo minor, ibi dispensatio maior. Iuuenalis, lib.
2. sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas. & ipse
Vin. & antiqui de multiplici dispensatione tractabant
hic, quod no. so. 12. dist. nos consuetudinem [& ibi, ne
4 cum ipso dispenset] dicebat † Hostien. quod ibi ostẽdit
epis ptãtem concessam ad iuris rigorẽ temperãdũ, hic
loquitur de rigore; qui semper in duobus casibus est
seruan.

seruandus, quãdo. s. populus inde scandalizatus est, vn-
de non est cum tali dispensandum, eo remanente inter
populares, inter quos scandalizatus est, arg. de preb. cũ
teneamur, de præscrip. nihil. 50. dist. c. 1. & c. vt consti-
tueretur. vel quando multis crassantibus, opus est exem
plo. ff. de pœnis, aut facta. §. fi. & l. capitalium. §. famo-
sos, de vi. & ho. cle. vt clericorum, de postula. præ. cap.
2. de elect. cũ in cunctis. & propter alterum istorum ca-
suum voluit papa hic rigorem seruari, & non dispensa-
5 ri. Dixit tamen semper † facilius dispẽsari in susceptis,
quam in suscipiẽdis. 27. q. 1. quotquot, & c. impudicas,
& c. se. & c. virginibus, & c. siquis sacro, & 28. dist. decer
nimus, & c. de his [& ibi, Loquitur] s'm Inno. [& in fin.]
aliã solutionẽ collige secundũ Goff. ex eo, quod dixi su-
per ver. Noluerit, aliam ex eo, quod dixi supra cap. pro
ximo. Quidam tamen dicunt, q; hic cum corrupta con-
traxit; ibi cum virgine, quod hoc non placet Abb. quia
infra permittitur ad sacros promoueri.

SVMMARIVM.

1 *De voventibus hæc agit decretalis.*
2 *Professio qua votum, vel propositum quod impediat & dirimat, vel tantum impediat matrimonium, & num. 3.*
3 *Solennitates voti cur inuenit, & constituit ecclesia.*
4 *Epilogus, & suppletio glossarum. nu. 5.*
Habitus quis non faciat monacum, tunica glo.

CAP. III.

1 Meminimus. Deinceps † tractatur de se-
cunda parte rubricæ. & suf-
ficiat, quod summatum est
in rubrica. & in prima decisa consultatio. in secunda di-
stinguens responsio, s'm membrum ibi, verum. & pats
de appell. & de accu. meminimus [Professionẽ] expres-
2 sam, vel tacitam. notauit hic Inn. q; † ex quo quis profes-
sionem emisit in manibus illius, qui potest ipsam reci-
pere, omnino est inhabilis ad matrimonium contrahẽ-
dum, & cogendus est religionem seruare, ad quam se
astrinxit. idem de vouente, vel proponente, & dũmodò
votum, vel propositũ solennizet per susceptionem habi
tus professionis, siue nouicij, vt hic, & supra de regula.
consulti, & infra eo. insinuante. Si verò alias votũ emit-
tat, impedit, sed nõ dirimit. Idem, si habitum suscipiat
sine voti emissione, infra capit. 1. supra de con. con. ex
parte, s'm Innoc. [Votum] simplex. Dixit hic Hostien. q;
3 † votum ex sui natura impedit per illud psal. Vouete &
reddite, de vo. & vo. re. magnæ: non tamen ex sui natu-
ra dirimit. imò cõstitutio ecclesiæ hoc facit, vt simplex
non dirimat, sed solenne, alias erraret ecclesia, nisi post
simplex votum dirimeret matrimonium, sicut post solẽ
ne. Solennitates igitur inuenit, & constituit ecclesia nõ
ad voti augmentum, sed ad discernendum, & sciendũ
quando propter votum emissum matrimoniũ dirima-
4 tur, secundum Goff. ¶ Gl. 1. † casum inchoat. ¶ Gl. 2. so
5 luit contrarium. ¶ In † gl. maxime, in fi.] & hoc verum,
si sunt habitus indistincti, quod dic, vt de regu. ca. 1. li.
6. & in cle. eo. tit. eos qui.

SVMMARIVM.

1 *Facti species narratur.*
Habitus susceptio quando impediat contrahendum matrimonium, & obliget, & nu. 1. & 3.
Mulieres multæ velatæ miraculorum tempore.
2 *Votum solenne quod comparatur simplici, & quid solenne dicatur, & num. 3.*
3 *Epilogus, & suppletio glossarum.*
Mutatio vitæ quæ declaratur.

CAPVT IIII.

1 Consuluit. Veritas † facti sic se habuit: Quæ
dam vidua timens rapi a sacer-
dote, petijt velamen, quo sole-
bant vti moniales, non tamen vouit, nec professionem
fecit, nec renunciauit proprijs, & protestata est ius suũ:
tandem contraxit, mandat papa, vt non dissoluatur mã
trimonium. Vincen. Dicebat Hostien. mulier habitum
mutauit, votum simplex emisit, sed nõ solennizauit, ha
bitu deiecto nupsit, matrimonium contractum tenuit.
& sunt duæ partes, consultatio, & responsio, ibi, consul-
tationi [Vestibus] secularibus, quib. vtebatur. T. [Abie-
ctis] fingens se multum dolere de morte mariti. vel
2 fuit hoc tempore † miraculorum, quo infinitæ mulie-
res velatæ fuerunt. Hosti n. [Mutauit] intendens ani-
mo, tamen aliter non expresso, vitam mutare, & ideò
æquiparatur voto simplici, de regu. consulti. Hostien.
[Altare] hoc non præiudicat, nisi & monaci consenti-
rent, argum. de regul. ad apostolicam. Obligatio enim
professionalis hincinde contrahitur, vt ibi, vel semper
præiudicat, si postea recipit habitum sine protestatio-
ne, supra de regul. consulti, & capitul. statuimus, secun-
dum Innocen. [Obedientiam] nec istud sufficit, cum
& secularis obedientiam præstat, de ma. & ob. capit. 2.
& 3. nisi monacalem promittat, puta, quòd suæ renun-
ciet voluntati, & in omnibus subijciat se Abbati. 12. q.
1. non dicatis, & cap. nolo, secundum Innoc. & Hostien.
2 & idem not. Guil. in Spec. de sta. reg. ver. 37. [Postmo-
dum] scilicet assumpto velamine, & mutatis vestibus
[Nupsit] de præsenti. vnde quærebatur, an teneret ma-
trimonium sic contractum [Professione] tacita, vel ex-
pressa, & sic cessant omnia contraria secundum Hostiẽ.
3 ¶ Vlt. † gloss. obijcit, & soluit. ¶ In gloss. 1. ibi, non im-
peditur] secundum Pet. & Abb. melius dixisset, non di-
rimitur. nam bene impedit, cum sit votum simplex, vt
patet in fi. tu dic vt dicam inf. ¶ In gl. per hoc ibi, pro-
positum] sed contra, quia secundum hoc habitus non
impediret ipsam contrahere, & tamen impedit, vt pa-
tet in fin. propter quod dicebat Hostiens. quòd si quis
proponat vitã mutare, & omnino seculum spernere, &
castitatem tenere, hoc tamen noluit signo aliquo demõ
strare, habitus talis licet impediat, non dirimit, nec ta-
lis per ecclesiam distringi potest, quæ de occultis non
iudicat, infra de simon. sicut, in fi. alias obligaretur ex
proposito cum habitus susceptione, secundum ea, quæ
no. de regu. consulti. & sic quod dicit finis, non intelligi
tur de habitu probationis tãtum, qui non impedit, nec
de habitu professorum, qui dirimit, sed de habitu reli-
gionis assumpto causa mutandi vitam omnino, cuius
receptio in se habet votum tacitum, & sic æquiparatur
voto simplici. quod intelligit, quando de intentione
non potest fieri fides ecclesiæ. quia nec verbo, nec si-
gno illam aperuit, vt dixi: alias non daretur senten-
tia pro matrimonio, sed pro religione, vt patet in his
quæ nota. de regul. statuimus. vel dic secundum eum,
quòd quantumcunque sine voto proponat aliquis vi-
tam mutare, non obligatur irreuocabiliter per solam
habitus susceptionem extra religionem assumpti, vt
hic, si primò aliquam religionẽ ingreditur, vel ei se de-
uouet, tũc per susceptionem habitus etiam nouiciorum
irreuocabiliter obligatur, vt infra eod. insinuante, &
no. in dec. consulti, & primum probatur, supra eo. capit.
vsque ad ver. sed non renunciauit, secundum in capitu.
ver. vsque ad ver. postmodum. ad idem, infra c. 1. ¶ In
gl. vide qualiter ibi, monaci] ad hoc missi, supra de reg.
ad apostolicam [& ibi, vidua] ibi, de hoc, & 27. q. 1. cap.
2. de hoc plene dixi supra de reg. porrectum [& ibi, vbi
dicitur] & de reg. non solũ, lib. 6. ¶ In gl. vlt. ibi, solen-

nizauit]

zauit] dicebant antiqui, q si habitus sumebatur in ecclesia, præsumebatur professio. si extra ecclesiam, non, nisi fiat expressè. Phi. dixit non distinguendum in ecclesia, vel extra. Idem tene: Gof. de regula. ex parte, respondens ad iura, quæ inducebant antiqui, primò ad ea. 20. q. 1. quem progenitores, quod loquitur de filio oblato a parentibus, qui postea consensit. capitulum autē 27. dist. q interrogasti, supra eo. ti. vidua, loquitur, cum aliquis vltra annum stetit in habitu. Dicebat ergo, q vbicunque suscipiatur habitus, non solenniaat votum, nec dirimit matrimonium, nisi sequatur professio, vel mora longior anno, vel appareat, q voluit seculum dimittere. dixit ibi Host. q habitus nouiciorum non facit monacum, nec habitus professorum, si recipiatur extra ecclesiam, nisi is, qui extra mon. recipit habitum, se vouet alicui religioni, de con. cō. ex parte. a. alleg. ad hoc, infra eo. insinuante, supra de reg. sicut. habitus autem religionis, & professionis ab intrāte religionem assumptus facit monacum; quod dic, vt de regu. super eo, & eo. tit. constitutionem, in si. lib. 6.

ADDITIO.

a ¶ 37. Et prosunt ista ad formandum libellum, & capitula in ista materia.

SVMMARIVM.

1 *Votum continentia qua emisit, impeditur ad matrimonij contractum, nisi ex causa permittatur; ut hic, & n. 1. & 3. 4. 5. 10. in omni voto intelligitur excepta auctoritas papa, nu. 6.*
Matrimonium etiam per literas vel nuncium contrahitur, & num. 8. nullum nec etiam spirituale contrahitur, sine consensu, num. 8.
A quo voto impediatur.
Creditur confitenti in foro anima.
3 *Iuuenis si carnis stimulis vexatur; debitum exigere potest, non dum reddere.*
Simpliciter, hic vt intelligatur.
Publicationis facti effectus, & supra nu. 1.
Faciendum ponitur pro faciendi permissione: aliquando pro facti ostensione, nu. 4. ad verb. tribuere.
4 *Nubere cui vult, permissio quomodo intelligatur.*
Verbi impropriatio ad ver. tribuere, & num. 3. ad ver. contrahat.
5 *Ex scientia certa quo casu hic dicatur papa dispensare.*
A debitore non idoneo accipere debemus, quod possumus, in §.
6 *Episcopus dispensare potest ex causa, vt simpliciter vouens cōtrahat.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 8.*
Sponsalia per nuntium, vel literas contrahi possunt.
Timor an impediat voti, & matrimonij obligationem. §. t.
Credendum in foro anima.
Pœnitentia imponitur aliquando propter hominum opinionem, & ne exinde malum assumatur exemplum, ver. credendum.
Publicatio facti quid operetur, ibid.
10 *Permissio triplex, vna quarum cōparatiua, de alijs remittit.*

CAP. V.

Veniens. Summatum est in rubrica, & duo facit, narrat casum. circa quē expediēdum præmissa causa duo mādat ibi,
1 Nos itaque. Dicebat Host. mulier † militē absentem appetens, ipsum de futuro fide data mediante nuncio desponsauit: pœnituit, & votum cōtinentiæ emisit. quo audito vir sibi aliam copulauit, mandat papa, q ex quo continere non potest, pœnitentiam agat, & cui voluerit, nubat in domino, si in voto amplius non processit,

[Fide data] per literas, vel nuncium. ff. de sponsa. l. fin.
[Promisit] per verba de futuro. & idem dicit Hostiē. in
a matrimonio [a] de præsenti, quod probat auctoritate Lu.
1 2. ibi, Spiritus sanctus superueniet in te &c. & ibi, Ecce ancilla domini &c, remittit autem in hoc ad ea, quę nō. in sum. de spon. §. qualiter contrahatur. 1. respon. & ver-
a se. [Promisit] fecit votum † tantum. secus enim, si professionem fecisset, vel habitum sumpsisset, vt no. s. eod. meminimus, vel se ei reddidisset, supra de regu. porrectum, secundum Innocen. Host. dicit, q ista emisit votū non ex corde, nec intendendo se alicui religioni astringere, de quo creditur illi in foro animę. Secus, si quoquo modo consensisset: vel quo ad forum ecclesiæ, & sic non est contra, infra eod. insinuante [Mutauit] nec istud aliquo modo publicauit, sed hoc secreto nunciauit militi, vt ipsam non expectaret, vnde & sequitur. Quo audito &c. & sic non contradicit, infra eo. insinuante. sed huic intellectui contradicit, quod dicit, voto violato, sed dic, vt ibi. Hostien. [Copulauit] & sic soluta fuerunt prima sponsalia, supra de spon. duo. c. & de spon. c. pen. & mulier de contrahendo cum alio fidem dedit. Hostien. [Mulier] quæ se nullo modo intendebat obligare, &
3 quæ iuuenis † erat, stimulis carnis resistere non poterat. & ex hoc patet, q talis debitum exigere potest, non dum reddere, alias non bene prouideret ei, ex quo continere non pōt, quod dic, vt no. infra cap. 1. in si. Hostie. [Fidem datam] secundo de contrahēdo, vt prædixi. Hostien. Abb. exponit, Fidem. s. desponsationis violatam [Simpliciter] i. simplicibus verbis emissum [Cōtrahat] i. contrahere permittatur [Reatum] ar. de obser. ieiu. consilium. §. pe. & vltim. [Processit] s. ad professionem. Gost. tacitam, vel expressam, vel. i. si hoc nō publicauit secundum Host. [De fide mentita] s. prima, quam violauit, & per ipsam steterit, q militi, quem in absentia de-
4 sponsauerat, non nupsit, supra de spon. sicut [Cui † vult] illi. s. cui fidem dedit, si nihil obsistat. Si vero fidem nō dedit, vel aliquid obsistat, tunc nubat, cui vult [Tribuere] idest tributam vel non denegatam ostēdere. sic 33. q. 2. in adolescentia. vnde dicebat Inn, i. nō prohibeas. vel secundū eū intelligitur de misericordia, quia alias secūdum eum nō daretur licentia etiā post simplex votū, infra cap. proxi. Dicit aūt quosdam dixisse, q sicut non tenet votū solenne post contractum matrimonium, supra de con. cō. quidam, sic post sponsalia de futuro nō tenet simplex, vt hic. cum ergo non tenuerit, non debet illi licentia denegari, nec debet impediri matrimonium cōtrahendum: sed licet non teneat votum, peccat tamen contraueniendo, & ipsum seruare debet, de con. con. quidam. Hostien. dixit, quód votum tenuit, sed simplex
5 fuit, & ex † certa scientia hic papa dispensat, quod innuit litera, vt dicit supra. Mandamus; non dixit, Respōdemus. & quod dixit, voto violato, exponit pro eo. qđ dedit fidem secundo contra votum emissum. & sic violauit votum. 22. q. 5. periurare. hanc autem dispensationem facit secundum eum primò propter turbationem animi mulieris. 17. q. 2. Consaldus: quia non fuit inspirata, sed fecit hoc in fraudem ne virum haberet, quem desponsauerat. secundū propter maius periculum euitādum: quia apparebat, q cōtinere non poterat, vnde accipit papa, quod potest habere a non idoneo debitore, vt sic saltem in matrimonio viuat castè. 41. dist. Nicena. 3. quia fidem dederat secundo. & sic secundum eū
6 stat propriè, quód dicit licentiam. s. auctoritate † nostra, quę in omni uoto intelligitur excepta, ut hic, & no. infra c. proxi. & supra de uoto c. 1. Gui. in Spec. titu. 2. §. nunc de episcoporum, dicit episcopum ex causa dispensare posse, ut simpliciter uouens contrahat. intendens allegare dec. istam, allegat s. proximā. tamen in contrarium allegantur j. proxi. & 22. q. 4. §. ult. & uide
7 quod dicā infra c. proxi. in vlt. gl. ¶ Gl. 1. † arguit. alla-

tria

gria iura. ¶ Gl. 3. respondet, per q. an ille timor excusa-
ret. ¶ Antepen. glo. arguit, alle. 4. iura. ¶ Pen. glo. ponit
8 duas lecturas. ¶ Vlt. glo. obijcit, & soluit. ¶ In † gl. 1. ibi.
l. 4. & 5.] quidam non habent has conc. & benefaciunt,
quia dicunt absenti spōderi sic posse, dummodo sciat,
9 vel ratum habeat. ¶ In † glo. 1. in fine] & de procu. cap.
vlt. lib. 6. Ala. dicebat sponsalia inter absentes posse cō-
trahi, matrimonium non. T. contra, dicens hic, q̃ vtrun
que contrahi poterat, & idem Vincen. ¶ In glo. timor,
ibi, nec excusatur] nec impedit voti obligationem, s̃m
T. & Goff. vnde, si votum solennizasset, non daretur li-
centia contrahendi. & patet, q̃ votum tenuit ex eo, q̃d
infra mandatur pœnitentia indici. Dixit Host. q̃ si in to
tum non excuset, ad minus attenuat, supra quod me. cā.
facris, & si ex animo non consentiebat, in parū, aut ni-
hil obligabatur quantum ad Deum, quæcunq. fuissent
verba, vt patet in his, quæ no. supra c. prox. nam sicut si-
ne consensu nullum est matrimonium corporale quan-
tum ad Deum, quæcunque verba interueniant, sic nec
spirituale, supra de reg. sicut tenor. signo vero nullo mo
do consensit, licet fingeret se consentire. Credendum
enim est ei in foro animæ, & danda licentia contrahen
di: im ponetur tamen pœnitētia propter hominum opi-
nionem, & ne exinde malum assumatur exemplum, si-
cut & supra de despon. impu. duo pueri, § cum verò vir
caput, quod intelligas, si hoc publicatum fuit: aliàs da-
tur pœnitentia ad cautelam, quia bonarum mentium
&c. & secundum hunc intellectum dicit Host. q̃ decre.
nullum recipit contrarium, & nullam calumniam. ¶ In
glo. mulier, ibi, de præsenti] R. dixit, q̃ fuit hoc votum
de futuro. ¶ In gl. 1. violando, ibi, contrahendi] vel for-
te iam violauerat inhonestè viuendo. ¶ In glo. viri. ibi,
10 comparatiua] de triplici † permissione no. 5. dist. c. vlt.
in 1. glo. [& ibi, ex litera patet] & hic tenet Goffre. quia
mulier inuenis erat & suspecta. & idem Io. 17. q. 1. in fi.
summæ [& ibi, votum emisit] hoc tenet Vincen.

ADDITIO.

a ¶ Matrimonia. Intelligo, scilicet quod possit contrahi matrimo-
nium de præsenti per literas, vel per nuncium. vide in cap. fin. de
procura. lib. 6. & infra in glo. 1.

SVMMARIVM.

1 *Hæc decretalis pars est alterius decretalis, & quid dicat.*
2 *Iuramentum illicitum non seruandum.*
Sponsalia priora consumanda, quid in eis & voto, & quid si
ea votum præcedant, n. 6.
3 *Votum, & iuramentum sunt æqualis firmitatis, alia de voto,*
nume. 8.
Auctoritas papæ videtur in vtroque excepta.
In vtroque quid subintelligatur.
Papa quod facit in terris, Deus facit, & non homo, & ratio.
In voto continentiæ an possit dispensare, an matrimonium car
nale possit soluere, remissiuè.
Matrimoniale vinculum nunquid maius, quàm voti.
Per matrimonium consumatum quid designetur.
Separari si non potest significans, nec significatum.
5 *Simplex hic dicitur, cum caret solennitate.*
Copula secuta cum spōsa adæquatur matrimonio de præsenti.
Videri, si dicatur, intelligitur rectè intelligentibus, in fine.
6 *Matrimoniale debitum an possit exigere, qui fracto simplici*
voto contraxit, an vero sit opus dispensatione, & cuius.
Episcopus dispensare potest super exactione debiti coniugalis,
cir. finem.
7 *Epilogus, & suppletio glossarum nu. 8.*
Votum an semper dirimat, contractum matrimonij, et quid,
& nu. 9.
Opinioni fauenti clauium potestati standum in fi.
9 *Pactum nudum quibus modis vestiatur remissiuè.*

CAPVT VI.

Rursus. Respicit decisam, in qua præmissæ o-
1 rant aliæ quæstiones. Gof. & dixit † Ho-
stiens. q̃ forte est pars huius. de con.
con. placet: quia vtraque Cel. III. dicebatur in super-
scriptis, quod erat pars, cap. laudabilem, & idem dicit
cum decr. meminimus, s̃m Host. [Emittens] sine aliqua
solennitate. Inno. & ponitur primo quæstio. secundo di-
stinguens solutio, ibi, Vnde. & secundum membrum,
ibi, quòd si [Iurauit] sic fuerunt sponsalia de futuro.
2 istud † tamen iuramentum fuit illicitum, quia post vo-
a tum emissum, [a] & sic non est seruandum, 22. quæst. 4. in-
ter cætera. sic & in sponsalibus priora sunt consumman-
da, de spon. sicut, sic in voto, & sponsalibus. Si vero
sponsalia præcedant votum, cogi debet votum solen-
nizare, aut sponsalia perficere, sup. de con. con. ex par-
te. secundum Innoc. & cap. [b] ex publico, & adde, quod
not. infra in gloss. penult. & ex his videtur, secundum
3 Hostien. q̃ † votum, & iuramentum sunt æqualis firmi-
tatis: & secundum hoc sicut in iuramento videtur exce
pta auctoritas papæ, vt no. supra de rescript. constitu-
tus, sic & in voto, supra cap. proxi. vt sic in vtroque sub-
intelligatur, nisi Deus aliter reuelauerit, 22. quæstio. 2.
beatus, vel vicarius eius in terris, de hoc aliter dispone-
re voluerit: quia quod ipse facit, Deus facit, & non ho-
mo, de transla. inter, & cap. quanto. nam sibi dictum
est, Quodcunque, & cæt. 24. quæst. 1. quicunque. nec iu-
ramentum, nec votum exclusit, qui dixit, Quodcūque,
4 de maior. & obed. solitæ, ad fin. & sic † papa etiam in
voto continentiæ dispensare potest. de hoc dixi, supra
de voto. cap. 1. secundum quod fortius videtur vincu-
lum matrimoniale, quàm voti, cum primum papa non
dissoluat: secundum sic, ratio, quia in primo fit iniuria
non solum Deo, sed homini, qui ex diuina lege in vxo-
ris corpore ius quæsiuit. 1. secundo vero obligatus est
Deo, quod vinculum per Deum, vel eius vicarium sine
alicuius iniuria solui potest: videtur tamen papa innue-
re, quòd etiam carnale matrimonium soluere possit,
supra de translat. inter cor. quod dic vt ibi. Item post-
quam consumatum est, plana est ratio, quia designatur
per illud conformitas, quæ est inter Christum & Eccle-
siam, siue vnio, quæ est inter diuinam & humanam na-
turam, quæ omnino inseparabilis est, & ideo non po-
test separari significans, sicut nec significatum. ad hoc
de biga. debitum, de spon. du. cap. 1. de coniu. lepro. ca.
2. item in voto est vinculum dei, & animæ tantum. in
matrimonio est vinculum animorum, & corporum,
Dei, & hominum. Non est ergo mirum, si vnum vincu-
lum facilius soluitur, quam plura, alij communiter con
5 tra Hostien. [Simplex] idest simpliciter † factum, non
adhibita solennitate. T. [Temere] & ideo non fuit ob-
ligatorium, 22. quæst. 4. quasi per totum. Gof. [Nuptias]
contrahendo, scilicet per verba de præsenti vel prædi-
ctam sponsam de futuro cognoscendo [Ambiguitatis]
quia soluto voto tenet matrimonium, Goff. & idem
no. supra de spon. si inter, in glo. ii. & facit ad id, quod
dicam in glos. se. [Videtur] rectè intelligentibus, sed
Hugo. & multis alijs adhuc non credimus satisfactū.
6 Illud tamen fateor, q̃ quamuis † matrimonium teneat
in hoc casu: debitum tamen non debet exigere, sed te-
netur reddere, arg. de con. con. quidam, & cap. placet,
& semper pœnitentiam agat, & cum graui dolore cor-
dis hoc debitum reddat. infra de eo qui con. con. vxo.
suæ, transmissæ. & cap. penul. & vltim. nisi esset contra-
ctum cum licentia sedis apostolicæ super hoc ex cau-
sa. & ex certa scientia dispensantis, vt no. supra capit.
proxi.

proxi. Host. Archid. concord. quod non exigat in dec. vnica de voto, lib. 6. vt ibi scripsi, in vlt. gl. & facit quod no. 27. q. 1. nuptiarum, versic. finem, & cap. de viduis. 2. alias c. seq. & quæst. 3. Agathosa. æquius videtur, quod exigere possit. facit supra gloss. proxi. Si enim verum est, quod solutum sit votum, vt ibi dicunt Ber. & Goffr. nihil impedit exigere, ac si nõ vouisset, mouetur principaliter, quia nimis est & onerosum & periculosum tale matrimonium, si dicamus eum peccare mortaliter exigendo, & verè istud est iniijcere laqueum contra præ. ca. de viduis. sicut ergo in vouente ingressum religionis arctioris, qui profitetur laxiorem, nulla remanet obligatio ex voto priori, licet de transgressione pœnitere debeat, de regu. qui post votum, lib. 6. sic in casu isto, post contractum intelligo, quod consumatum matrimonium, obligatio voti cesset, saltem quò ad illud coniugium, sed de fractione pęniteat: quia tamen solemnis opinio habet contrarium, quam tenet etiam Thom. 4. sent. 38. dist. satis dicamus dispensationem super exigendo necessariam, quæ, cum iusta causa subsit, per episcopum fieri poterit per commutationem in aliud bonum, supra de voto. cap. 1. cum hoc casu non sit prohibita, & Host. supra loquatur de dispensatione contrahendi matrimonij, intelligo, vel consumandi, vsque ad consumationem ligat votum supra de spon. commissum. Item si verum esset, quòd posset dispensare, vt contrahat, vt dixi supra cap. prox. in fi. vltim. gloss. fortius poterit dispensare, vt licitè vtatur contracto, etiam exigendo. Item dispensatur cum incestuoso, vt licitè contrahat. 33. quæstio. 2. siquis cum duabus, vbi de hoc, & cap. in adolescentia, infra de eo qui cog. con. ex litteris, si dicas, quod etiam in decret. quas allegaui in princ. huius glo. erit dare laqueum, de quo dixi, respon. quòd vbi impediuit se vir post matrimonium, dici non potest, quòd ecclesia aliquid approbet, & sic nec laqueum iniecit. vltra id dico in casu decre. transmisit, virum incestuosum non peccare mortaliter exigendo ab vxore non affine.

7 ¶ Gloss. 2. † Respon. per ob. & so. secundo quærit, & dicit quòd sit votum simplex, & quod solenne, subdit opi. Hug. item opi. Io. & licet conetur adhærere Hu. in fin. resistit. ¶ Pen. glo. quærit, & remittit. In † gl. 2. ibi

8 si † vir] & c. præ. vbi de hoc [& ibi. i. nõ minori] idem In noc. & Host. [& ibi, Si vir] imponitur enim ibi pœnitentia trium annorum. & hoc adde, quod ibi no. dic quòd hæc comparatio recipitur in genere, non in determinata quantitate reatus [& ibi, super voto] alij dicũt, quod votum ex se semper dirimit, sed cõstitutio ecclesię hoc operatur, quòd votum simplex non dirimat, & hoc potuit ecclesia: quia licet constitutio diuina dicat votum seruandum, non dicit non tenere matrimonium post contractum, & ecclesia constitutionem diuinam interpretatur, de test. licet. 28. q. 1. idolatria, & ca. iam nunc. & placuit hoc Da. & Phi. sed Ala. reprehendit. & adde quod dixi supra cap. meminimus. & quòd votum ex l. diuina non prohibeat, patet, cum enim per l. diuinam tantum certæ personæ prohibeantur, quæ no. intra de diuort. gaudemus, inter quas vouens non commemoratur, & hoc edictum prohibitorium sit, de spon. cum apud, restat, quod considerata l. diuina, exclusa canonica, matrimonium contractum à monaco, vel presbytero tenet, vnde contrahebant sacerdotes veteris testamenti. 30. dist. tenere, & Græci contrahunt, qui l. canonica non sunt astricti. 31. dist. Nicena. 84. distin. cum in præterito. vnde dixit Hostié. ex duobus vnum oportere confiteri, quod aut erret ecclesia seruando matrimonium contractum a simpliciter vouente, quod non est longe ab hæresi. 22. distin. omnis. 24. quæst. 1. hæc est fides, & c. rogamus, & c. alicuius. & c. omnibus, de hæret. ad abolendam, de ex. præ. tanta, aut quòd sicut in simplici sic in solemni possit pa. stat. tuere, quod teneat matrimonium, quod omnino verum est secundum eum dicentem, quod in opinionibus, quarum altera detrahit; & altera fauet clauium potestati, standum est ei, quæ fauet, secundum ea quę no. de conces. preb. proposuit. De hoc autem dicit se omnes opiniones recitasse in sum. e. tit. §. quis vouens [& ibi, Non vestitum] & est si. quod di-

9 citur secundum l. de † pacto nudo, & vestito, quod quibus modis vestitur, no. ff. de pac. iurisgentium. §. quinimo [Et in fi.] de hoc 17. q. 1. in summa, & c. 2. & expeditum est de voto, & uo. re. c. vno, li. 6. ¶ In glo. quid si in fi.] dicebat Ala. distingue, vt de conuer. con. c. vlt. li. 6. & ibi dicebatur, quòd si nolebat ad religionem transire, compellebatur contrahere, sicut iurauerat, & idem no. supra ca. prox. in 3. gl.

ADDITIONES.

a ¶ Emissum. Licet simplex, ad hoc quod no. Ioan. An. de spon. sicut in gl. idem si.

b ¶ lit. c. Votum ergo simplex non rumpit sponsalia, & vide de voto. c. 1. li. 6. & infra cap. prox. in 3. gl. & vide infra gl. fi. & super illa Ioan. And.

SVMMARIVM.

1 *Facti narratio.*
Votum solemne dirimit matrimonium postea contractum.
Qualiter solemnizetur, nu. 4. & 5.
2 *Ex mulieris diuitijs sæpe virum pauperem per matrimonium inter ipsos ditari procuratur.*
3 *Protestatio hic facta parum facit.*
Tenur pro pacto.
4 *Professio vera, & præsumpta, & vtraque solemnizat votum.*
Quando vero, & quando præsumpta dicatur.
Etiam cum quis facit, nullo religioni se vouendo, subest episcopo, & nu. 5.
Matrimonium impeditur, quibus modis hic, & supra, numer. 4.
Extra monasterium, vt in domo quòd dam sua fieri possit certis bonis professus & quis, licentia a quo requirenda, in fine, & nume. 9.
6 *Credendum non est ei, contra quem facit præsumptio.*
Filij non excusant malum susceptis; sed accusant.
Perseuerantia prof gat coactionem.
Fuga secus.
7 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Conditio impossibilis vitiat contractus.
Metum non probat dignitas illius, cum quo mulier contraxit, nu. 10. imperium principis quando, ibid.
Temporis ratione euanescit exceptio dissensus. §. fin.
9 *Additio glossarum.*
Monacha an possit fieri in domo propria, & bona eius cuius sint, & supra nu. 5.
Eorum vsusfructus ei concedi an potest, & a quo, etiam extra monasterium manenti, & nu. 5.

CAPVT VII.

Insinuante. Primo ponit facti ordinem. secundo diffiniendum committit ibi, Nos igitur dicebat Ho-

1 stien. sub † obtestatione regia suggeritur mulieri, vt cuidam militi nubat: mulier votum emittit, ita, quod in propria domo remaneat. demum recipit habitum solénizando votum, in quo per biennium perseuerat, tandem voto postposito de parentum consilio P. Michaeli se matrimonialiter copulat. dicitur, quòd maritum sic inique ductum omnino dimittat, & male dimissum ha-

2 bitum omnino resumat [Curialibus] forte † ex diuitijs mulieris volentibus aliquem pauperem militem ditare

tare, vt fit sæpe secundum Hostien. [Copula] maritali.
Pe. [Maritum] illum. s. de quo rex mandauerat, Hostiē.
vel alium, ne illum cogeretur recipere, secundum Pe. &
Abb. [Obtestatione] forte dicentes, quòd nisi illa hæc
faceret exhæredationem, & indignationem regis in-
3 curreret, secundum Hostien. [Protestans] hoc † parum
facit. dicit tamen de hoc, vt supra de constitutio. cum
M. [Eis] consanguineis proprijs [Fratribus] forte fuit
iste de hoc missus, de hoc supra e. consuluit [Tenore]
i. pacto, quod non valuit [Ordine] sancti Augustini.
4 Abb. [Habitu] ergo † post votum simpliciter emissum
solemnizauit ipsam religionem intrando, & habitum
suscipiendo, aliter votum sine habitu non dirimet
matrimonium, supra eo. veniens, nec habitus sine vo-
to, supra eo. consuluit. Notat autem Hostiens. quod
5 est † professio vera, & præsumpta, & qualibet inter-
ueniente solemnizatur votum, ita quòd impedit, &
dirimit. vera professio est, quando more solito legen-
do chartam facit professionem, dicens. Ego talis, & c.
& ponit super altare, de hoc, supra eod. meminimus,
20. quæst. 1. vidua, supra de con. coniu. dudum, præ-
sumpta vero, si primo votum emittit, & exprimit, vel
firmiter proponit, & postea intrat religionem, & ha-
bitum recipit nouitiorum, vt hic, nisi in contrarium
protestetur, supra de regula. consulti. & cap. statuimus.
secundo dicitur præsumpta, si renunciat proprijs, &
pompæ mundi, & faciunt quæ no. supra eo. consuluit.
tertio ex mora temporis, vt hic sequitur de biennio,
sed etiam annus sufficit, vt de reg. ad apostolicam, &
capit. statuimus, quòd dic vt ibi: vel quia pubes factus
est, cum intrasset impubes, nec infra tempus competēs
reclamauit, de regula. cap. 1. li. 6. quarto si recipit habi-
tum professorum, & facit omnia vt professus. 27. quæst.
1. vidua, de reg. vidua, & capit. statuimus. quinto per
coniugum absolutionem, supra de con. con. coniu-
gatus, & cap. vxoratus; quod dic; vt ibi no. sexto per sa-
cri ordinis receptionem. 84. dist. cum in præterito, &
quicunque istorum modorum probetur, matrimo-
nium impeditur, & contractum dirimitur, vt hic, & su-
pra eo. rursus, & cap. consuluit, & capit. meminimus. se-
ptimo secundum Gofr. cum professionem facit nul-
li se religioni vouendo, quia monachus est, licet nullius
mona. & subest episcopo. 10. quæst. 1. regenda, Hostien.
& secundum opinio Gofr. tunc ipsius episcopi licen-
tia requiritur, vt in domo quondam sua frui possit
bonis certis. si autem certæ religioni se deuouet, ma-
ioris abbatis totius ordinis licentia requiretur, & vi-
de quod infra dicam super gloss. [Biennio] & ideo fuit
omnino obligata, supra de regu. vidua, & omnis me-
tus fugatus. supra de spon. ad id, quod Hostiē. [Asserat]
6 sed non est † ei credendum, quia contra ipsam facit
præsumptio iur. & de iure, Hostien. [Quam parentum]
aliquorum instantium pro milite, pro quo rex rogaue-
rat. alij enim suaserunt, quòd votum emitteret secun-
dum Hostien. [Attendentes] iuxta suam peruersam o-
pinionem [Filios] hoc nō excusat, sed accusat, infra tit.
1. cum haberet [Et infra] i. quæris, an sit cogenda vi-
rum dimittere, vel habitum religionis resumere secun-
dum Pe. & Abb. quod non videtur per principium
[perseuerantia] secus, si non perseueraslet, sed aufu-
gisset voto non solennizato. supra de despō. impu. ex li-
teris, Hostien. [Temporis] s. biennij [Violenter] i. eū vo-
ti violatione. Pe. & Abb. [Coercere] supra de con. con.
7 ex parte, in fin. contra, so. ibi. Innoc. ¶ Gl. 1. † obijcit, p
bans per 4. iura, pro textu inducit duo, sed concludit
per obiectionem. ponit opinionem, & remittit, & ad
hanc litteram respondet. ¶ Glo. 4. arguit, signat contra
rium, & argumento dat si. ¶ Pen. gloss. respon. per ob.
de elec. & matrimonio, & soluit. ¶ Vltim. glo. no. quòd
8 eo tpe &c. alle. 6. iura. ¶ In † gl. pr. ibi, deportationis]
& amissionis bonorum. vt ibi. ¶ In gl. 3, ibi non solum]
stipulationes, emptiones, vel cōtractus cæteri facti sub
conditione impossibili, nullius sunt momenti. ¶ In glo.
4. ad inuidiam senatoris] dignitas illius, cum quo con-
traxi, non probat metum [& ibi. l. pen.] incipit, si per im
pressionem; vide de renun. super hæc, super gloss. C. qđ
metus causa [& ibi, si patre) vide de despon. imp. cap. 1,
in 1. gloss. ¶ In gl. pe. ibi, si pater] vide supra glo. proxi.
¶ In gl. vlt. ibi, l. 2.] hanc & se. vide, quod metus causa,
ad audientiam, in gloss. 4. [& ibi, si pater] alias, si ita pa
ter. si per triennium pater abfuit, & nescitur, vbi degat,
vel an supersit, liberi vtriusque sexus liberè nubūt. ¶ In
9 † gl. ergo non erat. ibi. c. vlt.] & de sta. mo. c. 2. [& in fi.]
& hoc adde quod ibi no. in glos. 2. quod etiam hic repe
tierat Io. & antiqui, & Gof. dixit etiam hoc Innoc. quod
in domo propria potuerat ista fieri monaca, & omnia
sua sunt episcopi, vel mon. cui se dat. C. de episc. & cler.
l. nulli. 19. q. 2. c. fi. & §. fi. & potest episcopus, vel Abbas
tali concedere vsumfructum, & quod in certo loco mo-
retur, nec est istud contra substantiam monacatus, su-
pra de electio. cum inter. R. de præben. nisi quia talis si-
ne proprio, & in obedientia viuere potest. vnde, si Ab-
bas malitiosè talem reuocare vellet, vel ad alium locū
transferre, posset hoc denunciare, vel supplicare supe-
riori, qui ad similitudinem serui debet illum audire, &
interponere partes suas. C. communia vtriusque iudic.
l. possessorium. C. de prec. impe. of. l. 1. & Instit. de his,
qui sui, vel alie. iu. sunt. §. sed hoc tempore, & se. fatetur
tamen, quòd nullus præter papam posset se obligare,
vt perpetuò aliquem locum dimittat monaco, de sta.
regu. cum ad mon. sed si obligat, non est contra substā-
tiam. Dicit etiam, quòd qui talem, hoc sciens, vel habi-
tum videns verberat, excommunicatus est, de sent. ex-
a com. non dubium.[a] quidam tamen dicunt, quòd bona
talium deuoluuntur ad illos, qui ab intestato succedūt.
C. de epis. & cler. si quis presbyter. alij, quòd sunt in pen
denti. ff. de iudi. non quemadmodum, melius infra de
fri. fraternitatis. finaliter dixit plus sibi placere, q̄ hæc
mulier non fuit monaca, & poterat habere proprium,
& tamen non poterat nubere propter votum solenne,
quod emiserat, quod qualiter fieri possit, not. supra de
regula. porrectum, vide quod circa hoc capitu. dixi de
con. con. ex parte. 2. super versic. matrimonium, & de
fri. fraternitatis, super versic. alioquin, versic. in secun-
do, dixit Hostien. quòd quicquid dicatur, multum ope-
ratur claustrum, congregatio, ac loci stabilitas, & ho-
die tenendum est, quod habetur de voto, cap. vno. libr.
6. ¶ In gl. art. quod ibi, l. vlt.] melius penult. dic, quòd
10 nisi aliter † probetur oppressio, dignitas aduersarij nō
sufficit ad metum probandum. sic loquuntur ista iura.
Credo tamen, quod imperium principis, qui alias con-
sueuit tyrannicè, & oppressiue tractare eos, qui precib.
vel præceptis suis non obediunt, induceret iustum me-
tum.

ADDITIO.

a ¶ Non dubium. Aliter loquitur Innoc. in c. porrectum, de regu. vbi vide Io. And. in gl. hoc est vehemens.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
De vxorem ducente, quam polluit pro adulterium, vbi alibi, quam hic legatur.

De eo, qui duxit in matrimonio, quam polluit per adulterium. Rub.

1 ¶ Viso † de impedimento voti, & ordinis, videndum
est de impedimento enormitatis criminis, quod pro-
sequi-

ſequitur in eo, qui mortua legitima, cum ſua contrahit
adultera, vel ea, quę mortuo legitimo cum ſuo cōtrahit
adultero; & ideo &c. ſecundum Da. & Gof. habetur ma
teria 31. q. 1. per totum.

SVMMARIVM.

1 *Vxore ſiquis viuente contrahit cum ſecunda, prima mortua ad
ſui petitionem non ſeparabitur à ſecunda, & num. 2. excipi
tur ibi nu. 1.*
2 *Conſenſus nouus oportet interueniat mortua prima, alias non
valet ex primo num. 3. quibus modis interueniat, & nume
ro 3.*
Copula & cohabitatio facit matrimonium.
3 *Diſſenſus ſigna quæ in matrimonialibus.*
4 *Matrimonium ſiquis contrahat cum decem inſcijs vxore vi
uente, ea mortua poteſt gratificare cui voluerit, & quo
caſu.*
*Nullum quod eſt à principio, poſtea confirmatur, & quomo-
do, & quando. & nu. 8.*
Maximè pro tantum, in fin.
5 *Machinatio requirit effectum.*
*Ignorantia primæ vxoris, quamdiu durare debeat in ſecunda,
& probabilis excuſat.*
Dolus omnis obeſſe debet, non prodeſſe.
6 *Diuortium ſecunda quando petere queat.*
Hic ſumitur pro ſeparatione coniunctionis.
7 *Epilogus, & Suffragium gloſſarum. nu. 8.*
*Conſenſus nouus interuenire debet, vbi certus erat nullus, nu. 2.
& nu. 9.*
Contractus quandoque claudicat, exempla. §. in vlt. glo.
9 *Additio gloſſarum.*
*Commixtio ſine conſenſu matrimonali fieri non poteſt abſque
peccato.*

CAPVT I.

1 **Propoſitum.** Caſus. Si quis viuente † vxo
re contrahit cum ſecunda
hoc ignorante, prima mor-
tua ad ſui petitionem non ſeparabitur à ſecunda. Com-
munis diuiſio. ſecunda ibi ; Licet autem. Dicebat
Hoſt. à coniugato ducta eſt in vxorem ſecunda inſcia :
canones deteſtantur talia coniugia, doloſo petente nō
datur diuortij ſententia [Huius rei] ſcilicet quòd aliam
2 vxorem haberet. Goffred. [Inſciam] ſi durante † matri-
monio fieret conſcia, non permittat poſtea ſe cogno-
ſci : aliàs in perpetuum non fiet vxor, infra capit. vlt. de
ſecundis nupt. dominus. 34. quæſt. 2. cum per bellicam,
& capit. ſi virgo, mortua verò prima eſſe poterit matri-
monium cum ſecunda inſcia, non ex primo conſenſu,
ſed ex nouo, vt dicit gloſ. nouus autem interuenire po-
teſt verbo, vel facto, verbo, vt ſi dicant verba conſue-
ta, de ſpon. cap. pen. facto, ſi vtroque certificato ſubſe-
quitur copula, infra eod. veniens, de coniu. ſeruo. capit.
ſin. ff. de iu. do. Proculus. nec mirum, quia & de expreſſo
diſſenſu, ſiue coacto conſenſu facit matrimonium ſecun
dum ea, quæ dixi ſupra de ſpon. is qui, & cap. tua, ſecun
dum Hoſtienſ. ſed Innoc. dicit, quòd etiam cohabita-
tio præter copulam facit matrimonium, dicens etiam
hæc procedere non ſolum ex nouo conſenſu, ſed etiam
ex veteri, qui licet nullus fuerit, habebat tamen effi-
giem matrimonij. Cod. de nupt. & ſi contra. ff. eod. ſi nu
3 ptiæ, & ſecundum † Innocent. ſi poſt mortem primæ,
appareant ex parte mulieris ſigna diſſenſus; non erit
matrimonium. Dicit etiam, quòd ſufficiat pro ſigno diſ-
ſenſus, quod mulier à viro diſceſſit, etiam quando cre-
debat ſe legitimam, & ſi hoc fecerit contra conſcien-
tiam, quando probat ex eo, quia primus conſenſus vi-
uente prima non fecit matrimonium, nec potuit face-
re illa viuente. nec poſt mortem poteſt eſſe ſine nouo
conſenſu, quem conſtat non adeſſe, ex quo ab eo ſepa-
rata eſt, licet iniuſte : quia iudicium eccleſiæ debuit ex-
pectare, de diuor. porro, & ſecundum Hoſtien. ſi mulier
non vult conſentire, ipſa inſtante fiet diuortium, vt in
fin. dicitur. vir verò, ſi conſentire non vult, per eccle-
ſiam compelletur, vt ibi, argum. de adu. capit. 1. & 2.
Si tamen compulſione pendente cum alia contrahat,
tenet, vt dicit gloſſ. ſed viro de contemptu pœniten-
tia imponetur, de ſponſal. cum in apoſtolica. Si verò
4 quis † contrahat cum 10. inſcijs, prima legitima mor-
tua, durante ignorantia poteſt gratificare cui volue-
rit. nam illa, quam poſtea certificatam de hoc cogno-
uerit, vel in quam primo conſenſerit, illa vxor erit, vt
patet ex præmiſſis ſecundum Hoſtienſ. Dixit autem
Innocent. in matrimonio ſpeciale, quod illud, quod à
principio nullum eſt, poſtea confirmatur. ſupra de de-
ſponſat. impub. duo, & capit. acceſſit, & capit. atteſta-
tiones. vel eſt generale, quoties, ſcilicet quod pendet ex
alicuius conſenſu, vt valeat, ſecundum eum ſi eius con-
ſenſus accedat tacitus, vel expreſſus, dum modo talis
ſit, quod à iure non improbetur, quod factum eſt, quam
uis prius non valeret, incipit valere, vt ex nunc, non vt
ex tunc, probatur hoc de deſponſ. impub. cap. vno, lib.
ſexto, ſuper quo uide quod dixi ſupra de regul. iur. non
firmatur, libro ſexto. [Maxime] id eſt, tantum, infra ca.
5 ult. Abba. [Machinata] cum † effectu, infra eod. ſuper
hoc. Hoſtienſ. [Inſcia] quando cum ea contraxit, & ſem-
per uiuente prima bona fides durauit, ſecundum Hoſt.
[De ſuo dolo] ſic ff. de dolo, l. 1. ſupra de reſcript. ſedes.
30. quæſtio. 1. dictum, debet omnis dolus eſſe, & non
prodeſſe infra de eo. ſpi. capit. 2. infra de collu. dete. au-
diuimus, in fin. ſed probabilis ignorantia debet mulie-
rem excuſare, infra de cleri. ex. mi. apoſtolicæ, ſupra de
oc. ab epiſcopo. capit. 2. ſic tranſactio dolo alterius tan
tum inita doloſo inſtante reuocari non poteſt. Cod. de
a tranſactio. tranſactione finita[a] Hoſtien. [Petat] ante
6 † quam de morte certificata ſe cognoſci permittat, a-
lias contra, infra de coniug. ſer. propoſuit. [Diuortium]
id eſt, ſeparationem illius coniunctionis de facto. Goff.
7 ¶ Gloſſ. 1. † tractat, quomodo ignorantia ualet ad duo,
reſiduum reſpondet per quæſtionem, an mortua prima
incipiat eſſe matrimonium, ſoluit, & dat ſimile alle.
duo iura in contrarium. ¶ Vlti. gloſſ. arguit, quòd con-
8 tractus claudicat alle. 12. iura. ¶ In † gloſſ. 1. ibi l. pe.]
uide ut lite nō conte. quoniam, ſuper gloſſ. per famam
[& ibi §. ult.] ibi iuriſdictio mandata per proconſulem
ante ingreſſum ualet poſt ingreſſum, ſed illud uerum
ut ex nunc, & ex nudo conſenſu ſaltem tacito, in quo nō
errabatur [& ibi, Proculus] ibi dicitur, quòd ſi ancilla
dedit pecuniam in dotem, illius pecuniæ cauſa non mu
tatur, licet fiat libera, & incipiat tenere matrimonium,
ſed intelligo uiro certiorato. ¶ In ult. gloſſ. ibi, poteſt]
contra illum, qui egreſſus eſt mandatum, competit a-
ctio mandati. ſibi uero non competit [& ibi. l. 2.] re uen
dita minus dimidia iuſti precij eligit emptor, an uelit
reſcindi contractum, an ei ſtari iuſtum precium ſup-
plendo [& ibi, circa princ.] uide ſupra de deſponſ. im-
pub. de illis, id eſt, ſuper ultim. gloſſ. [& ibi, interdum]
ſequitur locator non obligatur, conductor obligatur,
ut ſi emptor fundum conducit, donec ei precium ſol-
uat [& ibi, de ac. emp. Iulianus] alias incipit, inter eum.
§. ſi quis ſi à pupillo. penult. §. eſt, quod uide de cauo.
9 capit. uno. in fin. 4. gloſſ. ¶ In † gloſſa. ibi, imò] ſecun-
dum. 1. [& ibi, bonam fidem] hoc uerum, ſi bona fue-
b runt poſita in eccleſia, ſupra de clan. deſponſa.[b] capit.
vlt. [& ibi matrimonium, inter eos] concor. Ala. T. Vin
3 cen. Goffr. Phi. & moder. & licet Innocēn conaretur ad
contrarium, ſcilicet ſatis eps coniunctos. eo tempore,
quo

quo poterant esse coniuges, vt ammodo separari non
possint, sciuerint, vel ignorauerint mortem prioris?
tamen finaliter accedit huic dicto glo. [& ibi, nõ proce
dit]de hoc infra de coniug. seruo. cum sua remiss. [& ibi.
argum. cõtra], vide solutionem, supra in suffr. [& ibi, ve-
rum est]alle. Innocent. C. de adul. quamuis, &. l. si mu-
lier, & de minoribus. l. 3. §. scio[& in fi.] secundum Lau.
nec aliter posset ei commisceri sine peccato, cum ille
consensus fuerit nullus, vt satis est expressum, infra
cap. pen. Abb. in gloss. vlt. [& ibi de illis. 1.]vbi de hoc
in vlt. gloss.

ADDITIONES.

a ¶ Finita. ibi vide Bal. & in. l. qui fidem. ff. de transac. & in l. elegan
ter. ff. de dolo, per Bar.
b ¶ De clan. de spon. Vide, quod no. Io. An ibi in glo. canonicam.
& in c. transmissæ, qui fili. sint legiti. in gl. ergo bona fides.

SVMMARIVM.

1 Vxore prima viuente si quis contrahat cum secunda, quo casu nec mortua prima habebit secundam.
2 Iuramentum non præsumitur sponte præstitum & quando.
3 Sponsalia de præsenti etiam sine copula præiudicant matrimonio sequenti etiam consumato.
4 Nullum quod est matrimonium non potest impedimentum secundo præstare.
5 Epilogus, & suffragium glossarum. nu 6.
Ab initio quod non valet, tractu temporis non conualescit, exempla, sicut e conuerso, nu. 7. §. fin.
7 Additio glossarum.
Copula facit matrimonium præcedentibus sponsalibus contractis etiam per metum conditionalem.
Legitime factum non vitiatur per casum superuenientem. §. fin.

CAPVT II.

1 Significauit. Casus. Si viuente † prima legi-
tima vxore quis contrahat cum
secunda sciente, & eam cogno-
uit, etiam mortua prima secundam habere non poterit
secus, si prima legitima vxor non erat, & in parte decisa
ponitur consultatio. in secunda ibi; Mandamus, cõmis-
sio, quę fit per distinctionem & secundum membrũ ibi,
alioquin [In primam]nunc mortuam, vt patet in casu
[Consenserit]per verba de pręsenti, alias cõtra, de spõ.
duo. cap. 1. & cap. licet. Innoc. [Iuramentum]pręstitum
2 † Eboracen. archiepiscopo de non accedendo ad secun
dam, donec lis per iudicium ecclesiæ esset terminata
cum prima, vt patet in an. & in casu. & secũdum Host. ta
le iuramentum non pręsumitur sponte præstitum supra
3 de renun. super hoc[Cognouit)non expressum † sufficere
sponsalia de præsenti, etiam sine copula, vt non teneat
matrimonium in ea, cui fidem dedit, & cognouit (tali]
scilicet sponsa de præsenti viuente. Inn. & facit, quod di
cam infra cap. fi. (Reuertendi)separatus enim fuerat p
4 iudicem, vt dictum est supra (Liberam) quia † matrimo
nium, quod nullum erat, secundo non potuit impedimẽ
tum præstare, supra de spon. cum in apostolica, & facit
ad quæstionem domini. 28 (Alioquin)i. si primum ma-
trimonium tenuit. Gof. (In terminatione)sic supra de
iure pa. relatum, de sagi. cap. vno. Host. (Licentiam]sic
de despon. impub. quia prima mortua erat, vt est dictũ.
5 ¶ Gl. 1. † inchoat casum. ¶ Gl. 2. signat contrarium &
soluit. ¶ Gloss. 3. arguit; alle. 5. iura. ¶ Vltim. gloss. po-
nit Brocar. ad negatiuam, alle. 4. iura ad affirmatiuam
6 tria, & soluit. ¶ In † gl. vlt. ibi, §. an seruo)inutiliter pure
legatur seruo hæredis, etiam si viuo testatore de po
testate hæredis exierit; quod enim inutile erat, si sta-
tim testator decessisset, non conualescit, quia diutius vi
xit[& ibi. §. vl.]ibi sic dicitur, eius, qui apud hostes est,
testamentum, quod ibi fecit, non valet, quamuis redie-
rit[& ibi, vt pomum]vide de rescrip. auditis, super glo.
pe. [& ibi, nec enim]vide de adul. cap. fi. super. 1. gloss.
7 In † gl. 2. ibi locum]vt no. supra quod me. causa, Abbas,
vltra exordium glo. ¶ In gloss. quòd si, ibi, videtur] &
copula facit hoc matrimonium propter voluntatem,
quæ inest sponsalibus contractis etiam per metum con-
ditionalem, secundum Vincen. qui hæc not. de spon. ca.
vltim. [& in fi.]de hoc supra de pac. cap. 2. & plenius, in
fra de regu. iur. ratihabitionem, lib. 6. ¶ In glo. vlt. ibi.
c. vltim.]de hoc dic vt infra de regu. iur. non firmatur,
lib. 6. [& ibi, ar. contra]melius diceret, sicut econuerso,
quia ista iura probant, quòd legitime factum non vi-
tiatur per casum superuenientem, a quo non pote-
rat inchoari, de hoc infra de reg. iuris, factum. lib. 6.
& sic non sunt directe contra, imo potius pro per con-
uersum.

SVMMARIVM.

1 Matrimonium contrahere quis cum ea, quam vxore uiuente cognouit, non potest si machinata fuit in mortem vxoris, & quæ pœna, num. 2.
2 Fides mala arguitur secunda ex scientia primæ tempore fidei datæ.
3 Ab initio quod non valet, postea non conualescit.
6 Epilogus, & suffragium, & Additio glossarum.
Machinatio an sola sufficiat in casu huius decretalis.

CAPVT III.

1 Super hoc Casus. Non † potest quis cum il-
la contrahere, quam vxore viuen
te cognouit, si machinata fuit in
mortem vxoris, præmittit quæstionem, cui respondet
ibi. Taliter, & not. ꝙ hic papa aliter respondet, quã fue-
rit quæsitum (De facto)quia de iure nihil agit. Inn. (A-
dultera)per hoc patet, ꝙ fuerat cognita. Host. (Siue fi-
dem)nedum, si contraxit, vt præmisit, secundum Host.
2 & dic(fidem)s. de ea † ducenda post mortem legitimę
secundum Inno. & per hoc patet secundum Host. ꝙ po-
stea bonam fidem habere non potest, vt no. ĩ. e. ueniẽs
[Prohibetur]ita, ꝙ separari iubentur, & pęnitentiam a-
gere, & sine spe coniugij permanere, secundum ea quæ
3 no. inf. e. cum haberet. §. nosti. Ho. [Perpetuo]ar. ꝙ † ab
initio non valet, postea non conualescit. de hoc sup. c.
prox. quam gl. hic posuit Hosti. [Seruanda] ad id, quod
dicitur de Dauid, & Bersabee, respõde, vt habetur 31.
4 q. 1. §. sed obijcitur. ¶ Gl. 2. † exponit, & ponit op. quam
5 reprobat. secundo quærit, & soluit. ¶ In † gl. 2. ibi. l. 1.]
vide de spon. c. fi. super ult. gl. [& ibi, prospexit)uide de
6 ferijs. c. 2. super 1. gl. ¶ In † gl. 1. ibi cognouit)& hoc pa
tet in f. dum dicit, adultera. ¶ In gl. 2. ibi, quod ita scri-
ptum]hic negatur scriptum esse, ꝙ sola machinatio suf-
ficiat & c. si quis viuente, expresse loquitur de occiso, &
hic præsupponit uxorem mortuam [& ibi, in bello]uel
casu T. & Host. [& in fi.) T. & facit hæc gl. ad ea, quæ ibi
dixi. Dicebat autem hic Inn. ꝙ machinatio sufficit sine
copula, & sine fide data, & hanc intentionem habeat in
occidendo marito, & sic uidetur uelle Inn. ꝙ sufficiat in
tentio, & facit quod dicit gl. non eo proposito &c. et di
ctum Inn. placet etiam hoc Host. qui etiam remittit ad
summam e. tit. uersi. idem etiam intellexit Gof. et adde
quod dicam infra e. significasti. sed quidquid dicant hi
doctores, tene quod dixi in præc. decret. infra de con-
uer. infidelium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Vxorem secundam consciam qui duxit, viuente prima etiam ab eo separata quò ad torum, à secunda separabitur etiam prima mortua.*
2 *Adulteram an vir possit abijcere, eamq. cognoscere.*
3 *Monacalem an mulier inuito viro possit habitum suscipere.*
4 *Tori coniugalis separatione non soluitur matrimoniale vinculum.*
Adulterium committitur etiam separato toro.
Mulieribus quod liceat & quando ius ignorare.
Coniugum vno profitente non intelligitur alter profiteri. in fi.
8 *Epilog. 5. & additio glossarum. nu. 6.*
Deprehensio an sufficiat, & quando.
Notorium intra 8. dies probari debet; & sic de eo facienda fides.

CAPVT IIII.

a Ex litterarum Casus. Qui viuente † pri
ma etiam ab eo separa-
ta quo ad thorum, se-
cundam consciam duxit vxorem, etiam prima mortua
separabitur a secunda. & 1. ponitur consultatio. 2. respō
sio ibi, Fraternitati tuæ. [Assensu] diuortio scilicet cele-
2 brato quo ad thorum, alias autem non † posset abijce-
re, secundum omnes. imò, ex quo certus est de adulterio,
non debet illam cognoscere, nisi ipsa prima reconcilia
ta, & quantum ad hoc ipsam posset abijcere secundum
ea quæ no. de adul. intelleximus, & in sum. de adult. §.
quæ pœna, versic. sed nunquid hoc fieri potest, & se. [Ac
cepit] hæc non potuit, vir autem posset. Innoc. [Habi-
3 tum] an inuito † marito potuerunt hoc facere, not. infra
de diuor. ex litteris, in vlt. glo. [& ibi, & in ca. significa-
sti] super gl. 2. dicā, quod dixit hic Goffr. [Monacalem]
non dicitur hic, an hęc mulier fuerit professa, & facit ad
ea, quæ dicam in fi. [Suscepit] hoc non excusat, sed po-
tius accusat, infra cap. prox. [& infra] quæris, an cū mor
tua sit prima, cum illa valeat remanere, secundum Pet.
& Abb. [Illos. s. T.] & superinductam [Vir] idem de mu
4 liere [De adulterio] licet † enim lata fuerit sentētia quò
ad torum: vinculum tamē matrimoniale, ex quo semel
tenuit, & consumatum fuit, solui nō potuit, nisi per mor
tem. in auct. de nupt. §. si verò, coll. 4. in de diuor. quan-
to. §. nam & si. & ideò, quamuis fiat thori separatio, cō-
iuges tamen manent, quare adulterium committunt, si
aliam personam admittant. 32. q. 1. dixit, & c. seq. & q.
2. vnde, licet ista superinducta sciat sententiam latam
propter adulterium, non excusatur: quia licet mulieri-
bus liceat ius ignorare. ff. de prob. cum de indebito. §.
2. versi. tamen hoc expressum est in iure, & non aliàs. C.
de iur. & fac. igno. l. fi. nō tamen licet ignorare euange-
licam veritatem clamantem, quos deus coniunxit &c.
vt no. de spon. c. 1. non enim est probabilis ignorantia
a iuris naturalis. C. de in ius vo. [a] l. 2. Hostiē. [aliam] quia
prima mortua erat, vt est dictum contra, inf. c. prox. ibi
loquitur [Ducere] ergo vno coniugum profitente nō in-
telligitur alter profiteri. de hoc supra de con. cō. ex par
5 te. 1. & ibi dixi, quod notat hic Goff. ¶ Glo. 1. † Respon.
6 per quæstio. 2. per contrarium. ¶ In † glos. 1. ibi. §. vlt.]
vide de sent. exc. officij, super. 1. glo. ¶ in glo. 1. ibi. 2. &
3.] & supra de iud. cum non ab homine, ibi, depræhen-
sus legitimè, atque conuictus. & dixit Goffr. hoc verum,
nisi per deprehensionem res efficeretur notoria, & sic
b intelligitur 31. di. [b] presbyter. idem Phi. hæc nō placet
Host. dummodo mulier hoc neget: quia iudici facien-
da est fides, & quia notorium infra 8. dies probari de-
bet, vt patet de excep. pia. §. si quis. li. 6. die proposit. o-
nis non computato, de sen. exc. solet. e. li. nisi hæc confi-
geretur mulier tanquam furiosa, infra de diuor. ex litte-
ris, vel nisi publicè mœchus adhæreret mœchæ, infra c.
prox. & qui fi. sint leg. causam, quæ.

ADDITIONES.

a ¶ Ius vo. & vide bo. tex. in ista materia, & in l. si adulterium cum incestu. §. quare mulier. ff. de adul.
b ¶ 81. dist. Et idem videtur gl. prima sentire in c. cum non ab homine, pręalle.

SVMMARIVM.

1 *Vxore quę viuente legitima cum sua cōtraxit adultera, etiam prima mortua separabitur à secunda, nu. 3. & 8.*
2 *Diu, aduerbium decennium denotat.*
Longum tempus dicitur annorum decem.
Ob scandalum est grauis imponenda pœna.
3 *Cum, hic ponitur pro quia.*
Sacramentum pro iuramento.
4 *Huic decretali quæ alia non contradicant obiecta.*
Cap. si quis. viuente. hic citatum in quo casu loquitur.
Machinationi quæ hic comparentur, cir. fin.
5 *Tempus debet diminuere de pœna, & quando.*
Dispensationem tempus. & proles quādo inducant, quando nō. num. 7.
Peccati diuturnitas quid operetur.
Proles facit euidentius peccatum, in fin. & quos excuset, circa med.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 7.*
De alimentis à quibus, & quando sint facienda, vt à patre filijs, vel contra, vel à matre, vel ab alijs, & quibus. §. in glo. vlt. nu. 9.
8 *Additio glossarum, nu. 9.*
Eidem dare, quam de facto contrahere, quando plus sit, quando secus.
Fides sola data viuente prima quando non dirimat, & supra num. 3.
9 *Lactare filios quae dedeceat.*
Filiorum debita soluere pater non tenetur.

CAP. V.

1 Cum haberet. Casus. Qui † viuente v-
xore legitima cum sua
contraxit adultera, etiā
prima mortua separabitur à secunda, & primo ponitur
consultatio. in 2. responsio, ibi. Tale igitur &c. dicebat
Host. Io. M. adulterę adhæret, quam abiurauerat, & cū
ea de facto contraxit, Agatha legitima viuente, quam
reliquerat, qua mortua, de illa M. 10. filios procreauit,
& cum ea per decennium habitauit; respondetur consu
lēti, quod omnino ipsos diuidat, & vtrique perpetuam con
tinentiam indicat. papa responsum suum auctoritatib.
probat, dicens, quod multiplicitas prolis, & diuturnitas tē-
poris crimen exaggerat, non excusat: vterq; tamen iux
ta suas facultates communem prolem alat [Legitima]
secus si legitima non esset: quia tunc secundum matri-
monium nō separatur, supra c. 2. Host. [Super hoc] adul
terio. s. commisso cum M. [Abiurauit] sic supra qui cle.
vel vo. ca. 2. Host. [Adulteram] & illa ipsum, vt patet in
ver. & tamdiu, secūdum Host. [Omnino] & nedum quò
2 ad torum, sed etiam quò ad vinculum [Diu] s. per † decē
nium, vt sequitur, aliter sumitur, de fideius. c. fi. vbi dixi
de hoc, & ex hoc, & in fi. no. quòd longum tempus dici-
tur 10. annorum. C. de prescript. lon. temp. l. fi. & no. de
consue. cap. pe. Hostiē. [Præsumpsit] contempsit in hoc
ecclesiam, iuramentum, & populi scandalum, secūdum
Hostiēs. [Periurio] per hoc patet, quòd vterque abiura-
uerat, secundum Hostiē. [Scandalo] propter hoc solum
esset grauis pœnitētia imponenda, vt supra de despon.
impub. duo pueri, versicu. cum uerò [Cum] aduerbium
3 † vel coniunctio, & ponitur pro, quia. Abba. [Eadem]
pro.

proponitur in vi ablatiui absoluti. Abb. alias eidem
[Viuente] hoc dicit, quia si non cognouisset illa viuen-
te, sed tantum post mortem, non impediretur matrimo
nium, infra c. fi. [Quasi] hoc dicit, quia matrimonium
esse non poterat. Innoc. [Sacramentum] i. iuramentum.
Gos. [Connubium] s. quod inter mœcham contrahitur,
& sic bene inducuntur concor. Gre. sequentes Hostien.
4 [Gregorius † Papa] 27. q. 1. c. 2. sed ibi loquitur de spiri
tuali coniugio violato. alij inducunt 32. q. 7. Hi verò,
qui vxores. sed ibi loquitur de illo, qui deprehensa vxo-
re in adulterio contrahit cum alia. hæc de eo, qui con-
traxit cum illa, quam adulterio polluit. tamen ad ma-
tenam faciunt, ad idem 33. q. 1. requisisti. 27. q. 3. qui
desponsatam. & illud Lucij. ea. q. de coniugali. vel for-
san illud Gre. remansit extra corpus decretorum. si. no.
infra de co. spi. c. 1. infra de ma. & obe. c. 2. de transla.
c. 2. §. sed neque. Hostien. [Ac.] subaudi, si de morte no-
tetur. i. de machinatione mortis [Perpetuo &c.] in hoc
enim casu loquitur c. siquis viuente. verum, & si in alio
casu loquatur, potest tamen hæc trahi in argumentum.
q. d. tantum debet operari peccantis, siue peccati diu-
turnitas, periurium, & notoria ac præsumptuosa inobe-
dientia, & populi scandalum, quantum machinatio, &
sic hoc præceptum de coniugio denegando non est se-
cundum verba, sed secundum mentem, & interpretatio
nem. si. de transla. inter cor. §. sed neque. Hostien. [Nec
aliquod] quia crederent aliqui, quod quæ sequuntur,
istis prodesse deberēt: ideò hoc submittit [Susceperūt]
5 sed contra, quia tempus † debet de pœna diminuere.
ff. de pœnis, si diutino, non aggregare: quia nec contre
ctatione longioris temporis augmentatur. ff. de fur. ei
qui. quinimò & tempus, & proles suscepta dispensatio-
nem inducunt, de coniu. ser. licet, & in alijs iuribus, quę
alleg. gloss. Sol. quanto maiori tempore singularis est
in peccato, tanto grauius peccat: quia quanto diutius
inficitur anima, tanto amplius elongatur a Deo, & de-
bilitatur, & corrumpitur; & sic per consequens diffici-
lius releuatur, & sic intelligo, quod hic sequitur, & supra
de consuet. cap. vlt. cū si. per hoc autem apparet, quòd
ex eo parcendum est, & minor pœnitentia imponenda i
quia debilis in fine supportandus est, & leuiter trahen-
dus, infra de pœ. & re. Deus qui, & hoc innuit prædicta
lex, si diutino. ff. de pœnis: maximè tamen parcendum
est, quando non defendunt errorem, & multitudo est in
causa, supra de temp. ord. cap. 2. distinct. commessa-
tiones. sic & lapsus temporis, & prolis susceptio indu-
cunt dispensationem, vbi coniuges in iure positiuo, vel
in facto probabili errantes bona fide simul diu stete-
runt, & sic loquuntur iura alleg. in gloss. Porrò præsum-
ptuosos ex certa sciētia delinquentes non excusat, sed
accusat, vt hic, vnde sequitur. Ita susceptæ. q. d. tā præ-
sumptuosè, tam scienter contra Deum, & iura, & iudi-
cem, & vicinos. Secus ergo, vt innuit a contrario, si ali-
qua probabilis ignorantia posset excusare, vel attenua-
re delictum, secundum Hostiē. [Exaggeret] quia pecca-
tum euidentius probatur, cuius proles est testis. 28. di-
6 stinct. priusquam; Hostien. ¶ Gloss. 1. † signat contra-
rium, & soluit. ¶ Gloss. 3. obijcit, & dupliciter soluit.
¶ Vltim. gloss. ponit regulam, quòd secundum facul-
tates &c. & dat simile. secundo notat de alimentis filio
rum, & parentum, ponens quatuor casus, quibus pater
non tenetur alere filium. vnde de vltim. signat contra-
7 rium ad textum, & soluit. ¶ In † gloss. quandoque, ibi,
alias diuus] contraxerat ibi; quædam per iuris ignoran
tiam cum auunculo, & longo tempore cum illo manse
rāt, & filios habuerant, imperatòr ibi dispensat circa
statum liberorum. ¶ In gloss. penult. ibi. leg. vna] vi-
de de conuer. infide. cap. 2. in gloss. antepen. ¶ In gloss.
vlt. ibi si quis a liberis. 1. respon.] competens iudex co-
git patrem alere filium pro modo facultatum, & §. se-
quens sic dicit, siquis ex his alere detrectet, pro modo
facultatum alimenta constituentur. & idem duæ se-
quentes [& ibi. non tantum] ibi, dicitur, quòd pater nō
solum alimenta, sed etiam cætera liberorum onera per
iudicem subire cogitur [& ibi. §. vtrum] & l. pen. mater,
& auus maternus alit filium, si pater non superest, aut
egens est [& ibi, auct. quemadmodum] non habeo istā
auct. sed in rubric. in titu. præced. diuor. facto. &c. est
auct. si pater, quæ dicit, quòd patre non idoneo mater
locuples filios alit. & idem sequens. §. istud. vnde sum-
pta fuit [& ibi. §. vlt.] spurijs nulla participatur clemen-
tia, nec naturales vocari merentur, nec succedunt. &
idem se. auct. ex complexu [& ibi, licet patri, in fi.] nati
8 ex damnato coitu non pascuntur. ¶ In † gl. sic infra ibi,
dare] ad hoc de spon. du. cap. 1. [& in fi.] tamen alio re-
spectu plus est fidem dare, quam de facto contrahere,
quia in primo casu non potest prætendi ignorantia, in
secundo sic, infra eo. veniens. Host. vel plus est hic pro-
cessum, quia plus est, idest maius impedimentum est
cōtrahere, & cognoscere, quam solum fidem dare, quia
in casu etiam hoc posset ignorantia allegari, & tene-
ret matrimonium, si aliud non interuenisset, puta quia
non facta mentione, quod vxorem habeat, fidem sim-
pliciter dat. ergo aliquid est fidem dare, quòd post
mortem primæ ducetur in vxorem, & hic non po-
test ignorantia allegari. aliud, vbi potest habere bo-
nam fidem, puta fide data simpliciter, & ideò dicit,
quam si fides duntaxat. q. d. sola, non expresso, quòd
aliam vxorem habeat, sed simpliciter, supra de spon.
ca. 2. nec interueniente carnis copula, quia tunc dirimi-
tur matrimonium, infra. c. fi. Host. ¶ In gl. iuramentū
ibi nō sufficit] quare illud intelligatur de illicito coitu.
& facit quod no. 11. quæst. 3. quod prædecessor. 31.
quæst. 1. illud. 35. quæstio. 9. quod quis [& in fi.] istud
maxime, bene subaudiretur, si gloss. esset, super ver. sa-
cramentum suum &c. ¶ In gloss. quandoque in fi.] & in-
fra. de consan. & af. quia circa, dic vt dixi in textu super
9 versic. susceperunt. ¶ In gloss. vlt. ibi, alimenta] de ali-
mentis parentum, filiorum, patronorum, libertorum,
tutorum, pupillorum, coniugum, & plurium talium vi-
de satis in Spec. qui fi. sint legi. vbi multæ quæstiones
de his formantur [& ibi apud matrem] hoc intelligit
Ala. si non dedeceat matrem eum lactare. Idem Phi.
pone, quia magna Principissa, vel forte post diuortium
est professa [& ibi, filios] debita tamen eorum non te-
nentur soluere, vt in l. siquis. §. parens. Inn. Hostien. [&
ibi, ius naturale] vbi idem no. [& ibi, inter cæteras) &
supra de iureiuran. cum quidam. 2. responso (& ibi, per
venerabilem) & 15. quæst. vltim. cum multæ (& ibi in-
telliguntur) secundum Tan. (et in fi. no. Hostien. de con
a uer. infide. cap. 2. lib. 6.[a] casus, in quibus pater non teneo
tur alere filium, quorum quattuor colligas ex hac gloss.
scilicet si est minor triennio, & mater superest. si est in-
ops, & mater abundat. si patrem accusauit. si est spu-
rius. alij duo, cum contra patrem ingratitudinis cau-
sam committit. C. de alen. li. si patrem. 1. respon. de epi.
& cleri. auren. si captiui. & causæ illæ no. de iureiuran
quintaualis. Item si filius habet artem, vel aliter, vnde
viuat. ff. de liber. agno. si quis a liberis. §. sed si filius. &
§. alimenta.

ADDITIO.

a ¶ Li. 6. per istum text. dat Bar. consilium, quomodo possit spurio
relinqui, scilicet vt illi relinquantur aliqua pro alimentis, alios e-
tiam modos explicat, de quo vide per ipsum in l. fi. gener. C. de
his qui. vt indi.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium si quis mortua vxore contrahat cum ea, quam*
viuente vxore sine fidei datione cognouerat, tenet.

2 Machi-

2 *Machinatio alterius mariti scilicet, vel meretricis, & contra quem sufficit, vt matrimonium cum meretrice non toleretur.*
Animus hic non consideratur, sed ætas, cir. fi.
Ioannes de Deo scripsit quæstiones.
3 *Excommunicatus potest contrahere matrimonium etiam spirituale, & ordinis recipit characterem.*
In absolutione tantum iustè excommunicati forma ecclesiæ seruanda, ad ver. form. ecc.
4 *Epilogus, & suppletio glossarum. nu. 5.*
Brachium seculare quo casu hic inuocabitur, in fi.

C A P V T VI.

1 Significasti. C. Si quis † mortua vxore contrahat cum ea, quam viuente
vxore sine fidei datione cognouerat, tenet matrimonium, dummodo in mortem defunctæ neuter fuerit machinatus. Communis diuisio.
2. ibi; Nos igitur [Vxor] legitima, qua viuēte adhæserat
meretrici [Inquisitioni] qua scilicet quæsiuisti, vtrum in
tali casu sit pro matrimonio, aliàs cōtra matrimonium
iudicādum [Alter eorum] s. maritus, vel meretrix. patet
2 † ergo, q si istorum alter machinatus fuit, matrimoniū
nō tolerabitur, immò contra ipsum iudicabitur, vt hic,
& supra eo. super hoc, & infra ea. prox. Host. vnde dicebat Inn. quod si vir in mortem suæ vxoris machinetur,
adulteram, propter quam ducēdam machinatus est, ducere nō poterit, arg. 31. q. 1. si quis. multo fortius, si machinatus est in mortem mariti cōcubinę, quasi apertius
ibi pateat causa machinationis, supra eod. super hoc, &
vide quod ibi dixi secundum eum [Ea] legitima. s. [Fidem] etiam sine iuramento. 22. q. 5. iuramenti, secundū
Vin. Idem Guil. in Spe. eo. tit. versic. quid si nec [Dederit] quia canon hoc casu nō pōderat animum, sed actū,
supra c. prox. & infra c. vlt. dixit Io. de deo lib. 4. q. 8. q
licet vir dicat se non habuisse animum ducēdi illam, cū
sibi fidem dedit; nihilominus separabitur matrimoniū
3 [Excommunicato] ergo † excōmunicatus cōtrahere potest matrimonium, arg. cōtra. 95. d. illud, vbi de hoc, in
Spe. de spō. §. 1. versic. sed nunquid. & tenet spirituale,
quod cōtraxit profitendo. infra de sent. excom. cum illorum. recipit etiam ordinis characterem, vt ibi [Formam ecclesiæ] quam habes de sentē. excom. a nobis. 2.
Gof. & no. ex hoc Innoc. quòd in absolutione etiam iniustè excommunicati seruanda sit forma, quod hic non
colligitur, vt dixit Host. cum iste iustè fuerit excommunicatus, & cōtrarium est verum, vt infra de sent. exc. sacro. §. pen. quando tamen excommunicatio tenet, seruā
4 da est forma, de sen. ex. cum desideres. ¶ Vlt. † gl. obijcit, contra ob. opponit, & solut, ponit opin. quam obie-
5 ctioni concordat. ¶ In † gl. vlt. ibi. alij dicunt] T. & Vin.
Phi. Gof. [& ibi, satis innuit] facit. 11. qu. 3. plerumque,
& c. cum aliquis, vide quod scripsi de sen. exc. cum op.
c. 1, lib. 6. [& in fi.] 2. gl. [& in fi.] si expediat, inuocetur
brachium seculare, infra de maled. c. 2. §. per temporalem, secundum Host.

S V M M A R I V M.

1 *Vxorem si quis ducat secundam nesciam prima, mortua prima remanet cum secunda: excipitur nu. 4. an pendente lite cum prima exiget debitum nu. 4. & 5. tamen nouo consensu opus est, aliter non est matrimonium, & quando dicantur denuo consentire, nu. 7. 8.*
Fides bona arguitur ex distantia loci.
2 *Mala quando, & 3. 4. 6.*
Scientia ex quibus præsumatur nu. 3. 6. qui eam allegat, probare debet, nu. 3.
Cum aduena, vel alienigena contrahere volens matrimonium, quid agere ante debeat, & sui episcopi literas habere debet.
3 *Fori contentiosi, & animæ impar iudicium, numero quarto, & quinto.*
Certificatus ex quibus quis dicatur, nu. 2.
4 *Credere quis non tenetur, nisi probetur.*
5 *Debitum coniugale pēdente lite super inualiditate secūdi matrimonii, vter eorum, & quo casu possit exigere, & alter etiā excommunicatus non reddere, nu. 6.*
Conscientiam quis sanam habere debet, licet quod nō probetur, vt sit tutus, & supra nu. 4. & infra nu. 6.
Matrimony contracti coram ecclesia, & clandestini diuersus effectus.
6 *Tutius quod est respectu animæ seruandum.*
7 *Suum quid dicitur ratione originis, non dominij.*
Ex præteritis iudicium fit de sequentibus.
Copulæ carnalis effectus, & nu. 8.
Consentire, vel contra in matrimonialibus, vbi nouus interuenire debet consensus, quando dicantur, nu. 8.
Ob deceptionem ecclesiæ agenda pœnitentia.
8 *Machinatio viri, vel mulieris sufficit.*
9 *Epilogus, & additio glossarum, nn. 10.*

C A P V T VII.

1 Veniens. C. Si quis † viuente prima secundā huius rei nesciam ducat vxorem,
mortua prima remaneat cum secūda, ponit casum, quem decidēdum cōmittit; ibi. Licet
autem [Lemonicensi] ex distantia illius loci ad illum,
ad quem transit, satis pōt conijci, q mulier habere potuit bonam fidem, ar. de spons. cum apostolica, de præsump. quosdam, & c. se. Host. [Ab ea] s. ciuitate, vel vxore legitima [Insciam] omnino, supra de rescrip. cum cō-
2 tingat. secus enim, si aliquo † modo audiuisset vel per
famam, vel per vnum testem, vt patet de spō. præterea.
2. inf. de cōsang. super eo, tunc enim mittere debuit ad
eum, sub quo militauerat, de spon. in præsentia. i. episcopum suum sine cuius litteris, & licentia contrahere
non deberet, nec sine suis litteris trāsire, vt no. de desp.
imp. c. 2. vtinam fecisset papa constitutionem, qua matrimonium aliter contractum, nō valeret, sed quamdiu
contrarium seruatur, non possum contra matrimonia
3 legitimè contracta sententiam dare, sed † qui scientiam
allegat, ipsam probet. ff. de probat. verius. quid si bona
fide contraxerit, & venit legitima petēns virum, & secunda illum defendit; quicquid sit de iudicio animæ.
quo ad forum cōtentiosum ipsam excuso, quamdiu iste
articulus esse potest dubitabilis. sup. vt li. pe. laudabilē,
de fri. fraternitatis, ver. nā si. hoc est quousq; sententia
lata sit, vel fuerit plene certificata, vel per litteras ordinarij, vel per probationem plenè factam. ad hoc de re-
4 scr. cum contingat, de eo. cle. vestra, sed † caueat ex quo
conscientiam habebit, non permittat se aliquo modo
cognosci, alioquin perpetuò non poterit esse vxor, sup.
e. super hoc. quid si ipse maritus ei reuelat, & in iudicio
confitetur, q illa est vxor legitima, quæ superuenit? Dicere poterit secunda se non credere, vt patet de eo, qui
cog. cō. super eo. quid si maritus hæc confitetur sacerdoti in pœnitentia, & facit venire secundam, & super hoc
per sacerdotem moneri. ipsa respondet. ah peccator, nō
diuiduntur hæc matrimonia, coram episcopo proba intentionem tuam; ad hæc puto ipsam excusatam quo ad
ecclesiam militātem. Nā & omnia hæc possent in frau-
5 dem procurari. & si † monita per sacerdotem non vult
abstinere, quo minus exigat debitum, pēdēte super hoc
lite hoc facere poterit, dummodo habeat sanā cōsciam,
vt lit. pen. laudabilem. Maritus tamē, si veritatem dicit
nō reddat, sed potius excōicem sustineat, de sent. ex. inquisitioni, ex quo. n. coram ecclesia acquisitum est ius,
vel approbatio facta, supra de clan. desp. capit. 2. requi-

ritur

a ritur, quòd certificetur, antequàm iudicetur adultera,
de secundis nup.dominus. Si autem clandestinè con-
traxerit, nec est postea matrimonium per ecclesiam ap
probatum, quam cito audit inde aliquid, debet a car-
nalibus amplexibus abstinere, argumen. infrà qui fil.
sint legit.perlatum, & supra de clan. despon.cum inhi-
bitio. §.si qui verò.& secundum hoc intellige, quod de
hoc not. in sum.eod.tit.de hoc etiam supra, vt lite pen,
6 laudabilem,quid † si recipit fidem a marito, quod post
mortem legitimæ in vxorem ducatur; de cætero igno-
rantiam prætendere non poterit? Nam & per hoc pa-
tet, quod credit virum aliam mulierem habere, & sic
fiet interpretatio contra ipsam, vt not.supra eod. cum
haberet. In omni tamen casu consulerem sibi, quod
ab exactione debiti abstineret, ex quo exinde aliquid
probabiliter audit, quia qđ tutius & certius est, respe-
ctu animæ semper seruandum est, de spon.iuuenis, &
infra de homici.ad audientiam. Hostien. (Eidem) vi-
ro (Propter hoc) vt vxorem recuperaret, prout sibi in-
7 iunctum fuerat [Suam] non † ratione dominij, sed ori-
ginis [Tanquam legitimæ] ex quo in eam tanquam in
vxorem præsumitur consensisse: quia cum eam reliquis-
set, vt peccatum vitaret, non est verisimile, quod ad eā
rediret, vt ipsam cognoscendo peccaret, secundum In-
a noc.[a] dicebat Hostien.quòd, ex quo mulier certificata,
de facto consensit in copulam, statim est matrimoniū,
quod innuitur ibi, quia tamen &c. Si verò secunda non
fuisset certificata, non esset matrimoniū, quod vtriuf-
que consensum requirit.29. quæstio.1. §.1.de spon.du-
dum.capit.1.& 3. Si ergo mulier de veritate certificata
abstineat a carnali copula, & ab alio consensu expres-
so, vel tacito; potest ad separationem intendere inui-
to viro, supra cap.1.in ti.Secus, si consensit in copulam,
vt est dictum, secundum Hostien.[Et infra] ordinarius
super tali matrimonio dubitauit, vnde misit virum ad
sedem apostolicam pro habendo cōsilio (Nequiuerit)
sic & primus consensus fuit omnino in illis [Solutus] de
8 se.nup.capit.pen.& vlt. [Consentire] etiam ipso † facto
per copulam, vt est dictum. Non enim est necesse, quòd
eam de nouo desponset, vt quidam dicunt, aget tamen
vir pœnitentiam: quia decepit ecclesiam, de sponsa.
cum apostolica, secundum Host. [Machinatus] vel se-
cunda machinata.supra eo.super hoc [Adhæreat.] Not.
quia dicit, quòd de nouo cōsentiat per verba expressa.
sufficit ergo tacitus consensus, vt dixi secundum Host.
[Concedatis] & etiam compellatis. Inno.vel.i.conces-
sam ostendatis: vel ideo dixit, quia prius debet vir pe-
9 nitere, vt prædixi, secundum Host. ¶ In † gl.2.ib, obser-
uare] l.4. est. vide hanc, & seq.l.1.§.1.supra de foro cō-
pet.ex tenore, super vlt.gloss. ¶ In gl.vlt.ibi.l.pen.] vi-
de vt lite non contest.quoniam super glos.per famam.
10 ¶ In † gl.2. in fine] secundum Ioan. ¶ in gl.vlt.in fine]
32.q.5.proposito, Goff.

ADDITIO.

a ¶ Inuoc.Facit, ff.pro so.l.meritò, cum iuribus ibi alleg. & quod
no.de spon.is qui.

SUMMARIUM.

1 *Fide bona ex scientia quis non est.*
*Fides sola sine adulterio an dirimat matrimonium, numero
6.& 10.*
2 *Machinatio cum effectu an sufficiat absque adulterio ad distra
hendum matrimonium, num.5.*
3 *Vxore mortua legitima, quid si cognouit eam, cui legitima vi-
uente fidem dedit, num.10.*
*Quid si ante contraxit cum secunda, & demum cognoscit il-
lam.*
*Quid si primam non cognouerat tempore contractus cum se-
cunda, nunquid mortua prima, vel religionem intrante, re-
manere poterit cum secunda. num.5.*
4 *Conatus copula an in casu huius decretalis, vel alias sufficiat.*
6 *Ad matrimonium dirimendum quot requirantur in casu hu-
ius constitutio.*
7 *Matrimonij impedimentum ex hac decretali perpetuum est,
quando tolerandum, nu.8.& 13.*
Confessioni coniugum non creditur in iudiciali foro.
Et quæ requirantur. num.6.8.& 13.
Eius diremptio a quo peti possit, ibid.num.9.
8 *Filij ex coniugio, quod non valet ob impedimentum huius de-
cretalis quando succedant, & qualiter a parentibus proui-
dendum eis.*
11 *Epilogus suffragium, & suppletio glossarum. n.12.& 13.*
Adimpleri alterum, quando duo requiruntur, non est satis.

C A P. VIII.

Si quis vxore Se summat, & quasi totum
titulum.& sunt duæ partes.
1 1.ibi, Cæterum [Fide † da-
ta] quòd post mortem primæ cum illa cōtraheret, post-
quam receptam bonam fidem habere non potest, vt di
xi supra capit. proxim. Idem est; & fides simpliciter
data fuerit. quod dic, vt not.supra eod. cum haberet,
ver.nostri [Ductum] dixit hoc Phil.& Goff.quod repro
batur hæc opinio. Hostien. qui dixit solam fidei datio-
nem sine adulterio impedire matrimonium: quia de
re non vacante facta fuerat promissio, de concess.præ-
ben.cap.1.& 2.& idem dicebat de contractu,& de ma
2 chinatione. Quid † autem in machinatione dixerit hic
Goff.dixi de conuer. infi.capit.1. Dixit enim, ꝙ etiam
machinatio cum effectu non sufficit sine adulterio. &
quia iura de hac materia loquētia satis hoc exprimūt,
papa hoc exprimere non curauit. Hostien. vero con-
trarium arguit, argumen.ff.de indic.cum prætor, & su-
pra de præsumptio.nonne. Nam papa sciens hanc opi-
nio. reprobando eam in duobus, videtur in tertio ap-
probasse; alias hoc de machinatione facilè iungere
poterat: quia nec magnum pergameni spatium occu-
paret, argumen. supra de transla.inter cor.ver. sed ne-
que.de hoc supra eo.super hoc. Cum enim interfector
coniugis sine machinatione generaliter prohibeatur
contrahere.23. quæst.2.interfectores, de diuor. cap.1.
bene est, vt hac intentione interficiens cum illa non re-
maneat, quam tam nequiter concupiuit, argumen.de
translat.quanto.& dicit hoc expressum, de conuer.infi-
del.cap.1.sed dic vt ibi dixi [Ipsa] secunda (Si nec an-
te] fidem datam, vel matrimonium de facto contra-
3 ctum [Superstite] quid si † mortua legitima cognouit
eam nouiter alteri coniugatam: vel quid si mortua pri-
ma contraxit cum secunda, & demum cognoscit illam,
cui fidē dederat viuente prima? satis videretur idem,
argumen. de pœnit. distinct.3. adhuc instant. 8.quæst.
1.in scripturis. ff.de libe.& post.placet, cum l.seq.ff.si
cer.pet. l.singularia. & vide secundum articulum pri-
mæ partis quæstionis, quam disputaui de filio legitima
to super regula, sine culpa, de reg.iur.li.6. [Cognouit]
4 etiam † si conatus fuisset cognoscere. supra de spon. ca-
pit. vltimo, secundum Vincen. Idem Guil.in Spec.eod.
tit.ad fi.qui Vinc.etiam hic dicit, quod dato, quod ma
ritus cohabitet alij, etiam nudus cum nuda, non ta-
men coiuit, non potest fieri diuortium; alleg. in con-
trarium 32.quæstio.1.dixit. Hostien. tamen in contra-
rium eius quod dictum est, solum conatum non suffi-
cere, allegat iura alleg.in glos.in ver.an contra, respon
dens ad decre.vlt.de spon. ꝙ hic delinquebat; ibi non

ad cap. extraordinaria, respondet, quòd ibi non fiebat
tentatio maritali affectu: sed hæc solut. non video quid
iuuet. vnde dic melius, quòd ibi fiebat extra naturalia,
nec obst. secundum eum lex, quod quisque iuris: quia
loquitur in sententijs, & statutis, in quibus verba cum
effectu sunt accipienda, infra de verb. signific. in his. er-
go aliud in delictis, vbi punitur affectus sine affectu.
Dicit tamen, quòd hoc terminare non audet; quia & in
delictis plerunque non obest conatus, sed requiritur
affectus cum opere, de bigamis, nuper, & capit. fin. &
patet in his, quæ not. supra eo. super hoc [Eandem] nec
5 machinatio † ab alterutro intercessit. Quid si primam
non cognouerat, quando contraxit cum secunda,
quam cognouit, nunquid mortua prima, vel reli-
gionem intrante, remanere poterit cum secunda? di-
cunt quidam quòd sic, argumen. supra de biga. debi-
tum. 33. distinct. Valentino, ex nouo consensu, supra ca-
pit. proxim. Innoc. contra, & bene, vt hic patet, & supra
eo. significasti, & cap. cum haberet, & infra de eo, qui
cog. con. discretionem. Hostien. idem & Guil. in Specu.
eo. tit. in fi. & est casus, supra cap. 2. licet quidam dicant
contrarium & malè, dicentes, quòd sicut ad efficaciam
huius impedimenti requiritur fides, vel matrimonium
cum copula, sic requiritur, quod copula interuenerit cum
prima [Cum ea] cui fidem dederat: alias cum qua de fa
cto contraxerat [Si prius] quàm fidem daret, vel de fa-
6 cto contraheret, & per hoc † patet duo esse necessa-
ria coniunctim ad matrimonium dirimendum, fides,
& copula, matrimonium de facto contractum, & co-
pula. Sola ergo copula non dirimit, nec sola fides,
vel matrimonium de facto, vt hoc, supra eod. signifi-
a calli, [a] secundum omnes. Hostien. dicit adhuc requiri
tertium, scilicet quòd inter primo coniunctos non sub-
sit canonicum impedimentum: alias contra, de spon.
cum in apostolica. & quartum, scilicet mala fides: alias
contra, supra cap. proxim. & cap. 1. secundum Hostien.
qui etiam remittit ad ea, quæ no. in sum. eo. tit. Istud au
7 tem impedimentum † est perpetuum. Vnde, etiam si
recederent expressè ab antiquo consensu, & denouo
consentirent, non esset matrimonium, supra eod. super
hoc. in foro tamen iudiciali non crederetur coniugi-
bus etiam ambobus, si dicerent inter eos adulterium,
& fidem præcessisse, de eo, qui eo. con. super eo. in fo-
ro tamen poenitentiali crederetur, & si aliter non pro-
barent, & tunc, quantumcunque ecclesia hoc præci-
piat, non debent commisceri, de senten. excommun. in-
8 quisitioni. De filijs † autem ex secundo tali coniugio
genitis, dicebat Pet. quòd ex quo impedimentum oc-
cultum erat, & probari non potest, succedent cum legi-
timis. poterunt tamen secundum eum parentes proui-
dere ponendo illos in aliquo monasterio mendicanti;
quia alias succederent parentibus, C. de episcop. & cle
ric. omnes. & si hoc facere non possunt, instituant eos
in modica quantitate, & illi non poterunt agere nisi
ad supplementum, C. de inoffic. testam. omnino, secun-
dum Pet. de Samp. & vide quod dicam in simili quæ-
stione, de poeniten. officij [Tolerari non debet] tertio
prouocante, & petente diuortium, secundum Rost. be-
ne, qui dicit in libel. suo tit. de spon. & matrimon. ver.
9 quintum impedimentum, quòd † alter contrahentium
hoc casu non audiretur contra reliquum prouocando
ad diuortium, cum sint in pari delicto. & sic nil Iudæus
Iudæo & cæt. C. de inoffic. testam. l. in arena, ff. ne quid
in loco pub. l. 2. §. si quis in loco. dicit tamen, quòd qui
libet de populo poterit libellum offerre, in quo narran-
do factum petet diuortium. tu dic etiam alterum pro-
pter periculum animæ prouocantem audiri, de re iudi-
cator, vbi de hoc, in gloss. 1. & capitulo consanguinei,
& de præsumptio. tertio, vbi de hoc, in glossa secunda
10 [Dum vixit] si igitur † illa mortua cognoscat illam, cui
prius fidem dederat, per id nō dirimetur matrimonium
inter eos per hanc literam; quod intelligas saluo eo,
quod dixi, super ver. superstite [Vxor] etiam incognita,
vt supra dixi [Illam] cui fidem dederat, vel cum qua de
11 facto contraxerat. ¶ Glossa prima † arguit non noce-
re &c. allega. tria iura, & 6. in contrarium. finis respon-
12 det per quæstionem, ¶ In † gloss. 1. ibi, l. 1. in fine] vi-
13 de in præ. cap. fi. de spon. super vltima glossa. ¶ In † gl.
1. ibi, & ita est, argumen.] dicit Hostien. quòd istud, ar-
gum. non colligitur hic. nam ad inducendum hoc im-
pedimentum requiruntur duo, scilicet fidei datio, aut
contractus de præsenti, quorum vtrunque est hic per-
fectum, aliud, scilicet carnis copula, quod forte non
est attentatum. vnde nota, quòd quando duo requi-
runtur, alterum quorum per se non sufficit, no est sa-
tis alterum adimpleri, de hoc supra de rescript. ex par-
te 1. ¶ In ea. gloss. ibi, iuuenis] de hoc supra de eo, qui
in poss. cap. 1.

ADDITIO.

a ¶ Significasti. Ibi est casus de hoc, & ibi vide Io. And. & glo. ad
expressum. & vide Ioan. And. in Spec. infra alleg.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Lepra dirimit sponsalia, non matrimonium.
De leprosis vbi tractetur, quod huic titulo conueniat, vel alia de causa.

De coniugio leprosorum.
Rubrica.

1 ¶ Viso † de quibusdam impedimentis matrimonio-
rum, de impedimento morbi lepræ submittit, quod li-
cet dirimat sponsalia, tamen matrimonium non disso-
luit, vt infra per totum, secundum Goff. & Host. ad hoc;
facit 32. quæstio. 5. si vxorem. 33. quæstio. 2. hoc ipsum,
conuenit titulo, de iureiuran. quemadmodum, versic.
quod si quam plura iura de leprosis loquuntur, sed non
faciunt ad titulum, sicut de cor. vicia. ex parte, de cle-
ric. ægrot. capit. 2. & 3. de conuer. coniug. ex parte. de
eccl. ædifi. facit, infra qui fil. sint legi. per venerabilem,
ad finem, de quattuor generibus lepræ, vide in text.
& gloss. de poeniten. distinct. 1. §. ex his, versic. Moysi,
quoque.

SVMMARIVM.

1 *Leprosus matrimonium contrahere potest. ab hominum communione separatur, nu. 2. an talem teneatur sequi virũ vxor, num. 7.*
Lepra non dirimit matrimonium, imò sanus ei infecto debitũ reddere tenetur, præterquàm in casu, nu. 3. & 6. & 7.
Soluit sponsalia tamen de futuro.
3 *Caro vna, vt intelligantur esse vir & vxor, & quando sint, num. 3.*
4 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 5.*
Diutius aduerbium, quantum temporis comprehendat, n. 6.
7 *Suppletio, vel adductio glossarum.*

CAPVT I.

Peruenit. Tota rubrica in summa hoc inten-
1 dit. Leprosus † matrimonium con-
trahere potest, & lepra superueniēs
nō dirimit matrimoniū. imò sanus infirmo tenetur red
dere debitum, nisi ad cōtinentiam possint induci. Sol-
uit tamen sponsalia de futuro. & diuiditur hæc decret.
in

in duas partes. prima narrat caſum. ſecundo diffiniendum committit.ibi, Quoniam igitur.circa hanc decre.
dicebat Hoſtien. de conſuetudine leproſus extra communem habitationem hominum ponitur, nec ipſum
vxor ſequitur ad ſequendum monetur: ſi non poteſt induci, & vterque vult continentiam promittere, recipitur. ſi continentiam promiſſam alteruter violat, excommunicatur [Generali] ideſt generaliſſima. nam
2 vbique † terrarum ſic ſeruatur, & ſeruari debet propter
timorem infectionis, argumen.de ſta.mona.ea, quæ,
§.1.de quo dic, vt no.ſupra de conſu. cum dilectus, §.2.
ad fi. Hoſtien. [Vna caro] ideſt ad vnam carnem pro-
3 creandam coniuncti [Sint] poſt carnis † copulam, ſupra de conuer.coniuga.ad apoſtolicam. vel ibi eſſe debent, ex quo de præſenti contraxerunt, quicquid eis acciderit poſt contractum, vt ſequitur, & infra capit.proxim. ſecundum Hoſtien. [Ad hoc] ſcilicet vt debitum reddat.Hoſtien. [Eis] volentibus, & conſentientibus. Hoſtienſ. [Seruent] ideſt ſe ſeruaturos voueant. aliter non debet ſuſtineri, quod viuant ſeparati, ſecundum Ala. vel dic, quod eſt comparatiua permiſſio, ſiue diſpenſatio. Vincen. [Mandatum] ab eis ſpõte receptum de ſeruanda continentia. Hoſtienſ. [Contempſerint] & adulterium commiſerint. Hoſtien. [Excommunicationis] ſeruandæ, quouſque præſentiam agent, ſupra de
4 ſpon.ad audientiam, in fine. Hoſtien. ¶ Gloſſ.4. † reſpõ
det per quæſtionem. ¶ Vltima gloſſ. ſucceſſiuè de duo-
5 bus quærit, & ſoluit. ¶ In gloſſ.4.ibi, l.1.§.ait prætor]
vide in præ. decret. de cauſis, ſuper gloſſ.fin. [& ibi, cum domini horeorum] ſi dominus per biennium non apparuit, & non ſoluit conductor horrei, vel inſulæ, licitè petit dominus illa aperiri, & per publicas perſonas illa, quæ ſunt intus, deſcribi [& ibi, quod dicitur] alias, quod dictum poſt multum temporis, ideſt poſt quinquennium ſeparatio bonorum peti non poteſt. ¶ In gl. penult.ibi, quod niſi, in fine] incipit, §.ſi ex prouincia.
6 vide de ſpon.de illis, ſuper 1.gloſſ. ¶ In † gloſſ. 1.ibi, veteris teſtamenti] Nume.duodecimo. ¶ In gloſſ.hic nõ, in fine] quandoque, vſque ad decennium, ſupra titu.1. cum haberet.adde, quod dixi de fideiuſ.capitulo fina. dixit Hoſtienſ. hoc Diutius, intelligendum, quouſque querela ad iudicem perueniat, vel ſibi notoriè liqueat, quod viuant incontinenter. Nam ſi ſimul viuentes continenter viuunt, nec vnus alium impedit, eccleſia ſuſtinebit. trigeſimatertia quæſtione quinta. quod Deo.idem, ſi ſeparatim viuant, vt ſequitur. ſed adulterio patente, ex officio præfiget diem, quo ſimul maneãt,
7 ſupra de off.ord.c.1.ſecundum Hoſt. ¶ In gl.no. quòd,
a in fine] ſecundum Ala. [a] ſi ergo transfert domicilium, ſemper ſequatur eum, de parochia.capit.fin. ſecundum Hoſt. ¶ In gl.nunquid, ibi, non fraudetur] propter viri diſtantiam. Ala. [& ibi, ſui iuris] vt plus cõtineat. R. [& ibi, compelletur] argumen.contra, prima, quæſtione 1. ventum, vbi de hoc, & plenius, trigeſimaſecunda quæſtione quinta, ſi vxorem quis. Mel.dicebat, ꝙ licet ſanus teneatur reddere, non debet compelli, arg.canonis, & l.alleg. in fin. præ. gloſ.& vide quod dicam infra cap. proxi.in fine.

ADDITIO.

a ¶ Secundum Ala. Vide Bar.in l.Moenia, § fin.ff.de annu. leg.& Cyn.Sal.& Bal.in l.pen.C.de ope.libe.

S V M M A R I V M.

1 Propter lepram matrimonium non ſeparatur: ſecus in ſpirituali, num.7.
Leproſus contrahere ipſum poteſt, eique ſoluendum eſt debitum.
Vxorem dimittere quibus caſibus liceat, ver.excepta cauſa; & num.7.
Coniuges participare inuicem caſus fortuitos præ cæteris humanum eſt.
2 Afflictio afflicto non addenda.
Deus non fecit vllum, cui non prouideat.
Infelix vix eſt, qui ſuam inueniat infelicem.
3 Debitum coniugale tenetur alteri alter coniugum reddere, niſi in caſibus, & quibus, nu.9.& ad hoc poteſt ab eccleſia cogi, ſed non ſemper, num.4.
5 Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.nu.6.
Tutor eſſe non deſinit, qui cauſa reipublicæ abeſt.
Indefinita non æquipollet vniuerſali ſemper, §.in gl.penul.& num.8.
Mos teſtatoris, & religionis ponderandus.
7 Additio gloſſarum.
Principis excipitur interpretatio.
De ſimilibus ad ſimilia in iure proceditur.

C A P V T II.

Quoniam. Summatum eſt in cap. ſupra proxim.& ſunt tria dicta.ſecundum ibi, leproſi.tertium ibi, quòd ſi.
1 & ſic ſummabat Hoſt. propter † lepram matrimonium contractum non ſeparatur: leproſus contrahere poteſt matrimonium: quia nec prohibetur: ſoluendum eſt debitum leproſo ex præcepto apoſtoli, contra quod occaſione lepræ nulla datur exceptio [Excepta cauſa.] ex hac ergo cauſa licet.32. quæſtio.1.dominus.de hoc infra de diuor. ſignificaſti.Hoſtien. [Vxorem] poſt matrimonium conſumatum, ſed nec ante, niſi in caſu, de conuer.coniu. verum, & capit.ex publico [Graui] qualicunque, etiam ſi oculos, vel naſum amitteret, vel paralytica fieret: nihil enim tam humanum quam coniuges adinuicem participare tales caſus fortuitos. ff.ſolu.matr.ſi cum dotem. §.ſi maritus.Hoſtien. [Separanda] per eccleſiam [Dimittenda] per virum. non enim
2 addenda † eſt afflictio afflictæ.7.quæſt.1.cum percuſſio
[Inuenerint] non facit Deus aliquẽ, cui non prouideat. Vincen. dicebat Hoſtien. ſe vidiſſe de facto, quòd tales inueniant vxores: quia vix eſt aliquis infelix, quin ſuam inueniat infelicem [Apoſtoli,] prim.ad Chorint. 7.ibi; vir non habet &c.& nolite fraudare, &c. [In hoc
3 caſu] ſcilicet occaſione † lepræ. Poſſet enim eſſe alia cauſa iuſta, puta ſi remordet conſcientia, de ſen.excom.inquiſitioni, vel quia eccleſia ex cauſa hoc inhibet, de matrimonio contracto contra inter.ec.cap.2. & 3. & ſupra de ſpõ.cum in apoſtolica, & ex cauſa fornicationis carnalis. ſupra eo.cap.& ſpiritualis, de diuor.quæſiuit, & capit.quanto.ſed, nunquid competit exceptio dierum, vel locorum ſacrorum? dic quòd non.nam quamuis petens peccet, & inducendus ſit ad deſiſtendum; ſi tamẽ omnino inſiſtat, modis omnibus reddi debet.32.quæſtio.2. §.his ita reſpondetur. & capitulis ſeq.& 33.quæſtio.5.quaſi per totum; quod dic vt no.in ſum.de ſpon. ſub rubrica de matrimonijs. §.quis ſit effectus. verſicul. ſed nunquid peccant coniuges, & ſeq. Hoſtienſ.
4 [Inuenitur.] Dixit † hoc Hoſtien. quòd quamuis eccleſia diſtringere debeat non ſoluentem debitum; tamen ſi vir propter terrorem, vel alia de cauſa nullo modo poteſt reddere debitum, licet excommunicetur ab eccleſia, ſententia non ligabit eum quò ad Deum. & ſi de hoc conſtaret eccleſiæ, non deberet contra eum ſententiam dare, ſed datam potius relaxare: quia non debet ligare ad impoſſibile. ff.de regulis iuris. impoſſibilium, & ſupra de ſolutio. Odoardus. ¶ Gloſſa
5 ſecunda † reſpondet per contrarium. Gloſſa tertia, al-

leg. 7. concor. ſignat vnum contrarium, & ibi remittit.
¶ Penult. gloſſ. ponit Bro. de generali, & de indefini-
ta. ad primum alleg. 8. iura. ad ſecundum 5. demum cō
tra ſecundum allega. tria iura. contra primū quinque,
ſoluit vtrunque. ¶ Vltima gloſſ. alleg. 6, concor. ſignat
6 vnum contrarium. ¶ In † gl. 3. ibi, nec ille] datur cura-
tor in locum tutoris, qui reipublicæ cauſa abeſt: nec il-
le per hoc deſinit eſſe tutor. ¶ In gloſſ. pen. ibi, procura
tor cui] vide, de reſcrip. ex parte decani, ſuper gloſſ. &
ita [& ibi, §. Lucius] vide de præben. dilecto, in gloſſ. 1.
[& ibi, ſi ſeruitus] vide in cap. quia circa, ſuper vlt. gloſ.
[& ibi, pluribus] vide de ſent. excom. cum pro cauſa, ſu-
per vlt. gloſſ. [& ibi, non aliter. §. 1.] ſi teſtator legauit
iuuenes, quos in miniſterio habebat, mos teſtatoris, &
regionis ponderabitur: alias videtur intelligendum de
his, qui excedunt adoleſcentiam, nec dum ſunt inter
ſenes computandi [& ibi, ſcientiam] vim vi defendere
omnes leges &c. [& ibi, obligatione] vide de priuileg.
paſtoralis, ſuper vlt. gloſſ. [& ibi, age cum Geminiano]
7 vide de tranſla. cap. 1. ſuper gloſſ. 2. ¶ In † gloſſ. 32. quę
ſtio. 7. in fine] dicebat Hoſtienſ. aliud in carnali matri-
monio, vt hic, aliud in vinculo eccleſiæ, & ſimplicis ſa-
cerdotis, vt ibi. Ratio, quia primum de iure naturali: ſe
cundum de iure canonico, argum. de conſuetu. cap. fin.
de ſpon. duo. c. ſi. Item in carnali non imminet pericu-
lum niſi vni perſonæ, quæ ſe ab initio voluntariè obliga
uit, & qui contraxit, ſuſpicari debuit hoc euenire poſſe.
In ſpirituali verò imminet periculum pluribus, qui nec
ſunt requirendi, de elect. Oſius, ſecundum Hoſtienſ. tu
dic vt in contrario dixi, quòd etiam ſpirituale non diſ-
ſoluitur quò ad vinculum. ¶ In gloſſ. no, quod, ibi, in iu
8 re] princeps † tamen ſemper excipitur, cuius inter-
pretatio eſt tam neceſſaria, quam generalis, C. de le. &
con. l. 1. R. procedimus enim in iure de ſimilibus ad ſi-
milia, de reſcrip. inter cæteras. Hoſt. [& in fine] de quo
dic vt no. infra de elect. vt circa, lib. 6. ¶ In gloſſ. vl. ibi,
9 quòd dormierit] dic vt ibi [& in fi.] quid ſi † vir eſt ethi
cus, & vxor exigit, & ſi ille reddat eſt mortuus. argum.
quod non teneatur, quia ordinata charitas eſt, vt prius ſibi
conſulat. 88. diſtin. non ſatis, & ſupra de vſu pal. niſi ſpe
cialis, Vincen.

S V M M A R I V M.

1 *Lepra ſoluit ſponſalia, niſi in duobus caſibus, & alio, nu. 3.*
2 *Gloſſa quæ olim contextu euaſit.*
Ex traductione firmatur matrimonium, & inducitur præſum ptum, & quibus caſibus.
3 *Conſumare pro contrahere, num. 5.*
4 *Suffragium gloſſarum.*
De nouo quæ emergunt, nouo indigent auxilio.
Mulier decipiens non iuuatur velleiano.
5 *Additio gloſſarum.*

C A P V T III.

1 Literas. Summatum eſt ſupra capit. 1. dicebat
Hoſt. lepra † ſoluit ſponſalia, niſi tran-
ſierunt in matrimonium præſumptum.
Communis diuiſio, ſecundo ibi, Reſpondemus [Poſt
ſponſalia] ideo dicit, quia ſi ſcienter quis contraheret
ſponſalia cum leproſa, compelleretur conſumare, ſupra
de ſpon. ex literis, & cap. requiſiuit, ad hoc, infra tit. 1.
per totum, C. de act. & oblig. ſicut, Hoſtien. [De futuro]
2 hoc † verbum olim fuit gloſſ. Ala. qui dicebat, capitul.
aliter non tenere [Traducatur] ex traductione ergo fir-
matur matrimonium, & inducitur præſumptum, ad
hoc, & ſupra de reſtitutio. ſpoliat. ex parte, & not. ſu-
pra de ſpon. adoleſcens, quod intelligi poteſt, quando
mulier corrupta eſt indiſtinctè. Idem, ſi maritus dicat
ſe illam cognouiſſe, vel ſi impubes ibidem facta ſit pu-
bes. ff. de ri. nup. minorem, niſi mulier illum conuincat
per corporis aſpectum, vt no. ſupra de deſpon. impu. cō-
tinebatur. Hoſtienſ. [Conſumandam] ideſt contrahen-
3 dam. nam † ſi contracta eſſet, bene compelleretur, vt
dictum eſt ſupra capitulo proxim. vnde ſequitur [Ad eā
recipiendam] ſcilicet per verba de præſenti, nedum cō
ſumandam, vt eſt quæſitum, ſecundum Hoſtien. G. con-
ſumatum debet eſſe hoc in text. & ita gloſſ. ſuper ver.
ſponſalia, debet eſſe ſuper gloſſ. prima [Sponſalia] ſi ta-
men ſponſus ſanus infirmam cognoſceret, eſſet matri-
monium præſumptum, ſupra de ſponſa. is qui, Hoſtien.
4 ¶ In † gloſſ. 1. ibi, ex cauſa] vide de iudic. capitulo pri-
mo, ſuper gloſſa ſecunda [& ibi, ſi mulier in iure] ſi mu-
lier ſciens ſe non hæredem, in iure ſe reſpondit hæredē,
nō iuuatur Velleiano: quia decipit, ſed ſi decepta fuit,
licet in eam detur actio, competit ſibi exceptio. ¶ In
5 gloſſ. 1. ibi conſumatum] ideſt per verba de præſenti cō
tractum. Abbas.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
De ſeruorum coniugio loca iuris alia, quàm quæ hic ſunt, indi cat,
Erroris, & conditionis impedimentum impedit, & dirimit, excepto caſu.

De coniugio ſeruorum, Rub.

1 ¶ Viſo † de matrimonio in genere de cōiugio ſeruo-
rum ſubmittit in ſpecie ſecundum Da. vel aliter. viſo
de impedimento lepræ, quod matrimonium non diſſo-
luit, videamus de impedimento erroris conditionis,
quod impedit, & dirimit, niſi ex certa ſcientia fuerit
ratificatum verbo, vel facto, infra capitulo fin. & per
a totum, ſecundum Goffred. & Hoſtien. [a] habetur mate-
ria 29. quæſtione ſecunda, per totum, & conuenit ſupra
de præſump. illud.

A D D I T I O.

a ¶ Hoſt. Vide ad materiam huius tit. l. nam, §. ſed ſi quis homini, & le. & in auth. ad hæc, C. de L. 2. li. tol.

S V M M A R I V M.

1 *Seruus etiam contradicente domino contrahere poteſt, nu. 4. ſed ob id non minus tenetur ſeruire, num. 4. 8. & poteſt fieri monachus, & quando vendi cogatur dominus, nu. 6. & 9. & quando baptizari, num. 7. pœnitentia poteſt ei iniungi, & quæ, ibid. reddere debitum vxori an propter domino de bent, nu. 9. & corrigitur lex, num. 3.*
2 *Famuli quidam etſi ſunt, homines tamen ſunt.*
Seruitutis macula abluitur morum puritate.
3 *In matrimonijs canoni ſtandum, non legi.*
Matrimonia non debent prohiberi ſub vlla conditione, vel ali ter, ſed eſſe libera
4 *Licet aliquid, quod non eſt honeſtum.*
Domino in quibus obedire non debeamus, quæ ſeruus etiam factus maritus ei debeas, & in quibus parere, & numero 8. & 9.
5 *Epilogus, ſuffragium, & additio gloſſarum, nu. 6. & 7.*
Patrem ſequuntur nati ex matrimonio.
8 *Prior tempore in temporali non eſt prior in iure ſpirituali rei.*
Cum onere ſuo etiam perſona tranſit.
Principale, qui concedit, & acceſſorium videtur concedere.
9 *Euenire quod poſſis, præcogitandum, in fine.*

CA-

CAP. PRIMVM.

1 Dignum. Casus. Seruus † contradicente domino cotrahere potest: sed per hoc non minus domino seruire tenetur.
& potest diuidi in duas partes. prima ponit dictum, & eius rationem. 2. quandam dubitationem soluit ibi, debita [Apostoli] ad Gala. 3. gloss. ad col. 3. Hostien. [Se-
2 ruus] 29. quæst. 2. §. 1. Cato, Quos famulos dicis, homines tamen esse memento. apud Deũ enim puritate morum abluitur macula seruitutis, vt dicit Hiero. ad Ruf-
3 finum. 35. [Matrimonia) Corrigitur † ergo lex C. de incest. nup. cum ancillis, quæ vocat tales coniunctiones contubernia, & standum est in his canoni. & dicit Host. quòd hæc litera est contra multos principes nostri temporis, qui etiam libetos sine sui licentia non permittunt matrimonialiter copulari. contra id C. si nupt. ex rescrip. l. 1. & 2. & quod dicitur supra de spon. Gemma, cum suis concord. ad idem C. si rec. prouin. vel ad eum per spon. de l. 1. est etiam contra illorum consuet. qui non permittunt viduas contrahere, nisi prius rediman
4 tur [Prohiberi] sub. honestum est tamen † quòd de dominorum consensu contrahant: tamen & si dominis contradicentibus &c. Hostien. [Ratione] quia nec esse potest contra euangelicam veritatem, supra de spon. cap. 1. & est fi. supra de præben. ratio. Hostien. [Debita] q. in his, quæ contra Deum sunt, non debeant domino obedire. 11. quæst. 3. qui resistit, & cap. Iulianus, nec in his, quæ constat esse iniusta, de temp. ord. dilectus, vbi de hoc. alias temporalia, quæ seruus habet, omnia sunt domini, & animaduertere potest in eum, quod dic. vt instit. de his, qui sui, vel alien. iur. sunt. 1. respon. ad fi. & §. 1. secundum Hostien. [Consueta] certe & non consueta, quia omnia sunt domini, vt dictum est. vel ideò dicit hoc. quia si in aliquibus regionibus esset consuetudo, quòd ad certa tantum seruitia astringeretur, ecclesia talem consuet. deberet tueri, argum. tit. 1. c. vno. C. de longi temporis præscrip. quæ pro liber. l. 1. 2. & 3. & not. infra de Iudæis, multorum. Hostien. ¶ Gloss. 1.
5 † obiectionem soluit distinguendo. ¶ Vltim. gloss. respondet per quæstio. ponit opin. alleg. in contrarium. 2. quærit, ponit opin. Ala. approbat contrarium. ¶ In
6 † gloss. 3. ibi. §. nobis] etiam serui possunt fieri monaci: quia quantum ad Dei cultum neque masculus, neque fœmina &c. ¶ In vltim. gloss. ibi, possessionum] vide supra gloss. proximã. [& ibi. §. penult.] & loquitur de seruo, quem dominus nimis seuerus vendere cogitur, & de seuero etiam & eo, qui seruũ ad impudicitiam cogit, lo-
7 quitur l. seq. si dominus. ¶ In † gloss. 2. ibi, baptizatus] baptizari ergo potest seruus, nec per hoc fit præiudicium domino, secundum Pet. & Abb. quod intelligas, si dominus eius Christianus est: alias dic, vt infra de Iudæis, cap. fi. & de hoc dicam eo. tit. cap. 1. [& ibi, præsentia] ad hanc tenetur seruus per decret. statim alleg. quia & si excommunicatus est, tenetur ire ad curiam. quod dic vt infra de sentent. excommun. relatum. sed, vt dixit Host. nõ est iniungenda seruo pœnitentia eleemosynæ, cum nihil habeat, instit. per quas per. nobis ac qui. §. item nobis, & sequentibus, neque ieiuniorum, neque vigiliarum, neque alterius macerationis, neque aliqua alia, per quam redderetur inutilis domino suo ad operandum: quia dominus non debet priuari suo iure sine sua culpa, supra de constit. cap. 2. iniungatur ergo, quod vadat ad ecclesiam, cum poterit bono modo, & huiusmodi leuia, considerata qualitate criminis, & personæ, vel orationes, quas potest facere laborando. & etiam per viam eundo, argum. ff. de ope. libe. l. antepenult. potest etiam ei iniungi pro pœnitentia labor, quem sustinet domino seruiendo, & quod ei bona fide seruiat, nec aliquid subtrahat, & patientia seruitutis,

secundum Hostien. ¶ In glos. 2. in fi.] secundum T. ¶ In gl. coniunx. ibi, separari] de hoc 81. distin. cum omnibus [& ibi, petens dominum] nisi consuetudo loci esset in contrarium, infra eo. licet [& in fine] idem Phil. Goff.
8 & Host. Guil. Na. cõtradicens, quòd nati † ex matrimonio sequuntur patrem, ff. de sta. ho. cum legitime. 32. q. 4. liberi. de hoc, de seruis non ord. cap. fi. ¶ In gloss. vlt. ibi, obediendum) quia seruus prius domino obligatus, cum eodem onere transiuit ad vxorem, de pigno. ex literis. & ad hoc facit text. ibi, non minus. & sic facit pro domino proprietas temporis, infra de reg. iur. qui prior est. sed pro vxore facit, quia magis priuilegiata est sua causa: quia scilicet eius obligatio spiritualis, & sacramentalis. Prima verò temporalis, & dominicalis, quo casu sæpe posteriorem præferimus, infra de præben. is
a qui [a] [& ibi, peteret seruum] argum. ff. ad Sila. siquis in
9 graui, §. si cum omnes. si seruus † contraxit sciente & permittente domino, debet debitum reddere: quia cũ dominus concessit principale, & accessorium concessisse videtur, de offic. delegat. prudentiam. Si autem eo contradicente, vel ignorante, videtur quod debeat mãdatum domini adimplere, nisi probabiliter ex dilatione timeat adulterium, alias posset dominus officio suo omnino priuari. Rai. [& ibi, sequi] sed si est libera [& ibi, alij] Ro. Goff. Phil. & Innoc. & idem Vinc. tunc maximè, quando de voluntate domini contractum fuit matrimonium [& ibi, pro habenda] T. & cogi debet vẽdere alij bonas cõditiones offerenti [& in fi.) & ff. de offic. præfect. vr. l. 1. §. quòd autem. dixit Hostien. si seruus contraxit cum serua, & sunt diuersorum dominorum, vera sit opinio T. & sequacium. vnde dicebat Innocen. diuersorum dominorum coniuges non debere sic diuidi, quin aliquando sibi debitum reddere possit. Dixit autem Hostiens. quòd si sunt eiusdem domini, aut ambos vendat, aut ambos retineat. Si verò seruus contraxit cum libera sciente, locum habet opin. Ala. & imputet sibi illa, quæ debuit præcogitare hoc euenire posse, supra de ser. non or. cap. 1. & in hoc casu non impedietur dominus, argum. C. de Iudæis, nemo, C. man. in re mandata.

ADDITIO.

a ¶ Qui. Ibi vide gl. 2. & in c. qui prior, præall. & de maio. & obe. per tuas, & vide in l. priuilegia, ff. de priuil. credi.

SVMMARIVM.

1 *Cum ancilla si liber contrahat matrimonium ignoranter, separatur, nisi postea hoc sciens eam cognouerit, nu. 2. & 4. secus etiam si erat libera, & putabat ancillam, num. 3.*
Error quis impediat & dirimat matrimonium, num. 3.
3 *Cum ascriptitia si contrahatur matrimonium, tenet.*
4 *Actu vnico quis perdit ius suum.*
Dotem perdit, quæ est adulterata, in fine.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6.*
Dubitans, pro ignorante habetur, & non est id perpetuum, num. 7.
7 *Additio glossarum.*
In possessione quæ est libertatis, vel matrimonij, in ea talis est habenda, lite pendente, nec est turbanda possessio, ver. & ipse Hostien.
Alimenta non negantur pendente causa ei, quæ est in possessione matrimonij, in fine.

CAPVT II.

1 Proposuit. C. separatur † matrimoniũ quod liber ignoranter cum ancilla contraxit, nisi postea hoc sciens illam cognouerit, & sunt duæ partes. in prima propositio facti, in secunda diffinitionis commissio ibi, Man-
Io. And. super 4. Decre.

damus, & in diffinitione distinguit secundum mem-
brum, ibi, Si verò dicebat Hostiens. liber cum ancil-
la contrahens diutius cum ea habitauit, tandem con-
ditionis errorem illi obiecit; non auditur, si de errore
certificatus illam cognouit. sin autem & contingit ma-
trimonium separari, reddere debet pecuniam quam oc
casione dotis à muliere recepit [Diutius] sed hoc non
obest. sic supra de eo, qui du. in ma. cum haberet, con-
tra, infra cap. proxi. ibi, sol. Hostiens. [Conditionis] er-
2 ror iste † impedit & dirimit matrimonium, nisi postea
ex certa scientia ratificetur tacitè, vel expressè, infra
eo. ad nostram. idem in errore personæ; secus in errore
fortunæ, vel qualitatis, vt probatur 19. quæst. 1. §. 1. &
quod dictum est de errore qualitatis, est verum, nisi in
casu, scilicet cum intendo contrahere cum Christiano,
& est paganus, iudæus, vel hæreticus. hoc enim non te-
net matrimonium, etiam si contraheretur à sciente, ni-
si ad hoc vt conuerteretur ad fidem. 28. quæstio. 1. per
totum. Hostiens. de hæretico, vide quod dixi de condi.
appo. cap. fin. super gloss. 1. [Et infra] addebat mulier,
quod ipse, ex quo sciuerat, eã cognouerat. Petr. & Abb.
3 [Ancillam] si quis † contrahat cum libera, quam credit
ancillam, tenet matrimonium: quia non est ibi error
conditionis seruilis, & est præsumptio, quòd libentius
contraxisset cum ea, si sciuisset illam liberam. vnde di-
cebat Phi. hoc impedimentum inductum in fauorem
libertatis. & hoc dictum Vincen. tenet Innocen. & Ho-
stien. infra cap. vlt. & est casus, in quo iudicatur pro in-
uito. ff. de nego. gest. soluendo, ff. de lib. cau. l. 1. 2. & 3.
cum ascriptitia verò videtur, quòd non teneat matri-
monium: quia dicit lex, quòd inter ascriptitios, & ser-
uos nulla est differentia. C. de agric. nec diutius. verius
est, quod tenet, quia liberi sunt. & potest ascriptitius
permanere in possessione, in qua est præter voluntatem
domini, C. de episcop. & cleric. iubemus, & auct. ascri-
ptitios. Vincen. & facit, quod no. infra de Iudæ. multo
rum, & cap. de hoc. 19. quæst. 2. in summa [Carnaliter]
vel aliter consensit, quod dic, vt infra cap. fin. Hostien.
4 [Cognouit] no. quòd † quis vnico actu perdit ius suum.
de hoc supra de constitu. cum accessissent [Fuerit] quia
non cognouit eam, ex quo sciuit illam esse ancillam, &
sic seruitute probata sententiam &c. Hostien. [Mulieri]
idest domino mulieris, vel de æquitate canonica lo-
quitur. Innocen. ff. quod no. 13. quæst. 2. illud, in prin-
cip. & vide in Specu. de dona. inter vir. & vxo. §. fin. ver.
sed qua actione [Concessit] dicebatur in an. sicut in-
stum fuerit. dicebant T. & Vinc. id dictum, quia si adul
terata esset, dotem perderet, de donat. inter vir. & vxor.
5 plerunque. ¶ Gloss. 2. † respondet, per q. quid de illo,
qui non credidit, alle. pro eo 6. iura, & duo contra, &
soluit distinguendo, secundo quærit, arguit, propo-
nit duas opinio. & soluit, & huic literæ respondet. ¶ In
6 † gl. 2. ibi. l. 2.] vide de offic. delega. cum contingat, su-
per 1. gloss. [& ibi, habendus est] vnde indebitum solu-
tũ repetit [& ibi. §. his qui] qui dubitat, an homo apud
eum existens sit liber, non tenetur interdicto, de libe.
ho. exhi. [& ibi, cum ante, quàm partes] si ante, quam
caducæ à fisco peterentur, hi qui se existimabant hære-
des, vendiderunt hæreditatem, non tenentur ad vsuras
precij. sed melius facit §. à quo. vide in ca. cum contin-
gat. super 1. gloss. ¶ In gloss. vlt. ibi, §. vlt.] incipit, eius
nomine, vide de præsump. illud, super gl. 4. [& ibi, Pro-
7 culus] vide de eo, qui duxit. cap. 1. super 1. gl. ¶ In † gl.
2. ibi. l. vlt. [vide quod no. C. de acquir. poss. l. nemo [&
ibi, inquisitioni] vide quod ibi dicam, in gloss. quid si,
[Cum antequam partes) glo. Ala. & vide, quod no. de
rescrip. cum contingat, in glo. 1. dixit Hostien. q; illa &
similia intelliguntur, cum agitur de contrahendo, re-
mittens ad ea, quæ de simili materia notauit, qui cle.
a vel vo. veniens, a in fi. & ibi, dic secundum T. [& ibi, T.
dixit] Vincen. Phi. Goff. & Innocen. & hoc sequor de ri-
gore (& ibi, sed satis] videtur idem G. Na. & idem per
omnia Hostien. & his fauet æquitas. & ipse Hostien. in-
ducit, supra tit. proxi. quoniam, dicens, q; ipse non co-
gnoscit eam tanquam seruam, vel liberam, sed tãquam
illam, quæ est in quasi possessione libertatis, & si libera
non sit, & tanquam illam, quæ est in quasi possessio. ma
trimonij, & si vera vxor non sit, & lite penden. talis est
habenda, nec est eidem sua possessio turbanda. & dicit
hoc satis expressum, de frigi. fraternitatis, §. nam si tan
tum, qui fil. sint le. cum inter 1. remittit etiam ad ea, quę
not. in sum. eo. tit. §. fin. ver. quid si lite, & supra de con-
uer. con. cap. fin. [& in fine] adde, quod no. 34. distin. si
cuius. dixit Phi. certum est, quòd pendente causa non
negabit ei alimenta, ff. de lib. agno. si neget.

ADDITIO.

a ¶ Veniens. Vide Io. And. infra de eo, qui dux. in matri. quam pol
per adul. cap. veniens, in glo. omnino, & Barto. in l. in potest, ff. de
acquir. posses.

SVMMARIVM.

1 *Liber est, natus ex libero & ancilla, & vt liber contrahit ma
trimonium, si ex consuetudine partus conditionem sequatur
patris.*
Gerere se pro aliquo est ius, in fine.
2 *Temporis diuturnitas, libertatis fauor etiam in dubio prodest.
num. 3.*
3 *Epilogus suffragium, & additio glossarum. n. 4.*

CAP. III.

1 Licet Casus. Si consuetudo † est in loco, q; partus
conditionem patris sequatur, natus ex li-
bero, & ancilla liber est, & vt liber matri-
monium contrahit. & duo facit. narrat factum secundũ
vtriusque partis propositionem. 2. ibi, videtur, quid sit
diffiniẽdum. respon. dicebat Host. sponsus mulieris ser-
uus mon. esse proponitur, qui pro libero se gessit per de
cennium post mortem patris, cuius conditionem sequi
debet. opponitur: pro matrimonio securius iudicatur.
[Suæ]. s. viri. T. [Ignara] sic sup. c. pro. Hos. Credebat. n.
eum esse liberum. Pe. & Abb. [Proponatur] dicebat for-
te, q; fuit filius ancillæ monasterij [Prouinciæ]. s. Lom-
bardiæ. T. Vin. Gof. [Gessisse] in hoc est bene ius. Hosti.
2 Ratione † temporis] dic, vt no. supra de eo, qui du. in
ma. cum haberet, §. pen. sed contra sup. c. prox. So. ibi
certum erat de condi. seruitutis, & ideo non obstat tem
pus: hic verò erat dubium, & ideo prodest, necnon
& libertatis fauor, vt sequitur. Host. [Libertatis] & ma-
3 trimonij, infra qui ma. ac. pos. videtur. Host. [iudican-
dum] s. non esse diuortium faciẽdum. Inn. ¶ Gl. 2. † sol-
uit contrarium. ¶ In glo. 1. ibi, partum] partus sequitur
ventrem, & idem sequens. ¶ In gl. vlt. ibi. §. si quis ser-
uo] ibi. sunt verb. 2 gl. & ponitur casus de illo, qui reli-
quit directam libertatem seruo pignorato, quæ de iure
stricto non valet, sed propter fauorem libertatis valet,
vt fideicommissaria [& ibi. l. 1.] parentes vtriusq; sexus,
licet filijs etiam emancipatis cuiusq; gradus imponere
mandatum, vt seruum in libertatem producant, fouere
enim & tueri libertatem est principi, et eius nomini pe
4 culiare. ¶ In † gl. 1. in fi.] et 32. q. 3. liberi. ¶ In gl. 2. ibi.
a l. 1.] de hoc 12. q. 2. longinquitate a.

ADDITIO.

a ¶ Longinquitate. Possessio autem serui quomodo perdatur, vide
Io. And. in c. 2. de ser. non ord. super gl. 2. & de materia glo. vide
instit. de ingenuis, in prin.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Cum Ancilla si liber contraxit, hoc ignorans, & ex quo sciuit, non consensit in eam, separatur matrimonium.*
2 *Legatus cognoscit de causis prouinciæ suæ.*
Error quis impediat, & dirimat matrimonium, nu. 7.
Nihil tam consensui contrarium, quàm error, nu. 6.
3 *Constat aliquando eo ipso, cum non probatur contrarium.*
Ignorantiam quis regulariter probare non cogitur, licet aliquando secus, & q. ando.
Iuramento viri statur de dissensu suo in mulierem.
4 *Matrimonium quibus ratificatur modis, verbo, vel facto, & numero 7.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6.*
Inuitus dicitur, qui non consensit.
Nouum quid quando dicatur, exempla quadam afferuntur, §. in gl. 2. ver. sed si manente.
Nouus consensus quando requiratur, ibid.
7 *Additio glossarum.*
Copula carnalis nunquam probat consensum, nullo præcedente tractatu.
Contractum confirmare an cogi possim, qui nullus est ex conditione meæ personæ. sed pars alia contradicitur, in fine, iuncta gloss.

CAPVT IIII.

1 Ad nostram. Casus. Si liber † cōtraxit cū
ancilla hoc ignorans, & ex
quo sciuit, non consensit in
eam, separatur matrimonium, & cū alia contrahere po
terit. & sunt duæ partes. 2. ibi, Ideoq. & dicebat Hostiē.
miles ab vxore propter cōditionis errorem separatur,
si ignoranter contraxit, nec post certificationem in ip-
sam tacitè, vel expressè consensit, vt cum alia cōtrahat,
2 licentiatur [Militem] erat † iste de prouincia commissa
legato, & ideo potuit causam diffinire, supra de offi. l.
c. 1. [Conditionis] deterioris, respectu contrahentis, se-
cundum Gof. qui hoc no. in sum. huius ti. §. item quid si
seruus. per quod sequitur, ꝙ si seruus contrahit cum an-
cilla, credens contrahere cum libera, teneret secūdum
hoc matrimonium: quia respectu suæ conditionis non
est deceptus. & vide quod de hoc not. 29. qu. 2. in sum-
ma. & idem tenet Innoc. supra c. 2. Si verò non errasset
in conditione, sed in qualitate conditionis, vt quia cre-
debat liber cōtrahens cum ancilla illam esse ancillam
ecclesiæ, & erat ancilla priuati, non impediet iste error
matrimonium. sufficit, quod non est iure scriptum. Item
error qualitatis personæ, de qua constat, nō dirimit. 29.
qu. 1. per totum, sicut nec error qualitatis seruitutis, de
qua constat. alias sequeretur, ꝙ contrahens cum ancil-
la Titij, quam credebat clementem, vel locupletem, si
non est talis, peteret diuortium [Errorem] tu verò sibi
denegas licentiam contrahendi. & sine hoc subaudi tu
male sequeretur, Ideoque &c. secundum Hostiē. & forte
fiebat hæc denegatio secundum eum: quia forsan dice
batur miles in eam consensisse, nec obstabat sententia:
quia non transit in rem iudicatam [Constiterit] cōstat
3 hoc ipso † quòd contrarium non probatur. sic supra de
his, quæ fi. à præla. ea noscitur. vbi de hoc. nec enim
cogitur quis probare ignorantiam, nisi forsan vt no. de
elect. innotuit, & c. cum terra, in fi. quia regulariter qui-
libet præsumitur ignorans, ff. de proba. verius, de regu.
iur. præsumitur, libr. 6. tamen deficiente probatione de
his, quæ sequuntur, stabitur iuramento suo, supra de de-
spon. impu. attestationes, ad fi. Hostie. [Intellexit] & cre
4 didit, quod dic, vt supra cap. 2. [Facto] eam † cognoscē
do. Pet. (Nec verbo) per quod ratificet matrimonium,
aut proponendo verba consueta ad matrimonium con
trahendum, vt supra de spon. si inter, vel æquipollentia,
eod. tit. ex parte: sed & si nulla verba de nouo interue-
niant, dummodo incipiat ei placere, quod est factum
etiam tacito consensu, matrimonium confirmat, supra
de despon. impu. literas, ff. de spon. sed quæ patris, Gof.
[Alia) in domino, supra, qui cleri. vel vo. veniens, in fi.
de eo qui duxit in ma. c. 2. in fi. Host. ¶ Glo. 2. no. ipso fa
5 cto matrimonium contrahi, & ratificari. ad id obijcit,
& soluit. demum quærit, & soluit. item quærit. ponit op.
6 Io. quam approbat. ¶ In † glo. 1. ibi, si per errorem) non
consentiunt, qui errant. quid enim tam contrarium cō-
sensui, sicut error, qui imperitiam detegit (& ibi, non id
circo) licet pater ab aliquibus vt à liberis pecuniam de
bitam receperit errās, filij quæstionem status illius mo-
uere non prohibentur. ¶ In gl. 2. ibi, sed quæ) vide hāc,
& l. nutu, de spon. tuæ, super 2. gloss. (& ibi, si quis) vide
de his, quæ fiunt a præla. cum nos, super gloss. 2. (& ibi,
in eo, §. deinde) liberta non diuertit à patrono inuito,
& inuitus dicitur, qui non consentit (& ibi, sed si manen
te) si lapsa die proroges precarium, primum non reno-
uatur, sed nouum constituitur (& ibi, si cum dies) 1. re-
spon. in prorogando requiritur nouus consensus, hic &
sequens (& ibi, §. cum adijcitur,) si aliquid additur, vel
detrahitur obligationi, noua est stipulatio, & ideo no-
ua verba sunt necessaria (& ibi, sed quæ patris) vide su-
pra (& ibi, quamuis) vide de solu. cap. fin. super 1. gloss.
(& ibi, si mulier. 2.) vide de renun. quidam, super pri-
ma glossa (& ibi. l. 3. §. scio) vide de testi. cum causa, su-
7 per gloss. 1. ¶ In † glo. 1. ibi. §. his) aliàs est ver. sub, §. 1.
¶ In gloss. 2. ibi, aliqua verba) vbi enim nullus præces-
sisset tractatus, carnalis copula nunquam probaret con
sensum, ff. de regulis iuris, l. nuptias. Hostien. (& ibi, sed
pone hic) quod sequitur, not. 29. qu. 2. si quis ingenuus
(& ibi, dico quòd nō) idem Goff. (& ibi, libertatem) sed
hoc matrimonium non tenuit propter errorem condi-
tionis. ergo nec libertas competit, quæ ratione matri-
monij contingit. Soln. potest dici, ꝙ cum incipiunt con
trahere, amittit dominus ancillæ dominium, & sic con
trahitur cum libera, vnde tenet matrimonium, Goff. &
facit quod not. 1. quæst. 1. detrahe, in gl. 1. [& ibi. c. 1.]
per hanc decre. dicebat Phi. quòd illa viro contradicē-
te poterat matrimonium confirmare (& in fin.) idem
Goff. & Vin.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio tituli.*
2 *Conditio nati inspicitur ex ventre matris.*
Semen non inspicitur. sed terra. vbi seminatur.
Ad libertatem partus liberam semel fuisse matrem sufficit.
3 *De conditione, vel statu natorum alibi, quàm hic. & vbi tradatur.*

De natis ex libero ventre,
Rubrica.

1 ¶ Nacta † occasione ex titul. proxim. ponit hanc ru-
bricam secundum Da. secundum Goffred. vidimus de
condition. coniugatorum, est videndum de conditio.
natorum, & ideo hanc submittit. dicebat Hostiens.
2 seruilis † venter, de quo præmissum est, non parit ni-
si seruilem partum, sic nec liber nisi liberum. Non er-
go inspicitur, quis semen iaciat, imperator, vel rusti-
cus, sed terra, in qua seminatur, & illius erit bladum, cu
ius est terra: nec patitur ratio naturalis esse alterius ar-
borem quàm illius, in cuius terra radicem egit. institu.
a de rerum diui. §. si Titius, & §. qua ratione [a]. sufficit au-
tem ad libertatem partus semel matrem fuisse libe-
ram tempore, quo partus fuit in ventre, ff. de stat. hom.

& seruo, §. ingenuorum, instit, de ingenuis, §. sufficit. de
3 cæteris remittit ad sum. cod. ti. ad † materiam facit 32,
quæst, vlt. liberi, & conuenit, supra de ser, non ord. capi
tu. ult.

ADDITIO.

a ¶ Qua ratione. Ibi vide gl. quæ incipit, sup. §. certè. & vide gl. in §. cum in suo, quæ ponit versus.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex libera, vel liberta, liber est, & ingenuus, nu. 3, excipias vt nu. 1. circa fi.*
2 *Quid deceat, inspiciendum, & id honestatem propriè respicit,*
3 *Seruitium, pro seruitute,*
Obuiare, pro præiudicare,
4 *Argumentum à minori valet, sicut & à contrario, nu. 3,*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 6,*
Facere quod alium prohibere teneor, non debeo, fallit in tutibus noi. a. nu. 6.
Defendere qui me tenetur, impugnare me non debet.
7 *Suppletio glossarum.*
Ad seruitutem qui reuocentur.

CAP. I.

1 Indecens. Casus. Natus † ex libera, vel liberta, liber est. & primo ponit generale iuris dictum, ex quo casum diffiniri mandat, ibi, Propterea. in fin. ibi, dictum, quandam specialem absurditatem retorquet in actoré.
2 & no. inspiciendum † quid deceat, quod proprie respicit
honestatem, supra de voto magnæ, de elect. cum nō deceat, lib. 6. [Progeniti] ergo non loquitur de natis tem-
a pore manumissionis [a], sed post, secūdum Gof. [Libera]
de qua non dubitabatur. & ideo quasi corrigendo submittit [Seu liberta] secūdū Host. [Liberta] qui ex liber-
3 ta † nascitur ingenuus est, C. de oper. liber. quod ex liberta, inst. de ingenuis, in prin. Phi. [Ad seruitium] idest ad seruitutem. C. de na. ex lib. ven. l. 1. iuno. [Obuiare] idest præiudicare. T. [Eius] libertæ, & filiorum, secundum Host. qui intelligit, quod filij libertæ petebantur a mon. tanquam serui: quia ipsorum mater fuerat ancilla mō. & ipsi producebant instrumēta maternę manumissionis factę secundum formam canonum, vel tanquam de bene merita, puta quia verè erat beneme. ta. 12. q. 2. si quos de seruis, vel secūdum decr. supra de rerum permuta. c. 3. & 4. & de rebus eccl. non alienan. consensus [Eandē] s. eccl. siam. ergo à contrario, si prætēdat causam rationabilem, audietur, puta causam ingratitudinis libertorum, vel filiorum libertæ. de hoc tamē dic vt not. & dixi de reb. eccl. non alienā. ca. 3. [Alij] de quibus minus
4 videtur. & sic argum. à † minori [b] tueri debent ab eccle
b sia, de qua magis videtur si. de decimis, ex part. 3. & ex hoc sequitur, quod si alij volunt libertatem suam defendere, multo magis ecclesia hoc facere debet. ¶ Secunda
5 † gl. arguit. ¶ Vltima glo. arguit, alleg. 9. iura, allega. in
6 contrarium, & soluit. ¶ In † vlt. glos. ibi, altius] loquitur in tutore, vel curatore, cuius ædes seruitutē debent ędibus pupilli, vel minoris [& ibi, frater à fratre] si aduersus extraneos defendi debuisset, fortius in eo, quod frater debuit, indemnis præstabitur [& ibi, tutor] tutor filij illius, cui ex nō ciussionis causa obligatus erat, à seipso debet exigere [& ibi. §. 2.] incipit, item si hunc, & §. sequē. videamus, qui est vltimus in l. vide, supra de iudi.
7 dilectu, super glossa secunda. ¶ In † fi. gl. 1.] & in eo, qui maior 20. annis se vendi permisit ad pretium participandum, & participauit sciens, vt institu. de iure perso. §. pen. & ff. de liber. cau. l. liberis. r. respons. hoc plenius dixi in Spec. de restitu. in integrum, §. 2. post principiū, ibi, secus si maior, & ex ingratitudine libertus in seruitutem reuocatur. 12. q. 3. liberti. ¶ In gl. 2. ibi reprobari] de hoc no. & dicam sup. de fide instrum. imputari. ¶ In glo. vlt. ibi, Syluester] 19. dist. nulli fas [& in fine] Item
8 † cōtra, C. de sacrosan. ecc. iubemus. 35. q. 9. quod quis, supra de electio. nosti. ff. de adop. si pater, ff. de postul. à principe, ff. de neg. gest. ar qui natura, §. cum me absente, ff. de fideiuss. tut. l. tutor. 30. q. 7. §. tria, in fi. C. si aduer. rem iudica. l. 2. 12. quæstione secunda, si qua de rebus. Host.

ADDITIONES.

a ¶ Manumissionis. Vide gl. in c. 4. de re. eccl. non alienan. & in l. fi. C. de li. & eo. libe.
b ¶ Minori. De quo vide in c. cum in cunctis, de elect. in gl. quia vilissimus.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Spiritualis cognatio dignior corporali.
2 *De hac cognatione quæ uera alibi, quàm hic loquantur, adijcit.*
An per Iudæum, vel paganum, vel hæreticum baptizantem, vel leuantem contrahatur.
3 *Eius diuisio quæ, & ad quos transeat.*
4 *Quibus casibus impediat, & dirimat.*

De cognatione spirituali.
Rubrica.

1 ¶ Dicto † de alijs impedimentis matrimonij, de triplici cognatione submittere intendit, sed quia spiritualis est dignior, & ideò de illa præmittit secundum Da. & Gof. ad hoc de maio. & obed. solitæ. 12. q. 1. præcipimus. C. de sacros. ec. sancimus. 1. & l. fi. secundum Host.
2 habetur † materia 30. q. 1. & q. 3. & q. 4. per totum, & facit 13. q. 1. si quis cum matre, & repetitur in 6. an autē hæc cognatio contrahatur per Iudæum, vel paganum vel hæreticum baptizantem, vel leuantem, dicam de reg. iu. ex eo, lib. 6. & dixit hic Hostiēs. in rubrica, quòd
3 † cognatio spiritualis diuiditur in paternitatem, filiationem, fraternitatem, & sororitatem. plenius dicas, quod est cognatio paternitas, & filiatio respectu leuantis, & leuati, & est compaternitas respectu leuantis, & parentum leuati. & est fraternitas respectu filiorum leuantis, & respectu ipsius leuati. & adde, quod dicam secūdum Host. infra eo. Martinus, in fi. dixit Innoc. hanc cognationem non transire ad nepotes, & vlteriores. filia enim spiritualis contrahere potest cum filio filij mei, licet nō cum ipso. & sufficit, quod non est prohibitum. ad hoc 30. q.
4 3. c. 1. Dicit † etiam, quod filia spiritualis non potest copulari filio illegitimo, sed adoptiuo bene. 20. casus, quib. cognatio spiritualis impedit, & dirimit, not. in summa huius libri.

SVMMARIVM.

1 *Compatrum duorum filij, per quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem, licitè contrahunt, nisi consuetudo repugnet, nu. 1.*
2 *Consuetudini standum, si eius transgressio generet scandalum, & ipsa constet.*
3 *Mentio etiam si non fiat in primo de secundo canone, corrigit primum.*
Cum sorore filij spiritualis contrahere possum, in fi.
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 5.*

CA-

CAP. I.

1 Vtrum autem Istud c.& infra capit. super eo, hoc dicunt. filij † duorum cōpatrum , per
quorum neutrum deuentum est ad compaternitatem,
licitè contrahunt, nisi consuetudo repugnet. Separabū-
tur autem, si propter vtrunque, vel alterum compater-
nitas est contracta . dicebat Host. quæstio dubitabilis
canonum contrariorum inductio posterioris approba-
tio, & approbationis exceptio. & ista fit diuisio. secun-
da ibi, & licet. 3. ibi, vnde nobis. 4. ibi, Nisi[Consuetudi
2 nem] cui standum † est, si eius transgressio scandalum
generet, & de ipsa constet, vt patet in fi. & infra c. super
eo. Host. & quod dicit, infra quòd posterior canon istū
corrigit, intelligitur in illis locis, in quibus non serua-
tur contraria consuetudo [Posterius] contra l. domino
sancto, in fi. dic vt ibi [Corrigere] & procedit hoc, etiā
3 si de primo † non fiat mentio in secundo, infra de con-
stit. cap. 1. lib. 6. [Per quem]scilicet posteriorem . Host.
[Illa]nam, quando de illa agitur, semper est matrimo-
nium diiumendum, infra cap. super eo. 1. respon. Host.
[Persona]non intelligas de suscipiente, sed suscepta. &
vide quod no. infra eo. cap. 1. 1. respon. in vlt. gloss. lib.
6. & refert hic Abb. tempore magistri sui de hoc fuisse
quæstio. Bon. & quòd pascens pauperes, & multi alij per
hanc literam dicebant, quem non posse cōtrahere cum
sorore filij spiritualis, sed hoc est falsum, vt ibi dixi. &
idem tenet Pe. infra eo. tua [Cōsuetudo]de hoc videas,
4 infra no. super eo. ¶ Vltim. † gloss. ponit opin. Hug. con-
tra quam alleg tria iura. dat duas solutiones, & primā
5 approbat. ¶ In † gloss. ibi, dicatur]& malè. si. 12. quæst.
2. futuram, in superscrip. [& in fin.] vel forte loquitur
de alijs canonibus, quos nōn habemus . Ala. Gof. & In-
nocen. & est si. quod no. secundum Hostien. supra de eo,
qui duxit in ma. cum haberet, ver. nostri. ¶ In gloss. vlt. ibi,
potest dici]secundum T. & Vincen. Idem Gottre.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas scienter, vel ignoranter inter coniuges super-
ueniens non dissoluit coniugium , & idem de similibus . nu-
mero 1.*
Diuisio decretalis.
3 *Opiniones diuersæ vbi sunt, quæ præferenda.*
Pro matrimonio quæ stat et adhærendum, in fi.
4 *Videtur quod papæ, necessarium nobis est.*
*Baptizare quis potest etiam filium in periculo mortis constitu-
tum, si alius non occurrat.*
5 *Epilogus, & additio glossarum.*

CAPVT II.

1 Si vir, C. Compaternitas † scienter, vel ignoranter inter coniuges superueniens coniugium non dissoluit. & sunt duæ partes. in 1.
consultatio. in 2. ibi, consultationi respon. In responsio-
nē vero duo facit. 1. diuersitatem antiquorum canonū
recitat. 2. alteram partem approbat, rationem inducēs
per locum a diuisione. 2. ibi, Ideoque. & dicebat Hostiē.
facti quæstio diuersa responsio, vnius approbatio, ap-
probationis ratio. & secundum Abb. sup. in princ. quæ
2 siuisti. quod † autem dicit hæc decret. de compaterni-
tate, intelligas repetitum de quauis cognatione, vt si pa
ter vxoris meæ nunc me teneat in sacramento baptis
mi, vel confirmationis, vel si ego teneo coniugem, vel
simile[Debeant]non, vt patet ex sequentibus. Hostien.
3 [Humani]no. quòd † vbi sunt diuersæ opin. vel diuersa
iura , humanior est præferenda , idest rationabilior ad
quod facit quod no. supra de præbēn. ratio. imò equior,
de transact. cap. fi. vbi vtraque humana est , maiori par-
ti standum est 19. distinct. in canonis, & saniori , quod
dic vt no. in alia materia , supra de ele. ecclesia. 2. §. fin.
& infra de priuileg. quia circa, imò consulendus est pa-
pa. supra de rescrip. super literis, infra qui fil. sint legit.
per venerabilem. §. rationibus : vel dic, vt leg. & no. 30.
distinct. de quibus. Hostien. [Aliter] scilicet quod non sint
separandi, & huic standum est. & trado tibi istud pro re
gula certa & sana , quòd vbicunque magistri per suas
gloss. soluunt matrimonium , nec ius expressum indu-
cunt, si inuenias aliquem contrarrium scribentem, illi
adhæreas, arg. supra de testi. licet ex quadam, in fi. Ho-
4 stien. [Nobis † videtur] & nobis videri oportet, qui in
talibus habemus obedire necesse , secundum Hostien.
[Subtrahere]imò soluere . ad hoc supra de coniu. lepro.
quoniam, ad fin. Host. [Induci] quam etiam in propria
domo seruare possunt. 33. quæstio. 6. quod Deo. Hostiē.
[Ignorantia]ut quia in sabbato sancto cum multi ba-
ptizarentur , credebat leuare filium Martini , leuauit
proprium [Malitia] cauta litera non dixit , si ex certa
scientia : quia talis posset esse non malitiosa, quia bapti
zauit filium in mortis periculo constitutum , cum non
occurreret alius, qui baptizaret , istud non est imputan-
5 dum. 30. quæstio. 1. ad limina. ¶ Gloss. 3. † quærit , &
soluit . ¶ In gloss. sed nunquid, ibi, exigere] ar. 30. quæ-
stio. 1. de eo. & hoc tenent Goff. & Host. nisi ambo fuis-
sent in dolo : quia tunc ambo exigerent , & fieret com-
pensatio, ar. infra de diuor. significasti, & ff. de compen.
l. si ambo, secundum Goff. & Vin. all. de pœnis , consti-
tutus. Hostien. dicit, quòd neuter debet exigere, & neu
ter subtrahere , & hoc sonat litera superior, & infra eo.
contracto, in fi. sed melius facerent continendo [& in
fi.]secundum Vin.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio decretalis.*
*Compatrum filij, per quos ventum est ad compaternitatem ,
coniugi nequeunt : & coniuncti separantur, nulla contraria ob
stan. consuetu. & num. 2.*
*In alijs consuetudo metropolitana , vel vicinarum ecclesiarū
seruanda, si propria non est, nu. 2.*
2 *Consuetudo irrationabilis præscribi non potest, & quæ seruan
da si propria caremus, & nu. 3. 4. 8. & 9.*
Et quando est contraria, quid iuris. & nu. 3. 4. & 9.
3 *Impedimentum hic in casu speciali inducit , & ratio, nu. 10.*
Et quando habeat vim constitutionis, ibid.
*Ad consequentia, vel similia non trahendus casus specialis, et
num. 10.*
4 *Permittere, pro consistere, & approbare.*
*Dissimulatio reprobationis qualiter adhibenda, & num. 5. est
quadam comparatiua, nu. 6. & 11.*
Vicini non scandalizandi, ibid. & nu. 6.
5 *Per dispensationem non videtur quis iuri communi consenti-
re, in fi.*
6 *Est, pro esse debet.*
Resolutio verbi, ibid.
§. verum intellectus.
*Scandalum vitandum , pariter si diuersa teneantur. aliquibus
verti videtur in peccatum.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 8.*
Contra leges quod fit, per leges dissoluitur.
9 *Additio glossarum, & sequentibus.*
In baptizando quæ Mediolani consuetudo.
Præter formam quid facere non est peccatum.
10 *Matrimonium vt separetur in quibusdam casibus , posset hoc
facere constitutio canonica.*
*Papa si statuit , vt stetur diuersis canonibus secundum diuer-
sas consuetudines, quis contradicet.*

CA-

CAPVT III.

1 Super eo. Summatum est sup. cap. 1. & primo ponitur † quæstio. 2. ibi, Respondemus, responsio distinguens qualitatem filiorum. & secundum membrum ibi, Cæterum, quod distinguit inter consuetudinem resistētem. 2. ibi, verum dicebat Host. filij compatrum, per quos ventum est ad compaternitatem, coniungi non possunt, & si cōiuncti sunt, nulla contraria consuet. obstante separentur. In alijs verò consuetudo metropolitanæ, & vicinarum ecclesiarum ab illa suffraganea, quæ non habet certam consuet. seruari iubetur, quòd si ecclesia alicuius prouinciæ aliquam consuet. habeat alterius prouinciæ consuetudini contrariam, sub dissimulatione seruetur. & secundum hunc casum exponebat literam, vt per suas gloss. infra patebit [Vtrunque] vt quia leuasti filium meum, & ego filiam tuam, de quorum con-
2 tractu quere [Nulla ratione] etiam prætextu † consuetudinis, quæ non esset rationabilis, nec præscribi posset, supra de consuet. cap. fin. infra de consang. quod super his, secundum Hostien. [secundum consuet.] & in contrahendo, & in separando. vnde infra sequitur expositiuè [ita quòd si eandem &c.] secundum Hostiens. [Metropolitanæ] si in tua ecclesia non sit certa consuetudo. alioquin & si sit contraria consuetudini vicinarū ecclesiarū, ipsam sub dissimulatione seruabit, inf. c. verum [Imitari] hoc verum quo ad matrimonium contrahendum, non quo ad contractum T. imo & quo ad contractum, vt sequitur, Hostien. [Ita quod] hic redit ad primum casum, scilicet, quando filia, per quam contracta est compaternitas, contrahit. Alij intelligunt hoc de alijs filijs, & exponunt verbum, separare, ad pœniten. iam peragendam, non quo ad totum, vel imperpetuum. Innocen. qui nec plus notauit in hac decr. Hostiens. vero dicit dicendum, vt in suis gloss. infra & supra [inter eos] scilicet filios compatrum, per quos ad compaternitatem non est peruentum, sunt tamen geniti post compaternitatem [Permittas] si nondum est contractum. Goffred. [Consuetudinem] quæ tamen scandalum generet, si non seruaretur, supra eod. capit. 1. in fi. Hostien. [Separare] si intelligas de his, de quorum neutro facta est compaternitas, dic ad tempus ad pœnitentiam peragendam. & est si. de spon. cum in apostolica, §. fi. secundum T. Vincen. & Goff. secundum Hostien. [In perpetuum] & est † casus specialis, quo cō-
3 suetudo inducit impedimentum perpetuum non trahēdum ad consequentia, vel similia, vt dicam super gloss. [Non omittas] hic, si in ecclesia tua sit contraria consuetudo, & huic aduersatur §. verum, quod statim sequitur. secundum Hostiens. [Habeatur] specialiter in ecclesia tua, cū in alijs conuicinis sit consuetud. contraria. Hostiens. [talia coniugia) contracta per personas, per quas non est ad compaternitatem deuentum. & sic aduersatur primo præcedenti dicto, secundum Hostiē.
4 [Permittatur] idest sustineantur † & approbentur, & sic seruatur ibi ius commune, supra capitulo primo, cum tamen in alijs vicinis ecclesijs seruetur consuetudo contraria, secundum quam talia matrimonia separantur, & sub. non obst. tali consuetudine vicinarum ecclesiarum illud matrimonium dissimulare poteris, & debebis, ita, quòd non offendas ius commune, & ecclesiæ tuæ consuetudinem, nec tuum præstes assensum, nec scandalizentur inde vicini contrarium obseruantes: quia si scandalizaretur frater meus, non manducabo carnem in æternum, infra de no. oper. nunc. cum ex
5 iniuncto. §. super eo. sed † qualiter fiet hæc dissimulatio, cum non debeant sine licentia contrahi matrimonia, nec hodie sine bannis, de clan. despon. cum inhibitio, certè soluere non est leue, sed potest dici, quòd si impedimentum veniat coram episcopo, dicere potest, bene videtis, quod vicini talia matrimonia non sustinent, & quilibet, inquantum potest, debet cauere a scādalo proximi, tamen apostolica auctoritate mihi in hac parte concessa, vobiscum dispenso cum Deo. & sic non contradiceret, nec videtur de iure communi consentire, cum dicat, Dispenso auctoritate apostolica, nec dicit contra mentem, cum papa per hanc dec. sibi det hanc potestatē. & hæc est mens, cui standum est, infra de verb. signifi. intelligentia. & quod sequitur [Quia
6 sicut † graue est] idest esse debet [An. consuet. super his contemnere] tu scilicet qui non habes certam consuetudinem [Sic quoque grauius] propter plurium scandalū: quia plures sunt subditi vicinarum ecclesiarum, quam vnius tantum [Si propter eam] scilicet specialem consuetudinem tuæ ecclesiæ] Huius con. tuum in consensum] contra consuetudinem, scilicet vicinarum ecclesiarum [Cum posset sic in exemplum] scandalizantium vicinorum: quia forte aliqui ex his contraherent secundum consuetudinem propriam, & sic essent in scandalum alijs compatriotis suis, nisi separentur, & proprij prælati suam sequentes consuet. ipsos separarent, & sic ipsum scandalum verti videtur aliquibus in peccatum, & obloquerentur de prælatis: quia ipsos viderent diuersa tenere, at. de vit. & honest. cleric. Deum qui de voto, magnæ. §. 1. secundum Hostien. Dixit etiam ipse Hostien. posse poni casum, quod in vtrisque seruari debeat consuetudo, secundum quem casum dixit sic legendam literam, vt iste §. verum, respiciat primum responsum, & subaudi in fi. vbi dicit, Separare, nisi in tua ecclesia sit consuetudo, & huic aduersabitur illud, verum. & vbi dicit, Talia coniugia, dic contracta inter personas, per quas deuentum est ad compaternitatem, cum in vicinis ius commune seruetur. & quod dicit [dissimulare] dissimulatione comparatiua, de præben. cum iam dudum, secundum quosdam: imo inducente dispensationem auctoritate huius literæ, vt dictum est sup. & quod dicit [ita quod nec contradicere] ne, scilicet generes scandalum inter subditos [nec tuum &c.] ne offendas ius commune, & vicinos, & quod sequitur, hoc intēdit, quod sicut graue est non habenti certam consuet. contemnere super matrimonijs contrahendis consuet. vicinarum, ita est grauius propter offensionem iuris communis naturalis, & maioris scandali præbere assensum huiusmodi coniugijs contractis inter tales, per quos deuentum est ad compaternitatem, sed dicit Host. quòd primus intellectus magis sibi placet. fatetur tamen, quod cum ista consuetudo in nullo loco recipiatur, lectio hæc potius in subtilitate, quam in vtilite con-
7 sistit. ¶ Gloss. † 3. all. concor. signat contraria, & soluit, iterum arguit. ¶ Gloss. 4. soluit quandam obiectionem, cui solutioni dat finem, ponit demū opin. quam reprobat. ¶ Antepe. gloss. de taciturnitate notat tria. ¶ In
8 † gloss. 2. ibi, non dubium] quod contra leges fit, per leges dissoluitur. ¶ In gl. 3. ibi, l. de quibus] in casu, quo non habetur ius scriptum, inspicitur consuetudo loci in eo casu, vel simili, qua deficiente inspicitur vrbis Romæ. ¶ Gl. antepen. ibi. §. iuuitum [vide in præ. cap. nonne, super vlt. gl. ¶ In gl. fic. 12. ibi, quis nesciat] insti. de satis. §. vlt. [& ibi, tenetur seruire] si tamē seruata forma aliquis faceret, non peccaret, sicut Mediolanensis quæ prius lauat pedes baptizandorum, vt no. 1. quæst.
9 1. emendari [& in fin.] Ala. de hoc plenius. 1. dist. consuetudo, in gloss. 2. ¶ In gloss. intelligo, ibi, simili modo] non est verū: quia hæc consuetudo approbatur hac constitutione s'm Host. qui dixit, supra c. 1. quod sola con-
10 suetudo † approbata per papam inducit impedimentum, ne matrimonium contrahatur, & vt contractum separetur in quibuscunque casibus, hoc facere posset.

cons.:-

constitutio canonica, vt hic, & infra de consang. & af-
fin. quod dilectio, de cleri. coniug. cum olim. 32. distin.
placuit. & miratur, quomodo doctor aliquis sit turba-
tus de hoc, cum ex quo consuetudo approbata est per
papam, sit certum, quòd vim constitutionis habet, ex
quo in iuris corpore est redacta, supra de spon. cum in
a tua, de clande. despon. cap. fina. [a] Igitur si papa vult &
statuit, quòd secundum diuersas consuetudines stetur
diuersis canonibus, quis contradicet? ad alios vero si-
miles casus non prorogabimus hunc casum, cum dissi-
miles sint eo, quòd non habent pro se constitutionem
expressam. & cum Host. concor. Pe. vide quod dixi in-
fra de consang. & affin. quod super his [& ibi, quidam
tamen] Pe. His. Lau. T. Vin. Inno. ¶ In gl. talis † dissimu-
latio, ibi, approbationis] sed intelligas de illis, per quo
rum alterum contracta est cõpaternitas, est dissimula-
b tio reprobationis, [b] secundum Tan. i. comparatiua pro-
missio secundum Goff. ¶ In gloss. no. ibi, consentit] 86.
distin. tanta, & 1. quæst. 7. tanto. vtrobiq; de hoc, & ple
nius infra de reg. iur. is qui tacet, lib. 6.

ADDITIONES.

a ¶ C. fina. Consuetudo ergo in corpore iuris clausa ius est, quod facit ad not. per gloss. communis, & super illa Ioan. And. in cap. de constit. lib. 6.

b ¶ Reprobationis, de permissione dissimulationis vide, an valdet ut. & super illa Io. An. in capitulo quoris, de sup. ne. præla.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas efficax contrahitur ad matrimonij diremptionem inter patrem baptizati, & vxorẽ leuantis, & quo casu.*
Qualiter contrahatur n. 8. inter quos ibid. & nu. 6. 7.
2 *Filius spiritualis quis efficiatur leuantis eum à baptismo.*
Coniunctio in verbis domini, Quos Deus &c. quo intelligatur modo.
3 *Connubium quid hic.*
4 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 5.*
Per fornicationem an cõtrahatur cognatio spiritualis, et n. 7.
6 *Inter leuantes eundem de sacro fonte non contrahitur.*
7 *Coniuges sibi communicant actiones non passiones, & ratio.*
8 *Cognatio spiritualis quomodo contrahatur, & quotuplex sit, & supra num. 1. 2. 6. & 7.*

CAP. IV.

1 Martinus. C. Inter † patrem baptizati, &
vxorem leuantis prius ab eo co-
gnitam contrahitur compater-
nitas efficax ad matrimonium dirimendum. & duo fa-
cit, ponit quæstionem. secundo ibi, Nos autem, ipsius
solutionem. dicebat Hostiens. an Teberga vxor Lotha
rij quondam, qui consumato cum ea matrimonio fi-
lium Martini leuauit in Baptismo, cum dicto filio Mar
tini a lege Berthæ suæ vxoris soluto potuerit matrimo-
nialiter contrahere, quæritur quare tale matrimonium
tolerari non debet? Respondetur, & ratio quare non
2 ted ditur [Qui] Lotharius [Susceperat] & sic ipse † factus
fuit filius spiritualis Tebergæ, & parentes illius M. &
Ber. facti sunt ipsius Tebergæ compatres [Contraxit]
quæritur, an matrimonium stare possit] Verbum domi
ni] dicentis M. 19. & erũt duo in carne vna, quos Deus
coniunxit, homo non separet. 33. quæstio. 2. quos Deus.
Quod ergo dixit [coniunxit] intelligitur de coniunctio
ne animorum, & corporum. ad hoc supra de biga. debi-
3 tum. Vocat autem hic connubium † commixtionem
corporum nubentium: ideo dictum connubium: quia
aliter facta carnis commixtio est brutalis, quod dic vt
plenè no. in summa de matrimonijs. §. 1. ver. quod autẽ, in
prin. secundum Hostien. [Qui] Martinus [Extitisse] ante

4 compaternitatem. ¶ Vlt. † gloss. ponit versus, quos pri-
5 mò exponit. ¶ In † vlt. gl. ibi, quod dicitur] vt infra eod
tit. capitulo primo, lib. 6. [& ibi, si alter coniugum] de
fornicarijs no. 30. q. 4. si quis, dixit hic Innoc. quosdam
dicere contra, vt ibi etiam no. Io. ipse verò nihil appro-
bat. & vide quod dicam infra eo. capitulo primo, lib. 6.
6 super glo. 2. Dicit † autem, quod si duo leuent eundem de
sacro fonte, ipsi duo non prohibentur cõtrahere, quod
credo. & facit quod dicam infra ea. glo. secundum Ho-
stien. & istud dictum Innocen. tenet expresse ipse Ho-
stien. infra eo. veniens, dicens ibi sic corrigẽdum, quod
no. in sum. eod. tit. §. quot eius species, vers. & est ratio,
quia licet vnus, sicut ergo duo compatres carnales non
prohibentur contrahere, infra qui fi. sint le. tanta, sic &
duo spirituales. Est ergo prohibitio in duobus, qui sint
compatres diuersæ speciei. si. quod no. infra tit. 1. cap.
vno, circa fin. gloss. [& ibi, vetabor habere] dabat Ho-
7 stiens. versum, Ambos compatres † facit actio, passio
nunquam, & quæ sit ratio, quare vir & vxor actiones, &
non passiones sibi communicant, remit. ad ea, quæ not
in sum. eo. tit. §. quot eius species, & de hoc dixi infra c.
1. lib. 6. tractauit etiam hic id, quod habes expeditum
eo. tit. cap. vlt. eo. lib. s. de pluribus leuantibus aliquem
de sacro fonte, an scilicet omnes sint compatres. dixit
8 † etiam compaternitatem contrahi per naturalem &
spiritualem proximitatem simul iunctam, ponens ver-
sus, Vnus semper erit compatrum spiritualis: Alter car-
nalis, non fallit regula talis. Dixit autem, quod quicquid
scribatur, triplex tantum est spiritualis proximitas, &
illa semper dirimit matrimonium etiam contractum,
s. fraternitas, compaternitas, atque paternitas, omnes
quot nominaueris, ad istarum alterum referuntur, ex-
de vet. Dirimitur frater, compater, atque pater, de 1. 2.
c. 1. & 3. etiam si sit illegitimus, infra eo. adoptiuo non
est prohibitum, & sic concessum, de spon. cum apud. de
secundo hic, & c. veniens. de tertio. 30. quæst. 3. ca. 1. 2.
& 3. & in eo. ca. tua; secundum vnam lecturam in cæte-
ris remisit ad sum. eo. tit. Hostien. ¶ In c. gl. in fi.] secun
dum Ala. hanc glo. habes. 30. q. 3. in summa.

SVMMARIVM.

1 *Compaternitas per catechismum contracta an impediat, & dirimat matrimonium, & nu. 4.*
Contracta in fraudem ab vxore in communi filio quid efficiat, num. 2.
2 *Consanguinei præ cæteris admitti ad obijciendum contra matrimonium.*
Vix, pro non.
Debiti coniugalis exactionem perdit vxor, & quo casu hic.
3 *Affectus potius, quàm effectus attenditur in pœnitentia.*
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 5.*
Spiritus sancti dona quæ, remittit.

CAPVT V.

1 Contracto. C. Compaternitas † per cate-
chismum contracta impedit
matrimonium cõtrahendum,
sed contractum non dirimit. & duo facit. 1. ponit ca-
sum. 2. ibi, diffiniendum committit, & in commissione
prius diffinitionis exprimit causam vsque ibi, Ideoque 2
dicebat Hostien. Petrus Agatham in vxorem duxit, quæ
filium concubinæ eiusdem Petri in primo sacrati salis
pabulo tenuit, propter quod hoc matrimonium accusa
tum fuit, dicitur, quòd talis spiritualis proximitas vix
matrimonio contrahendo impedimẽtum præstare po-
tuit, & contractum nullo modo soluit, detur tamen pœ-
nitentia Agathæ, si hoc in fraudem fecit [Consangui-
2 nei] hi præ cæteris † sint admittendi, dicetur de hoc in-
fra,

fra, qui matri. ac. po. videtur. Hostiens. [Vix] i. non. Phi.
a hoc est falsum, infra eo. capitulo secundo, libro 6. ? [Li-
center] alias licitè. & dicit hoc ideo, quia & si post con-
tractum matrimonium vxor in fraudem etiam commu-
nem filium tenuisset, hoc facere posset: sed vxor ipsa
non licitè exigeret debitum, vt no. supra capitulo se-
cundo, vnde sequitur [sine postea &c.] Hostien. [Fraudem] tenendo filium post matrimonium contractum, credens per hoc se viro subtrahere. Hostien. [Pœnitentias.] quare hoc cum nec impedimentum attulerit? Re-
1 spon. quia in † pœnitentia potius attenditur affectus, quam effectus, vt patet 15. q. 6. cap. 1. in fi. 23. quæst. vl-
tim. qui periurare. & ideo quia hic animum fraudandi habuit, est ei pœnitentia imponenda, quod dic vt no.
4 sup. capitulo secundo, secundum Hostien. ¶ Glo. 2. † ponit lecturam, quam reprobat. ¶ Vlt. gloss. respon. per q. an catechismum &c. & tria allegat, quòd non, & duo in cōtrarium: ponit tres opi. & tertiam improbat, hinc decre. respondens, Demum in fi. illam approbat. ¶ In
5 † glo. 2. ibi, quidam] Hu. & Goffr. & in fi.] quia illa non fuisset Petro commater, cuius contrarium videtur dicere decre. 2. infra eo. tit. lib. 6. ¶ In glo. ex hoc, ibi. ca. 1.] vbi de hoc [& ibi, Spiritussancti] quæ sint, dixi supra de sum. Tri. super glo. rubricæ (& ibi, alij dicunt, quod per) Ala. Ba. & Go. & Na. [& ibi, sal.] dicebat G. & Na. quòd cum forsan alius teneret illum in catechismo, cœpit illi fluere sanguis de naso, & tunc mulier ista aliquantulum illum tenuit non intentione cognationis habendæ, & sic non fuit commater, contrarium prædixi in fin. 1. gloss. [& ibi. T. dixit] Da. Lauren. Vincen. Phi. Goffre. Rai. & Host. Innocentius non approbat [& in fin.] & ita est expeditum, infra eo. tit. cap. 2. lib. 6.

ADDITIO.

a ¶ Lib. 6. Quia quod vix fit, tamen fit; vt ibi, & in l. vix certis, ff. de iudi. aliquando pro non, vide Ioan. And. in c. illo, super glo.

SVMMARIVM.

1 *Cum leuante si pater baptizati contrahit postea matrimonium, separari debebunt.*
Matrimonium contrahere homines diuersæ nationis & linguæ possunt.
2 *Compaternitas an contrahatur per procuratorem.*
Mulier potest facere filium spiritualem, non adoptiuum.
4 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 4.*
Sponsalia rumpuntur per compaternitatem; item per affinitatem, item per adoptionem superuenientem.
Superueniens ius attenditur & quibus casibus hic.

CAPVT VI.

a Veniens. C. Si pater † baptizati postea contrahit matrimonium cum leuante, separari debebunt, non diuiditur [Anglicus] & Teutonicus & Anglicus potest cum Latina muliere contrahere, & si non intelligant, recurritur ad communem intellectum verborum, supra de spon. ex literis, & cap. ad id quod, Hostien. [Mulierem] siue solam, siue cum alijs, iuxta eo. cap. fi. primo respon.
2 lib. 6. Et no. pro † opin. domini mei, qui tenuit, quòd compaternitas contrahitur per procu. non ob. quod dicitur de adoptione per l. neque, & in l. adoptionibus, & l. post mortem. ff. de adopt. nam constat, quòd mulier adoptare non potest, instit. de adop. §. fœminæ. C. eod. l. mulierem, & no. 56. distin. Imahel: & tamen potest filium spiritualem facere, vt hic, & infra capit. fin. lib. 6. idem istud perpetuum cognationis vinculum. illud
a tpale, terminauit a cōtrarium. per c. de his, & c. seq. 30. q. 1. quod vide in Merco. super regula, potest quis, de reg. iuris. libro 6. [Viri] scilicet prædicti, idest Anglicis Hostiens. ¶ Gloss. 1. † respon. per quæstio. de qua requirit. ¶ Gloss. 2. per quæstionem, quam soluit. ¶ In
4 † glo. vltam fin. secundum Vin. & T. Sponsalia vero rumpuntur propter compaternitatem superuenientem, sicut & propter affinitatem, infra tit. 2. ex literis, & c. fi. Host. & idem dicit de adop. superueniente per decret. vnicam, infra tit. 1.

ADDITIO.

a Terminaui. Et idem Archid. eo. tit. c. 1. lib. 6. & idem Barto. in l. Gallus. §. forsitan. ff. de lib. & post hu. & ibi quid de legitimatione, & an syndicus vniuersitatis habens ad hoc mandatum possit leuare, & contrahere compaternitatem, tenet Fede. de Senis. quòd non cum singulis, per capitulum, qui manumittere. 12. q. 2. vide ipsum consil. 41.

SVMMARIVM.

1 *Compatrum duorum filij, si contrahant, quo casu separentur, & qui n. 2.*
Impedimentum matrimonij scienti, illud denuntiare contractus tempore tenentur.
2 *Lectio vera huius capituli quæ.*
3 *Conscij cum nomine qui intelligantur.*
4 *Epilogus, & additio glossarum.*
In denuntiatione facta ad peragendam pœnitentiam quæ non admittantur.

CAP. VII.

1 Tua nos. C. Si filij † duorum compatrum, per quorum alterum dicentium est ad compaternitatem, contrahant, separantur, & tempore contractus scientes impedimentum illud denunciare tenentur. & sunt duæ partes. In 1. trimembris consultatio. in secunda cuiusq; respon. ibi super quo. Dicebat Hostie. secundum vnam literam quæritur, vtrum quis possit filiam suam ducere in vxorem? secundum aliam quæritur hic de sorore spirituali. & dicitur quod non, secundò quæritur, si contraxerūt, an debeāt separari? Responsetur q̄ sic. tertio vtrum conscius teneatur hoc manifestare? & respōdetur q̄ sic [An natus]
2 i. q. [Compatris † sui] vera litera, Compatris patris sui. i. sororem suam spiritualem. & fuit errore scriptorum litera corrupta, quod patet ex eo, quod supra dicit, Natus ante compaternitatem. Si enim intelligas de filia spirituali, certum est, q̄ compater fieri non potest nec patiendo, nec leuando, qui nondum erat natus, ad hoc de consti. cum accessissent, cum similib. fit autem quæstio de prius nato: quia facilius prohiberi solent, qui nati sunt post, s. c. 1. [Copulare] nō, vt sequitur. *Host.* [Et si] secunda quæstio [Separari] sic, vt patet j. [& an conscij] tertia quæstio. & dic quòd sic, vt sequitur, Host. qui
3 arguit ex illo † verbo conscij, quod loquitur etiam de personis turpibus, & participibus, in auct. de leno. col. 2. [Accusare.] i. denunciare, vt patet in fi. [Quod huiusmodi] solutio primę quæstionis [Et si] sol. secundæ [Et
4 qui] solutio tertię. ¶ Vlt. gl. † arguit, signat contrarium, & ibi remittit. ¶ In glo. ibi, spiritualem] hoc nec secundum istam, Compatris, nec secundum literam, Compatris patris, videtur procedere; sed dic filiā carnalem. ¶ In glo. vlt. ibi, denunciationem] hoc intelligas secundum Host. de denunciatione, quæ fit ad pœnitentiam peragendam, nec enim debet in ea peccator de iuris apicibus litigare, nec libellum petere, nec correctionem differre. & si faceret, audiendus non esset, ar. ff. de libe. cau. l. 1. 2. & 3. ff. de neg. gest. soluendo, 3. de excep. exceptionem. de hoc supra de despon. impu. attestationes, de

iureiur.

furetur. quemadmodum, in fi. sed nec potest talis poenitere, nisi mulierem illam abijciat, de spon. du. c. 2. de spon. veniens. 1. in fi. c. ex parte [& in fi.] secundum Ioã. & de re. iu. cum quid vna via, lib. 6.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium de facto contractum inter baptizatum, & filiã baptizantis debet separari.*

2 *Copula sequens affidationem de futuro efficit matrimonium praesumptum.*

Cognatio spiritualis ex baptismo contracta est exceptio peremptoria, vide nu. 5. exceptio, & contrahitur etiam laico baptizante, num. 3.

Exceptio peremptoria potest opponi quandocunque ante sententiam, & in casu hic etiam post sententiam, & in causa appellationis, nu. 3.

3 *Baptizare etiam laicus potest ex necessitate.*

Cum de animae periculo agitur omnis cessat subtilitas, et rigor.

4 *Sceuola mos respondendi de iure quis fuerit, quem hic pontifex imitatur.*

6 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 7.*

Baptizans sacerdos contrahit affinitatem spiritualem cum baptizato.

Officij necessitas hic non excusat.

C A P V T VIII.

1 Ex literis. C. Separari † dêt matrimonium de facto cotractũ inter baptizatũ, & filiã baptizãtis. & in prima iudicũ,
cõsultatio super diffinitiua. in secũda mĩsio ibi, Mandamus. dixit Host. Ala. filiam sacerdotis, qui ipsum baptizauerat, affidauit, & cognouit, quod cum mulier ipsum petens probasset, publicatis testibus, ꝙ soror sua spiritualis esset, obiecit, officialis cõtra ipsum hac exceptione repulsa sententiam dedit, a qua sedem apostolicam appellauit, dicitur, ꝙ si ita est, sententia non tenuit, & separandum est matrimonium, quia contrahi non po-
2 tuit [Affidatam] forte per † verba de futuro, sed per copulam, de qua sequitur, statim fuisset matrimoniũ praesumptum, nisi aliud fuisset impedimentum, ipse tamen Ala. hoc negabat, & ideò conuictus fuit per testes, vt sequitur, Host. [excipiendo] peremptoria erat haec exceptio, & ideò poterat opponi quandocunque ante sentẽtiam. & in hoc casu etiam post sententiam, supra de re iudi. lator, & c. consanguinei, in Phi. [Sacerdos extitit]
3 maxime secundum Vin. nam idem † in laico baptizante, quod in necessitate facere posset. & licet sine necessitate faceret, tñ tenuet. & per hoc videtur, ꝙ filia ista fuerit illegitima, & facit ad id, quod no. infra tit. 1. ca. vno: potuisset tamen fuisse legitima [Baptizauit] ĩ. eo. c. 1. lib. 6. [Non admissa] nec videbatur admittenda. 1. quia vir negauerit veritatem, & conuictus fuit per testes. ergo audiri non debet, ar. supra de solu. is qui. Itẽ quia publicati erant testes, supra de testib. in causis. & propter alias rationes, quas dicam super gl. sed dic, ꝙ omnis subtilitas & rigor cessat, ex quo agitur de periculo animae, vt dictum est supra c. prox. in fi. & supra de despon. impu. attestationes. vnde nec in hoc casu transit sententia in rem iudicatam, nec est appellare necesse,
4 de re iudic. lator, secundum Host. [Si est ita] moro † Scaeuolae, supra qui cle. vel vo. insinuante, quae clausula omnia superiora respicit. ĩ. de rescrip. olim. Host. & no. ex
5 † hoc Abb. peremptoriam probari posse in causa appellationis [Perpetuum] appa ret impedimentum, nisi forsan obstaret consuetudo contraria, quae scandalum generaret, quod dic, vt no. ĩ. c. super eo. Host. ¶ Gl. 1. for-
6 tificat † textum. quaerit, & soluit, solutioni respondet, & dat simile. secũdo quaerit, arguit, negatiuè soluit cõtra-
7 rii. ¶ In † gl. 1. ibi, officialem [innitebatur forte opinioni T. qui hoc tenebat in libel. T. de fraternitate spirituali, vel fm Goffred. putauit non esse impedimẽtum 1 quia sacerdos hoc ex necessitate officij faciebat, alleg. ad hoc Host. 30. q. 1. ad limina. C. de inoff. test. patentibus. C. de admi. tu. cũ quaedam. ff. ex quibus causis mai. quia videlicet. ff. de inoff. test. aduersus. §. fi. & l. ff. de rei ven. inter officiũ. ff. de fur. seruus cõis. §. qui verò. ff. quẽ admodum te. aperi. sed siquis. sed si certum est, ꝙ baptizando, & leuando contrahitur spiritualis proximitas, vt ĩ. e. c. 1. nec prodest, quod dictum est de officio: quia fit ẽt, vt pater inde puniatur, & a peccatis talibus ipse & similes abstrahantur, ar. quod le. & no. de filijs pres. literas. & sic respicit ipsorum cõmodũ. 12. q. 1. percipimus. & aduerte, quia per hoc videtur Host. intellexisse hoc de filia illegitima. nec ob. fm eum, ꝙ non inuenitur expressum: quia pp identitatem omnimodam idem omnino fuerat sentiẽdum. ĩ. de transla. epi. inter corporalia. §. 1. sed forte videbatur dubitatio, quasi sacerdos nõ includatur, sicut nec tabellio in numero testiũ. sed huic respondet per illud, aut non intelligo, de quo dubitas, aut fatua est interrogatio tua, quia, si ille, qui leuat cõpater efficitur, multo magis, q baptizat, ar. ff. de testa. Domitius Labeo [& ibi, de sacro fonte) quod dic vt ĩ. e. c. vlt. lib. 6. (& ibi, Cum filia) maius erat quaerere de ipsa filia ad poenitentiam recepta (& ibi, Est filia) imò filia filij secundũ casum propositum (& ibi, Omnes quos) vbi idem no. Io. nec ibi prohibetur matrimonium, sed fornicatio, secundum Vin. (& ibi, Sed non est ita) vt infra eo. c. vlt. in fi. lib. 6

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tit. li.*

Cognationis legalis duae species, & quaenam sint.

Arrogatio, & adoptio quid, & vtriusq; effectus qui, & n. 3.

2 *Adoptio coram quo fieri possit, & a quo, num. 4.*

Arrogationis specialia quae.

De cognatione legali. Rub.

1 ¶ Viso † de spirituali cognatione, de legali videndũ est secũdum Da. & Gof. de hac 30. q. 3. c. 1. dicebat hic Host. ꝙ legalis cognationis duae sunt species. vna transit in nome speciale, & dicitur arrogatio: alia remanet in generali. & dr̃ adoptio. ff. eo. l. 1. §. fi. arrogatur pater familias, & trãsit in potestatem patris, & acquirit quasi omne ius, quod habet filius naturalis & legitimus. adoptatur filiusfam. & remanet in potestate patris naturalis: ab intestato tñ succedit legitimo, & hoc nisi ab auo paterno, vel materno fiat adoptio. nam tunc, quia iura sanguinis, & ciuilia simul concurrunt, transit in pote-
a statem adoptantis, ponit ver. Arrogo, [a] qui suus est, & habet meus esse necesse. Patris adopto suum, nec patris desinit esse, probatur hoc ff. e. l. 1. & 2. & l. si arrogato, &
2 instit. eo. & C. e. cum in adoptiuis. Potest † autem fieri adoptio coram quolibet competente magistratu. ff. eo. l. 2. & de officio proconsulis. l. 2. in arrogatione tamen impuberis, quae fit auctoritate imperiali, sunt quaedam specialia, de quibus habes ff. e. si pater. §. fi. & duabus ll. seqq̃ẽtibus, & l. non aliter, & l. his verbis, & l. hoc añt.
3 dicitur autem adoptio † ciuilis quaedã propinquitas legaliter facta, per quam quis filius, vel nepos, vel deinceps, vel frater, vel affinis, licet naturaliter non sic reputatur, plenè naturam imitans. ff. eod. l. adoptio, & l. nec
b ei. §. eorum, [b] & §. praeterea, & l. siquis nepotem, & insti.
4 eo. §. licet. masculus † verò tantum & sui iuris adoptare potest, siue filios habeat, siue non, dummodo illum, quẽ adoptat 18. annis praecedat, vt sic omnino certum sit eum potuisse illum generare. nam & necesse est, quòd talis sit pater, qui generare posset aliũ saltẽ de facto. ergo presbyter quò ad patrimonialia adoptare potest, argu. pro & contra, instit. de adoptionibus. §. illud, & in iuribus

bus sequentibus. Mulier autem adoptare non potest, nisi ex causa principali rescripto hoc fuerit impetratum, ff. eo. l. 2. §. illud. & l. si pater. §. fi. & l. se. & l. arrogato. §. pe. & insti. eo. §. sed illud, & §. minorem, & §. fœminæ, sicut hæc omnia, & alia, quæ hic deficiunt, in summa eo. tit. plenius no. Hostien.

ADDITIONES.

a ¶ Arrogo. Vt instit. de adopt. §. sed hodie, & C. eo l. cum in adoptiuis, & ibi vide docto.

b ¶ Eorum. Ibi vide Bar. quid iuris, si iudex omittat aliquod ex illis specialibus an valeat.

SVMMARIVM.

1 Adoptare quis non potest sibi fratrem vel sororem.
Soror mea quomodo efficiatur legalis, & nu. 2.
Adoptio vt teneat, & præiudicet matrimonio, qua seruanda, & num. 2. & 7. quandiu duret, & impediat, nu. 4. & 7. ex ea quæ nascantur prohibitiones, & inter quos. nu. 5 6.
2 Filiam facere potest imperator per actum ciuilem, tanto fortius Deus per spiritualem.
Forma non seruata actus nihil valet, & nu. 7.
De solennitate idem iuris.
Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 4.
Causa cessante cessat effectus.
3 Additio glossarum.
Cognatio spiritualis contrahitur inter parentes filij illegitimi & leuantem illum filium.
Item inter ipsum, & filios leuantis.
Ioan. And. videtur hac commentaria scripsisse post aditiones ad Specula in fin.

CAP. I.

1 Si qua. Breue est [Per adoptionem] paternam. non enim † potest quis sibi fratrem, vel sororem adoptare. C. de hære. instit. nec apud, secundum Vin. [Mihi soror] puta pater naturalis & legitimus coram aliquo magistratu veniens, aliquã puellam extraneam in filiam suam recepit, & ipsam affiliauit, sicut vulgariter dicitur in prouincia, ipso iudice hoc probante & auctorizante. ff. eo. l. 2. Nam ex quo est filia patris mei, & si ipsam ab alia vxore habeat, sci-
2 licet a lege, tamen soror mea est. & si imperator † potuit filiam facere per actum istum ciuilem & solẽnem, multo fortius Deus per spiritualem. 30. q. 3. ca. 1. Quid ergo si hæc forma seruata non est, sed in domo per se coram vicinis pater meus hãc puellam recepit in filiam, sicut fit sæpe? non puto ex tali affiliatione fieri præiudicium matrimonio etiam contrahendo, nec tali filiæ aliquod ius acquiri: quia deficiente forma, atque solennitate deficit adoptio, siue filiatio, ad hoc sup. de rescrip. cum dilecta, in fin. & de elect. quia propter. §. aliter, & cap. ecclesia. 2. §. denique, cum suis concor. nam hæc solennitas est de substantia, qua deficiente nihil valet quod agitur. ff. de contrahen. empt. & venditionibus, & l. se. & l. pacta, & sunt super hoc leges expressæ. C. de proba. non nudis, & l. non epistolis. Hostiens. ¶ Gloss.
3 1. arguit à cõtrario, & quòd † cessante causa &c. secundo ponit differentiam inter adoptionem, & arrogationem, dicit demum, quid de ascendentibus, item quid de adoptato, arguens quod potest sicut & cum illegitimo recitat opinionem contrariam, quam approbat. demum quærit de adoptiuis inter se, & soluit, iterum quærit, an hoc impedimentum dirimat. ponit duas opinio
4 nes contrarias. ¶ In † gloss. 1. ibi, sed si qua] vbi ad literam sunt hæc verba [& ibi, per adoptionem] sequitur, quæsita fraternitas eousque impedit nuptias, quandiu manet adoptio [& ibi, Adoptandis] sed remanet in potestate sui patris, vt ibi [& ibi, in omni] sequitur. fere iure finita patris adoptiui nullum ex pristino reti-
5 netur vestigium. ¶ In † gloss. 1. ibi, hoc dicitur] & carnalis, de qua infra titul. 2. [& ibi, qui etiam] est & alia prohibitio perpetua inter adoptantem, & vxorem adoptati, & adoptatum, & vxorem adoptantis. ff. de ritu nup. adoptiuum. 1. respon. Goff. Innocen. & Hostien. ipse tamen Hostien. dixit, quosdam dixisse, quòd non separetur matrimonium, nisi quando filia, vel soror ducta est: quia in canonibus de pluribus speciebus non habemus expressum, verius tamen videtur, quòd qua ratione de istis exprimitur, eadẽ ratione sit hoc etiam de alijs intelligendum, ar. op. in eo, quod l. & no. supra de constitutionibus, translato. vnde & serio hæc apposita est rubrica non in specie, sed in genere, vt det nobis auctor intelligere, quod sub ea includantur non solum duæ species supradictæ, sed etiam omnia, quæ pertinent ad rubricam. vtinam tamen hanc prohibitionem & publicæ honestatis iusticiam prouenientem ex nudis sponsalibus papa reuocasset. Hostien. [& ibi, pos
6 set dici] secundum Hug. & hoc † tenet Innocen. & Pe. hoc tenere videtur exponendo, soror esse cœpit, quia pater arrogauit eam [& ibi, sic & potest dici] secundum Vin. & Innocen. [& ibi, spirituali] Idem Innocen. vt dixi secundum eum super rubrica. supra cap. proxi. & Hostien. supra tit. proxi. Mar. & ad hoc benefacit supra tit. proxi. cap. vlt. vt ibi dixi, & bene etiam eo. tit. contracto. nam si inter parentes filij illegitimi, & leuantem illum filium contrahitur compaternitas, eadem ratione inter ipsum, & filios leuantis [& ibi, alij dicunt] Dalau. T. Vin. Gof. Phi. & Host. & G. in eo. tit. in princ. [& ibi, per emancipationem] factam coram competenti iudice, cui etiam de consuet. competat, & ipso hoc auctorizante nõ soluetur hoc vinculum. C. de emanc. l. 1. & vltim. Sicut ergo sine auctoritate iudiciali contrahi non potuit, vt dictum est super textu, sic nec dissolui. ad hoc infra de reg. iur. omnis res. facta vero tali relaxatione deficit causa prohibitionis & per consequens & effectus. de ap. cum cessante. ff. de pact. quod dictum est. Host. [& ibi, dicunt quidam] hoc placet Guil. in Spec. eo. tit. in princ. & omnino vide, quod pro hoc dicto ibi scripsi [& in fin.] hanc gloss. habes 30. quæstione 4. in summa.

SVMMARIVM.

1 Dispositio. siue continuatio tituli.
2 De cognatione affinitatis ex copula cum consanguinea, vbi alibi, quòd in iure canonico loquantur.
Ex ea qui nascantur effectus, num. 1.
3 Incestus quomodo contrahitur, & quid efficiat.

De eo, qui cogno. consang. vxo. suæ, Rub.

1 Viso † de cognatione spirituali, & legali, de carnali erat videndum: sed quia ex copula consanguineæ vxoris oritur affinitatis cognatio, de qua dubitari posset, an matrimonium dissolueret, ideo ponit hanc rubricã,
2 de † materia. 32. q. 7. quædam. cum duobus capitulis sequen. & c. concubuisti, & ca. si quis eum. 33. q. 2. in quatuor vltimis capitulis, & dixit Host. super hac rubrica,
3 quòd † virtus tituli consistit in hoc, si cognoscatur consanguinea vxoris, incestus committitur: non tamen propter hoc matrimonium præcedens dissoluitur, vt infra cap. 1. & c. discretionem. transmissæ. & cap. Iordanæ. sed si cognoscatur consanguinea sponsæ de futuro, soluuntur sponsalia, infra eo. iuuenis. 1. 2. et c. fraternitatis, et se.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *Affinitas superueniens rumpit ſponſalia de futuro, ſed non diſ ſoluit matrimonium de præſenti.*
Quando ſuperuenire dicatur, eſt impedimentum, nu. 1. in fin. etiam interueniente vi, num. 4.
2 *Filia vxoris priuigna dicitur.*
Inceſtuoſus qui filiam vxoris cognouit, an poſſit exigere debitum.
An habere priuignam vxorem.
Si de iure contrahere debet.
Honeſtas publica eſt impedimentum, in fin.
3 *Inuita tracta non dicitur committere inceſtum, & nu. 4.*
Poſſe pro debere.
Epilogus, & additio gloſſarum.
Vis non excuſat à contractu affinitatis.

CAP. PRIMVM.

Si quis cũ. Breue eſt. Dixit Hoſt. tria quærũtur, & tria ſoluuntur, dicebat hic
1 Abb. † totus titulus hoc intendit.
Affinitas ſuperueniens rũpit ſpóſalia de futuro, ſed no
diſſoluit matrimonium de præſenti. Dr̃ aũt ſuperuenire
affinitas qñ contractis ſponſalib. vel matrimonio ſpon
ſus cognoſcit conſanguineam ſponſæ, vel èconuerſo,
ſm Abb. ſed alia dicuntur, quæ videbis j. [Filiæ] i. filia
2 † vxoris, quæ alio nomine vocatur priuigna. j. eo. tranſ
miſſæ [Nec filiam] ſecundum dictum. fuerunt enim tria
dicta. primum, an inceſtuoſus, qui filiam vxoris cogno-
uit, ab vxore poſſet exigere debitum, dicitur ꝙ non. ſi
filiaſtram poteſt habere vxorem? dicitur ꝙ non, ſi de
iure inceſtuoſi contrahere debent, dicitur ꝙ non, ſm
Hoſt. [Nunquam] propter affinitatem, quorum quod-
libet per ſe ſufficiens eſt impedimentum [nec filiaſtra]
3 tertium dictum ſub. ſi conſenſit. ſecus, ſi fuiſſet † inuita
tracta: quia tunc non commiſiſſet inceſtum. j. eo. diſcre
tionem. Hoſt. [Potuerunt] id eſt debebũt. ¶ Gl. 3. & vlt.
tñ. poſſunt per quæſtiones. vel textualiter, ſi placet. ¶ In
4 gl. 2. in † fi.] Ala. tunc enim excuſatur ab inceſtu, vt ibi
dicitur: affinitas tamen nihilominus inſurgit ex hoc fa
cto, infra eo. diſcretionem. Hoſt.

S V M M A R I V M.

1 *Affinitas ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro, ſed non matrimonium.*
Inceſtuoſus contrahere non poteſt, & nu. 4.
2 *Diſpenſatio eſt neceſſaria quandocunq; fit aliquid contra ius.*
Diſpenſare non videtur, qui confert quid abſq; diſpenſatione, quam facere poterat.
3 *Ordo contextus quis.*
4 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Sponſalia cum filia cognita diſſoluuntur per cognitionem poſteriorem matris ſponſæ.
Copula quo caſu impediat matrimonium cum filia & matre, & cum alia.
5 *Debitum coniugale quo caſu hic exigi non poſſit, licet reddi.*
Caſus fortuitus non imputatur.

CAPVT II.

1 Veniens. Affinitas † ſuperueniens diſſoluit ſponſalia de futuro, ſed non matrimonium. inceſtuoſus cõtrahere nõ
poteſt. decisa conſultatio, & diſtinguens reſponſio. ibi,
inquiſitionis. & 2m membrum ibi, cæterũ dicebat Hoſ.
quidam matrem ſponſæ cognouit ſi ſponſa nunquã car
naliter adhæſit, datur ei pnia maior, q̃ pro adulterio, &
ex diſpẽſatione cũ alia ꝯhere põt. alioquin nec eã, nec
2 aliam ſibi põt vxorẽ hr̃e [Diſpẽſatione] no. ꝙ † ſiue aga
tur de clericis, ſiue laicis, quãcunque fit aliquid ꝯ ius,
neceſſaria eſt diſpenſatio, ſm Inno. vide qđ dixi de ſta.
mo. cum ad mon. ſuper vl. gl. ad fi. & per hoc patet, ꝙ ſi
eps iniuſtè confert beneficium, qđ diſpenſando poſſet
iuſte conferre, diſpenſare non videtur, quod dic, vt no.
2 j. de ſciſma. c. 2. de filijs preſ. veniens.[a] Hoſt. [Cęterũ]
3 ita † ordina. cæterum ſi ſponſam cognouit ante, quam
matrem, nunquam eam. ſ. matrem, vel aliam. ſ. a ſponſa,
ea mortua [Poterit] &c. Cæterum, ſi ſponſam cognouit
poſt. ſ. matrem, nunquam eam. ſ. ſponſam, vel aliã &c.
4 Abb. ¶ Gl. 3. † obijcit, & ſoluit. ¶ In gl. 1. ibi, de futuro]
vel intelligas etiam de præſenti. & tunc quod dicit j.
eum poſſet cum alia contrahere, dic verum, mortua pri
ma, Hoſt. ¶ In gl. 2. in fi.] vel prius, Hoſt. ¶ In gl. 3. ibi,
b nec etiam tantũ] ſup. vt adulter,[b] [& in fi.] vxorem. ſ. pa
tris T. ¶ In gl. vide ſtatim, ibi, præſumptum] hoc verũ,
cum tpe, quo eam cognouit, erat ſpõſa. Si verò prius co-
gnouiſſet, & poſt eam deſponſaſſet de futuro, & ante-
quam iteraret copulam cum ſponſa cognouiſſet matrẽ,
tunc ſoluta eſſent ſponſalia, nec matrem haberet, nec fi
liam, nec cum alia contrahere poſſet propter inceſtum.
& hoc probatur de ſpon. veniens. 2. & ſecũdum hoc in-
tellige gloſſ. ſup. Ioan. And. ¶ In gl. ſ. matrem, ibi, nõ te
5 net] quia † non habebit ipſe illam, ſed illa habebit eũ.
Ipſe enim nõ poterit exigere, ſed tenetur reddere, vt di
ctum eſt ſupra c. prox. & ſic erit viro matrimonium one
roſum. Signat autem ad hoc contrarium, ſupra de con-
iu. lepro. quoniam. §. fi. & ſoluit, quod hic naſcitur exce-
ptio ex proprio delicto, ibi non poteſt oriri ex caſu for-
tuito, qui nemini eſt imputandus, infra de homi. Io. vel
dic, quòd quamuis non debeat petere, vt hic, exacta ta-
men tenetur reddere, vt ibi, quod intelligitur ſecundũ
ea, quæ no. infra eo. tranſmiſſæ, in fi.

ADDITIONES.

a ¶ Veniens. Et ad hoc vide gl. no. & in principe idem dicentem in le. fina. ff. de adop.
b ¶ Vt adulter. imò videtur adulter, infra eo. diſcretionem, & ibi gl. illud in ſponſa de præſenti, licet non cognita.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium non ſeparatur ad dictum vnius.*
2 *Notorium ex re publica procedit.*
Tacendum eſt quod illicitum eſt & probari nequit.
Vnius dictum regulariter non ſufficit.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*

CAPVT III.

1 De illo qui. C. Nõ ſeparatur † matrimoniũ ad dictum vnius aſſerentis affinitatem inter coniuges præceſ-
ſiſſe. dicit Hoſt. frater aſſerit ſe cognouiſſe fratris vxorẽ
ante, quam ei matrimonialiter iũgeretur. ſi hoc nõ põt
conſtare dilucidè, tacere debet, nec auditur [Notoriũ]
2 puta † quia publicè eam detinebat. C. de nup. ſi vicinis,
& parentela notoria erat, infra de diuortijs, porrò. Hoſ.
[impetere] quia ex quo non poteſt probari, debet tace-
re, ſecundum Innoc. 6. q. 2. ſi tantum, & c. placuit. 2. q. 7.
plerique. dictum enim vnius regulariter non iuſtificat,
nec condemnat. 33. q. 2. admonere. de hoc de teſti. li-
3 cet vniuerſis. ¶ Gl. † 1. poſſet reſpon. per contrarium.
¶ In gl. 1. ibi, non præiudicat] & ideo tex. dicit illam oc
caſionem, non dixit cauſam, ad hoc de ma. & ob. ſolitæ
[& in fi.] ſecundum Ala.

S V M M A R I V M.

1 *Inceſtuoſus matrimonium contrahere non poteſt, ſed ſi contrahit, tenet.*
2 *Priuigna quæ dicatur.*
Ignorantia excuſat ab inceſtu.
Ad vomitum redire qui dicantur.
Illicita pro ſera.

Res pro causa.
3 *Coniux quo casu dicatur non habere vxorem, sed vxor ipsum.*
Continere si quis non potest a debiti coniugalis exactione prohibitus, quid iuris.
Debitum coniugij quando quis cum dolore debeat exigere & qualiter, an incestuoso debeatur ab vxore, nu. 5.
4 *Vir tenetur semper vxori subministrare, & ob id recipit fructus dotis.*
5 *Per reconciliationem vxor amittit ius repellendi virum incestuosum, & quomodo fiat.*
6 *Epilogus, & additio glossarum.*

C A P V T IIII.

* Transmissæ. C. Incestuosus † matrimonium contrahere non debet, si contrahit, tenet. sunt duę partes.
consultatio, & responsio, ibi, Quia vero. dicebat Host.
quidam vxore defuncta priuignam propriam cognouit, & secundam vxorem duxit, & ad priuignam rediit,
tenetur prouidere vxori, & ei cohabitare, debitum tamen non exigat, sed cum dolore cordis reddat, si fuerit
exactus, pro incestu & adulterio pœnitentiam arbitrariam agat: nec vnquam cõtrahet, si superuixerit [Eius]
2 vxoris mortuæ [Priuignam] quæ filiastra † vocatur, s. c. 1. [Cognouit] scienter, & sic committit incestũ, de quo
pœnitentiam debet agere, vt dicit in fi. Host. [Vomitũ] 2. quæst. 2. de pę. dist. 3. irrisor. hoc autem dr̃ facere quilibet peccator, qui post pęnitentiam ad peccatum, quod
fuerat confessus, reuertitur, ſm Host. qui dicit hoc probari per Greg. de pę. di. 3. si autem dicunt [Illicita] i. ferrum, tem siue causam. Mel. [Vxori] quã duxit post mortem primæ. Host. [Dolore] vt videatur magis pati, quã
3 agere 6. di. testamentum, Goff. 7. q. 1. scias. & sic † non habet vxorem, sed vxor habet ipsum, vt no. supra c. veniens. & hoc debet intelligi secundum Hostię. quando
continere potest: alias de licentia ecclesiæ poterit exigere, sicut & contrahere, cũ maius sit cõtrahere, quam
exigere, arg. supra de decimis, ex parte 3. talis vero contrahit de licentia ecclesiæ, vt videtur peius, vt no. supra
c. veniens. Si autem continere non potest, tunc dolere potest saltem quando exigit, & si non, quando reddit.
alias vix posset iste hanc pęnitentiam seruare, nec esset pęnitentia, quę ad impossibile obligaret. ff. de reg. iur.
impossibilium. vel si non potest dolere in ipso accessu, doleat saltem ante actum, vel post, non de solutione debiti, quia facit quod debet, sed de peccato per se commisso, quod ipsum tali copula reddit indignum, de pę.
di. 3. pęnitentia est, ſm Host. [Subministrans] semper
4 † eum tenetur ad hoc. & si mulier in continentia viuere velit, & propter hoc fructus dotis recipit, infra de
vsu. salubriter. ff. de iu. dotis. dotis fruct', & l. si is. §. ibi [Incestu] quem cõmisit post mortẽ primæ vxoris [Adulterio] cum priuigna post contractum secundæ vxoris
commisso [Cum ea] vxore, quam duxit post perpetratum incestum. Phi. [Moderamen] 26. q. 7. tempora. 50.
di. de his, & c. si quis diaconus. Gof. de pę. & re. significauit, vbi de hoc. Host. [Ei] vxori legitimæ [Permanebit]
nisi ex causa licentiam obtineat, vt dictum est sup. sed
5 † nunquid vxor tali incestuoso tenetur debitum reddere, non, imo potest auctoritate dñi denegare. 32. q. 1.
dixit, nisi & ipsa à tali primo debitũ exegerit: quia postea tacite videtur facta reconciliatio. vnde de cætero
non habet quid possit obijcere, infra de adul. si vir, super di: coniu. seruo. proposuit, & c. li. & de eo, qui duxit in
ma. veniens. & secundum hoc intellige, quod no. supra e. veniens. Host. ¶ Gl. 2. dat si. & tradit re. ¶ In gl. 1. in
fi.] Ala. de tali adulterio, incestu. not. 27. q. 1. virginem.
¶ In gl. vlt. in fi.] & 33. quæstione 2. §. hoc quamquam, alias incipit, de pœnitentibus.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonium non separatur ad confessionem coniugum dicentium affinitatem præcessisse, etiam si rumor vicinæ consentiat, & nu. 2. & quare, nu. 3. & 7.*
2 *Clamor quando dicatur esse.*
Quando fama debet litem præcedere, nu. 7.
Collusio coniugum vnde proficiscatur ad eis colludere.
Et præcludenda via.
3 *Confessioni coniugum contra matrimonium non statur, & cuius, & num 2.*
Publicatio testium non impediat alios testes examinare in causa matrimoniali.
4 *Cap. si duo. 35. q. 6. vt non aduersetur huic.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6*
Confessus certum pro iudicato habetur.
7 *Additio glossarum.*
Probatio minus validè recipitur ex longitudine temporis.

C A P V T V,

Super eo quod. C. non † separatur matrimonium ad confessionem coniugum, qui
dicunt affinitatem præcessisse, etiam si rumor viciniæ consentiat. & sunt duæ partes. 1. ponit quæst. 2. ibi, Tuæ
ipsius solutionem. Dixit Host. clamat pars viciniæ, quòd maritus cognouit ante matrimonium contractum consanguineam vxoris, & hoc idem vterq; fatetur, an sint
ob hoc separandi. quæritur, q nec confessio, nec etiam rumor obest matrimonio. Respondetur: ratio de primo redditur, & secundi etiam declaratur [Ante contractum] secus, si post: quia & si de hoc constaret, non propter hoc præcedens vinculum solueretur. supra c. proxi.
2 & infra c. sequenti [Aliqua † pars] & talem clamorem appellari, infra rumorem. Si vero tota ciuitas hoc diceret, tunc appellaretur fama, quod dic vt no. s. de cohabi. cle. & mu. vestra, Host. [Vel rumorem] particularem tãtum, vel etiam confessioni coniugum simul iunctum,
Host. [Separari] s. de testi. præterea, ꝯ. So. ibi, & sup. de præsum. tertio. ꝯ. So. ibi, Inn. [Nonnulli] coniuges [Colludere] qa vnus alteri displicet. j. de diuor. quarto. §. si.
vnde plerunq; iurãt ad inuicem, q vnus alium non repetet. s. de sacrament. tua. 2. & talib. collusionib. præcludenda est via, vt hic, & in dictis iurib. & no. de postu. pl. bonę. 2. §. nec nocebat, de ali. mu. iu. c. 1. Si vero oĩno pro
certo constaret, q non fit in elusionem, tunc vr̃, q possit stari confessioni ꝫm ea, quæ no. de despon. impu. attestationes. Host. [Per iudicium ecclesiæ] Ho. vt puto, habẽs literam [præiudicium] notabat hanc esse secũdam cau
3 sam, quare † non creditur confessioni: quia per ipsam non confiteretur ipse, quantum ꝯ Deum, & ecclesiam,
nec mirum, si non creditur confessioni coniugum, & ecclesiæ: quia nec creditur in alterius præiudicium. 2.
q. 5. interrogatum, de capel. mo. c. 2. vnde semper, quãdo agitur de fœdere, cauere debet ep̃s, ne fiat præiudicium ecclesiæ. & ex hoc insurgit ratio, quare publicatis
attestationib. producuntur testes in causa matrimoniali, ſm Host. [Viciniæ] i. particularis, vt s. dixit, & sic nõ
4 † ob. contrarium hoc signatum. 35. q. 6. si duo: vel hoc, qñ publica fama illud, quando euidentia rei, vel solue,
sicut no. de despon. impu. attestationes. Hostiens. bene quo ad opinionem ecclesiæ. in cuius facie est contractum, Goff. [Irritari] impediri enim posset, vt infra
5 de consan. super eo, Hostien. ¶ In † glos. 1. obijcit, & soluit distinguendo triplicem constitutionis speciem. iterum obijcit, & soluit. ¶ Vltima glos. obijcit, & soluit.
ctæ, & ducentem, & è conuerſo [impediri] multo minus
dirimi. ſupra de cogn. ſpi. contracto. Hoſt. [Gradus] cō-
ſanguinitatis, vel affinitatis [Prohibitos] nedum l. diui
na, ſed etiam l. canonica. quod dic vt j. eo. non debet.
2 Hoſt. (Conſuetudine] nam † in hoc caſu nullus numerus
defendit annorum. j. e. non debet, nec recipit hæc cau-
3 ſa compoſitionem. s. de tranſact. c. fi. ¶ Gloſ. 2. † alleg.
vnam concor. in cōtrarium allegans tria iura, & ſoluit.
4 ¶ In † gl. 2. ibi illæ decret.]s. de cog. ſpiritua. & proce-
dit illud, quia conſue. illam innuit conſtitutio. e. tit. c. 1.
quod enim per ſe non poteſt conſuetudo, dare poteſt cō
ſtitutio, vel priuilegium, quod patet de offic. arch. cum
ſatis, de iuſt. cum veniſſet, ſm Vin. vel ſecundum eum il
legitimare perſonam ad contrahendum poteſt conſue-
tudo, quia hoc eſt onus, & ſic loquatur c. ſuper eo, & 32.
diſt. placuit, è conuerſo non poteſt illegitimā legitima
re, quia hic eſt honor. 8. q. 1. in ſcripturis, & ſic loquitur
hic Vinc. dixit Goff. puto, ꝙ ex ſpeciali conſue. reſtringi
poteſt licentia contrahendi, ſed non ampliari: quia id
ſine peccato fieri non poſſet, nec ibi excuſat cōſuetudo.
has ſolutiones deteſtatur Hoſt. quia ſecundum ipſas for
tior eſt conſuetudo, vbi deberet eſſe debilior, & per hoc
infertur, ꝙ conſuetudo l. diuina iuuata non poteſt vin-
cere canonicam & per ſe ſolam poteſt vincere diuinā,
& canonicam ſimul iunctam. Exemplum, conſuetu-
do eſt in loco, ꝙ in quarto gradu matrimonium contra
hi poſſit, ſecundum prædicta non valet conſuetudo, &
tamen ei concordat l. diuina, & c. proxi. Si tamen ſit cō
ſuetudo, ꝙ in quinto contrahi non poſſit, alias dirima-
tur, ſeruanda erit; & tamen ſecundum l. diuinam, & ca-
nonicam matrimonium tale firmum eſt, & ſic ſola con-
ſuetudo per ſe vincit l. diuinam, & canonicam ſimul iū
ctam. contra id s. de teſtibus, licet ex quadam: & quod
eſt debilius fortius operatur contra id s. de tranſl. inter
cor. dicit ergo, ꝙ conſuetudo, quæ non inducit ſcanda-
lum nec eſt approbata per papā, nec laxat, nec reſtrin-
git. Si verò ſcandalum generet, & ſit approbata per pa-
pam, tunc laxat, & reſtingit, vt in contrarijs, arg. infra
cap. proxi. in fin. vel ſi non laxat, nec reſtringit conſue-
tudo, niſi ſit approbata per papam, qui tamen ipſam
non conſueuit approbare, niſi quando ſcandalum ge-
nerat. & quæ ſit ratio, inuenies, de co. ſpi. cap. 1. ſecun-
dum Hoſt. So. Vinc. Gl. & Goff. vera eſt, ſi intelligatur
de virtute quo ad impediendū, nō quo ad dirimendū.

SVMMARIVM.

1 *Diſpenſatio expreſſa falſa cauſa in matrimonio non valet niſi*
eam poſtea papa confirmet, & quando vitietur ex hoc, vel
contra num. 6. & 7.
2 *Correctio licet fiat exempli, ius tamen remanet.*
Obtenta, dictio reſpicit tempus petitionis.
3 *Datæ tempus inſpicitur.*
Diſſimulatio habet vim diſpenſationis.
4 *Scandalum graue inducit iuſtam cauſam diſpenſationis, & a*
quo probandum, nu. 8. in fi.
5 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 6.*
Falſa cauſa non vitiat, & quando ſecus. nu. 7.
7 *Additio gloſſarum.*
8 *Proles quando magis accuſet, quam ſit cauſa diſpenſationis.*

C A P V T VI.

1 Quia circa. C. non † valet diſpenſatio ob-
tenta a papa ſuper matrimonio
inter conſanguineos contra-
cto, ſi ibi falſa cauſa ſit expreſſa, niſi eam poſtea papa
confirmet, & ſic conſtrue. Porro de no. viro. N. pro di-
ſpenſatione cuius, ſcilicet indulgentia a ſede apoſtoli-
ca obtinenda remanendi cum ea, quæ ipſum contingit
falſa cauſa, videlicet proles, fuerit allegata, cum tamen
&c. ſecundum Hoſtien. [Ipſum] nobilem, pro quo fue
2 rat obtenta diſpenſatio (Quinto] licet corrigatur † exē-
plum, ius remanet, de hoc ſupra eo. quod dilectio [Ob-
tinenda] per hoc verbum dixit Innoc. quòd adhuc non
fuerat diſpenſatum. ſed ille, cui commiſſum fuerat di-
ſpenſare, dubitauit. contra credo, ad hoc infra vbi di-
cit, obtenta. & iſtud verbum reſpicit tempus petitionis
ſecundum Hoſt. [Ingreſſam] tempore diſpēſationis im
3 petratæ. & ſic † non valuit, cum inſpiciatur tempus da-
tæ, vt not. de præben. dilectus 2. Hoſt. [Diſſimulare] ex
certa ſcientia, & ex noſtra licentia, quam damus aucto
ritate præſentium, & ſic quod nullum erat, roboramus,
de ſup. neg. præla. c. pen. de cog. ſpi. ſuper eo, ſecundum
Goff. dixit, quod eſt diſſimulatio, & non diſpenſatio,
ſed tu dic, vt ſupra, nam ſecundum Innoc. ſtultum eſſet
dicere, ꝙ in adulterio remanerent. licet ergo ab initio
non tenuerit diſpenſatio, roboratur tamen ex hac diſſi-
mulatione, quæ habet vim diſpenſationis ſecundum
4 eum [Graue † ſcandalum] inducit iuſtam cauſam diſpē
ſandi, vt hic, & ſupra cap. proxi. de hoc, & ſupra de tem
6 por. ord. cap. 2. Hoſt. ¶ Gl. 2. † notat, alleg. tria iura ſi-
gnat contrarium, & ibi remittit. ¶ Vlt. gl. no. quòd fal-
6 ſitas cauſæ & c. obijcit, & ſoluit. ¶ In † gloſſ. vlt. ibi. l. 2.]
vide hanc & ſeq. falſa, ſupra de reſcrip. ſignificante. ſu-
per 1. gloſſ. & ibi, cum tale. §. falſam] falſa conditio im
poſſibilis eſt; vt ſi dico, Liber eſto, ſi ſolueris qđ Titio
debeo, cum nihil debeam [& ibi, §. huic proxima] ſi cō-
ſtat de ſeruo legato, debetur, licet dixerim illum verna
culum, & non eſt, vel emptum a Titio, & fuit emptus
ab alio. & §. longe, dicit, quòd ſi dico Lego Titio, qui
negocia mea curauit, vel cuius patrocinio capitali cri-
mine liberatus ſum, licet iſta ſint falſa, debetur lega-
tum [& ibi ſi ſic. §. 1.] vide de priuil. ex ore, ſuper gloſſ.
argum. ꝙ [& ibi qui in prouincia] alias diuus. vide de
eo qui du. cum haberet, ſuper gl. quandoque. ¶ In † gl.
7 vlt. ibi, ex parte. 2.] vbi de hoc [& ibi. §. ſemel.] in liber-
tate loquitur, & dixit Hoſtienſ. ꝙ omnia iſta contraria
ſunt ſpecialia, vt ex ipſis patet, quæ ſunt fauorabilia, ſe-
cus in tali diſpenſatione, quæ eſt odioſa, & ſi ipſam fa-
uorabilem reputes. tradit ta. nē iſtud pro regula, quòd
vbi diſpenſatio ſedis apoſtolicæ neceſſaria eſt, oportet,
ꝙ oſtēdatur nō ſuſpecta, patet in eo, qđ legitur & no. de
reſcriptis. c. 2. de ſciſ. c. 2. de cri. fal. c. 2. & c. dura, & ca-
pitulis ſeq. de fil. preſ. c. pen. & vlt. ſed ſurreptitia nō eſt
ſine ſuſpicione, & eſt expreſſus caſus, quod nō prodeſt,
ſupra de elect. dudum. 2. §. inſuper [& ibi, vbi de hoc] &
ſupra de offic. ordin. ex parte [& ibi prohibitio] contrà
8 ſupra eod. cum haberet. dixit † Hoſt. quando ſcienter
contraxerunt, & ſtant contumaciter in peccato, & in
ſcandalum totius eccleſiæ, quæ nouit delictum noto-
rium, tunc magis accuſat; vt ibi ſecus. quòd dic, vt not.
in contrario ſecundum eum [& in fin.] de hoc, & quis
habeat probare, dixi in Speculo ſuper rubr. de cland.
deſpon.

SVMMARIVM.

1 *De conſanguinitate qui deponunt, vnde computationem de-*
beant incipere nu. 2. & nu. 5.
2 *Nepos dicitur filius fratris.*
3 *Cum ſtipite prohibetus contrahere, ac ita prohibentur cū eius*
filio.
De arbore conſanguinitatis Io. And. ſcripſit.
Auditus auditus minus facit, quam proprius auditus.
4 *Periculum maius vbi vertitur, ibi magis inuigilandum.*
Ratio eadem vbi eſt, ibi ius idem.
5 *Additio gloſſarum.*
Circumlocutio idem valet, & qualiter circumloquamur.

CA-

C A P V T VII.

1 Sua nos duxit. C. Testes † qui de consan
guinitate deponunt, cô-
putationem debent inci
pere à stipite, vel germanis. in 1. consultatio. in 2. respô
sio ibi, Nos igitur. dicebat Host. de computatione gra-
duum, à quo incipi debeat, quæritur. quòd à stipite incipiē-
da est, respondetur. & quod testes debent dilucidè gra
dus exprimere, additur, quæ sit huius ratio, dicitur. vl-
timo quare non sufficiat à secundo, & à primo gradu in
cipere, euidenti ratione monstratur [Fratris filio] ex-
2 presse patet † hic filium fratris dici nepotem: super hoc
vide quod dicam de elect. fundamenta. §. vt ergo, su-
per ver. nepos [Computare] & sic à primo gradu ex vna
parte, & à secundo ex altera. forte sic dicebant, Audiui,
vel vidi, quòd tales vocabant se inuicem patruum & nepo-
tem. vel quod dicebatur, quòd talis fuerat frater patris, &
alter filius fratris, secundum Inno. [Vel germanis] cum
3 † ergo germani ponantur hic pro stipite, arguit Host.
quòd sicut is, qui in quinto gradu est ex vno latere, non pos
set contrahere cum stipite, sic nec cum filio stipitis ex
alio latere, sed hoc est falsum, vt dixi super arbore con-
sanguinitatis in fi. nec hoc capitulum obstat. hic enim
quæritur solum de computatione testium, qui super con-
sanguinitate deponunt [Auditu] auditus, quod dic, vt
de testibus, licet ex quadam [Minus] quam de visu, vel
4 de proprio auditu [Laxanda] imò quia † circa hæc ma-
iora maius periculum vertitur, ideo &c. 42. di. quiesca-
mus [Facultas] si. ff. de legi. quod non ratione Vincen.
[Vlterioribus] scilicet tertio, & quarto. & sic vbi eadem
ratio &c. de exceptio. cum inter. C. de constitut. pec.
l. fi. & est ad hoc bonum simile supra de testibus. licet.
5 3. ¶ In † glo. vlt. ibi, circumlocutionem] vt si dicat te-
a stis, Titius, & quidam decretorum[a] doctor actu regens,
longus, vel breuis, monoculus, vel his similia, fuerunt
fratres, vel Titius, & vxor talis militis fuerunt frater, &
soror.

ADDITIO.

a ¶ Decretorum. Facit l. 2. ff. de liber. & posthu. & quod no. per gl.
in c. constitutionem, de senten. excom. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 Coniugij prohibitio non extenditur vltra quartum gradum, & quorum, nu. 5.
In affinitatis secundo & tertio genere licitè contrahitur.
Cum consanguineis prioris viri.
Coniungi potest etiam proles ex secundis suscepta nuptijs.
Diuisio decretalis.
2 Papa etiam timet reprehendi, sine peccato non mordetur.
Variatio non semper reprehensibilis, & quibus casibus, & nu. 3. & 4.
3 Statuta humana mutantur duobus modis.
Necessitas, & vtilitas in omnibus intelligi debet excepta.
4 In testamento veteri quæ mutata per nouum, & vetus.
Difficultas vnde hic oriebatur.
Infideles constitutionibus canonicis non arctantur.
Lex vbi non est, neque præuaricatio.
5 Actus pro voluntate agendi.
Gradus quorum hic prohibeatur à nuptijs, & quartus affinitatis gradus vt intelligatur, nu. 7.
6 Cum sorore fratris quis contrahat interdum, & quomodo id eueniat.
7 Confessioni contra matrimonium non statur, nisi aliter probetur, in fin.
8 Coniunctio spirituale fortius corporali.
9 Numero quaternario multa & quæ consistant.
10 Rationes similitudinariæ non vrgent.
Decretalis quædam omissa in hac compilatione, & quæ hic.
11 Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 12.
Adoptiuus filius est frater filiæ meæ, et inter eos nuptiæ prohibentur.
Additio, siue suppletio glossarum.
13 Nupta mutat genus, sed non gradum.
Affinitatis tertium genus in vxoribus duorum fratrum adhuc habet locum.
14 Honestas publica quæ adhuc sit, ver. & illa quæ optabat & eam tolli Hostien. & fuit tractatum de eo & quando, & vbi.
15 Constitutio matrimonij ad præterita non trahitur, iuncta glo.
Matrimonium nullum per consensum nouum & qualiter confirmetur.
An contrahere possint postea, qui separati sunt ante hoc concilium.

C A P V T VIII.

1 Non debet. C. Prohibitio † coniugij non
extēditur vltra quartum con
sanguinitatis, & affinitatis
gradum, in secundo, & tertio genere affinitatis licitè
contrahitur. potest etiam proles suscepta ex secundis
nuptijs consanguineis prioris viri coniungi. & primo
excusat correctionem iuris antiqui. secundo ibi, Cum
igitur, excusationem declarans, in duobus illud tollit,
& in tertio restringit, restitutionis probabilem causam
reddens, tertio ibi, Cum ergo, prohibitionem restri-
ctam fortificans constitutiones contrarias tollit, & cau
sam reddit. dicebat Hostien. redditur triplex constitu-
tionis faciendæ, & variationis ratio: fit secundi & ter-
tij generis affinitas, & sobolis susceptæ ex secundis nu-
ptijs inhibitionis antiquæ reuocatio, graduum consan-
guinitatis restrictio. redditur congruæ restrictionis ra-
tio. ponitur inhibitionis restrictæ coniugalis copulæ
2 conclusio [Reprehensibile] licet † papa supremam ha
beat potestatem, timet reprehendi. si. de vsu pa. nisi,
vt eccles. bene. vt nostrum: sed quicquid timeat, sæpe
mordetur, quod sine peccato non fit, de maledi. ca-
pit. 1. Hostien. [Temporum] hæc est prima ratio, qua se
nititur excusare. licet enim omnis variatio, & incon-
stantia in iure generaliter sit suspecta, & reprehensibi-
lis, supra vt eccles. bene. cap. vno. ff. de admi. tut. cum
a quæritur. [a] ff. de procura. in causæ; tamen nônunquam
varietatem audit prætor. ff. de col. bonorum, nonnun-
quam. & ratione temporis ius variari potest, vt in con-
3 cord. alleg. in gloss. [Humana] quæ mutari † possunt ta-
cito consensu, vel alia. l. data, instit. de iur. na. §. vltim.
Vinc. [Præsertim] secunda, ratio excusationis. In omni-
bus enim quantumcunque præceptis districtè intelligi
debet excepta necessitas, vel vtilitas. 7. quæst. 1. scias.
1. quæst. 7. §. nisi, & ca. tali, & not. supra de præbend. de
multa, secundum Hostien. [Exposcit] & sic soluitur cô-
trarium de can. 12. distinct. ridiculum [Quoniam ipse]
hic tangit tertiam rationem, quam probat per euidēs
exemplū, sic supra de constit. ecclesia S. Mariæ, de ele.
venerabilem. §. obiectioni, secundum Hostiens. [Non-
4 nulla] sicut sunt † cæremoniæ, quæ olim ad literam ser-
uabuntur, hodie non sic, de purg. post par. cap. vno, de
conse. distinct. 3. peruenit, de celebr. miss. cum Marthę.
§. cæterum, Hostien. [In nouo] & interdum in ipso vete-
ri, 63. distinct. §. verum. Exod. 32. (Non copulanda) de
hac prohibitione habuimus specialem rubricam in 1.
compilatione (Difficultatem) computandi gradus, &
genera, & interdum impediendo pacis reformationē,
quæ fieri posset, nisi hæc genera impedimentum præsta
rent. Hostiē. (Pariant) inter infideles, quia infideles his
constitutionibus non arctātur, vt not. supra eo. de infi-
delibus.

delibus. Hostien. [Animarum] eorum, qui sic scienter
contrahebant [Cessante] de ap. cum cessante [Effectus]
effectum vocat animarum periculū. bene facit ad Ro.
4. vbi non est lex, neque prævaricatio [Contrahentes]
5 idest contrahere † volentes. Hostiens. [Affinitatis] in
primo genere, vt patet ex superioribus [Gradum] etiā
in ascendentibus, & descendentibus secundum Abb.
de hoc in arbore cōsanguinitatis. recitabat etiam Ab.
6 quod est reperire, quod † interdum quis contrahit cum
sorore fratris, & licet in hoc laboret ponere exemplū,
tamen hoc facile est videre, cum scilicet pater & fi-
lius contrahunt cum matre, & filia. si ex secundo con-
iugio pater procreat filios, ecce quòd frater habet so-
rorem fratris. si vis exemplum de tempore contractus,
pone, quòd filius tuus ex prima vxore, postquām ha-
buisti prolem ex secunda, contrahit cum filiæ vxoris
tuæ, quam habuerat ex primo marito. Dixit etiam hic
7 Abb. quosdam dicere † quartum gradum affinitatis
intelligi, quando de affinitate contracta per successio-
nis propagationem quatuor personæ descendunt, qđ
est falsum; quod intellige, vt in arbore [Vlterioribus]
scilicet quinto, & remotioribus [Iam non potest] quia
minus viuunt homines, quam consueuerint, & sic pro-
pter probationis defectum, multi remanent impedi-
ti, habentes consanguinitatis conscientiam, infra de
sentent. excommunic. inquisitioni. nec eorum confes-
sioni contra matrimonium statur, nisi aliter probetur,
supra de eo, qui cogn. consang. super eo, & tangitur
hic, quod supra dixerat de varietate temporis. Ho-
stiens. [Apostolus] 1. Ad Corin. 7. A. [Corporis] non
dicit, animæ, nam quantum ad ipsam si infidelis di-
8 scedit, discedat, infra de diuor. quanto. fortius † est igi-
tur coniugium spirituale, quam corporale, supra de
translat. inter: quia per ipsum subduntur, & commit-
tuntur animæ. 12. quæst. 1. præcipimus, aliæ differentiæ
9 not. supra de spon. tuæ [In corpore] S. quatuor † sunt an-
ni tempora. 76. distin. cap. 1. & quatuor euangelistæ, &
quatuor doctores ecclesiæ, de reli. cap. vno, lib. 6. & de
hoc numero in procem. Speculi in 6. column. in ver. pri-
ma. si vis plenius, sunt quatuor flumina paradisi, Ge-
nes. 2. B. & 15. dist. cap. 1. vbi et am de quatuor syno-
dis, quatuor cœli partes, & totidem eius venti. Hieron.
49. ad fin. Inducam super elementa quatuor ventos a
quatuor partibus cœli. quatuor animalia plena oculis,
Apoc. 4. supra de elect. scriptum, in princ. & sic quatuor
patriarchales sedes, de priuil. antiqua. quatuor angeli
super quatuor angulos terræ, Apo. 7. quatuor circuli
per quatuor angulos areæ, Exod. 27. quatuor Cheru-
bin, & totidem rotę, Ezec. 10. quatuor cornua, quatuor
fabri, & quadrigæ, Zach. 2. in prin. cornua & 6. in prin.
& Salomon, quatuor minima terræ dicit sapientia sa-
pientibus. prou. 30. & loquitur de formicis, leporibus,
locustis, & vespertilionibus. in eodem capitulo vide-
re potes de quatuor insaciabilibus, inferno, vulua,
terra, & igne. de quatuor vijs incognitis, quæ not. su-
pra de præsum. ex studijs, & de quatuor, per quæ ter-
ra mouetur, & de quatuor, quæ fortiter gradiuntur, &
vide in Hier. super Marcum. B. & D. [Elementis] istæ
10 rationes † similitudinariæ sunt, non vrgentes. & fa-
cit quod dixi in procem. & de rescriptis. si quando
[Ab alijs] vt Alexan. qui ma. accusa. poss. consuluit,
in 1. compil. vbi statuerat contra eos, qui in facie ec-
clesiæ contraxerant post 18. annos accusationem non
admitti [A nobis] qui constitutionem Alexan. repetie
rat, qui ma. accusa. poss. cap. 1. 3. compil. [annorum] &
excommunicatus est ipso iure scienter hoc faciens, vt
11 in clemen. eod. tit. eos, qui. ¶ Gloss. 3. † declarat, quid
sit primum, secundum, & tertium genus affinitatis; &
quare sic dicatur, secundo quærit, arguit pro & con-
tra, & soluit. ¶ Gloss. 6. obijcit, & soluit. ¶ Gloss. sic
ergo] quærit, & soluit. solutioni opponit, & in solutione
12 persistit. ¶ Pen. gloss. dat vnum simile. In gloss. † 3. ibi.
vlt. in line] incipit, sr hbertam. vide de testi. fraternita-
tis, super gloss. 3. [& ibi, §. colonus] vide de libel. obla. c.
2. super 1. gloss. [& ibi, si colonus] vide de iudi. dilecti,
super gloss. 2. ¶ In gloss. 4. ibi, qui in adoptione] quem
adoptaui, frater est filiæ meæ, quia in familia mea est,
& inter ipsos nuptiæ prohibentur. ¶ In glo. sic ergo, ibi,
si quis in senatorio] vide de his, quæ fiunt a præ. cum
nos, super gloss. 2. [& ibi, si verò ab initio] parum facit.
vide de coniug. seruo. c. fina. in gloss. 2. [& ibi, sed si ma-
nente] hanc & sequen. vide in predi. decret. vlt. de con-
13 iugi. seruo. super 2. gloss. ¶ In † gl. vt melius, ibi, & non
gradum] versus, Mutat nupta genus, sed generata gra-
dum [& ibi, in vxoribus duorum fratrum] in hoc casu
adhuc durat prohibitio secundum Vincen. & Innocen.
14 videtur idem tenere [& in fine] & ista † quæ procedit
ex cognatione legali. optabat autem Hostien. has etiā
reuocari. habeo, quòd in concilio Lugdun. facto per
Grego. X. fuit tractatum de tollendo impedimento iu-
stitiæ publicæ honestatis, & aliquibus visum fuit illud
simpliciter tollendum, alijs durum videbatur illud tol-
li, sed suadebāt dari potestatem episcopis in illo dispē-
sandi. alij suadebant illud restringi ad sponsam primi,
& secundi gradus tantum, & in alijs duobus tolli; & li-
cet deliberatum fuisset per præsidentes. secundum hoc
vltimum constitutionem fieri, tamen non fuit obter-
15 tum. ¶ In gloss. sic † ergo, ibi, requiritur] & hoc tenet
hic Gosfr. quod nouus consensus, & noua verba requirā-
tur [& ibi, ex certa scientia possunt] idem Hostiens. ex
b quo etiam semel carnali copulæ consentiunt[b] [& in fi-
ne] quòd si tales ante concilium coniuncti separentur,
nunquid postea contrahere poterunt? Argum. quòd nō.
35. q. 6. ab illo. credo, q̄ possunt. Vincen. & facit quod
dixi supra de eo, qui dux. in ma. cū haberet, super glos.
iuramentum. per quod respondetur ad contrarium, &
intellige, q̄ possunt, idest quod contractum tenet: alias
contrahere non deberent, si prius fuerant scientes pro-
pter incestum.

ADDITIONES.

a ¶ Cum quæritur. Et in cle. 1. de renun. & de iure pa. quod autem.
& vide in c. mutaret, & c. quod semel, de re. iur. lib. 6.
b ¶ Consentiunt. Imò & sola cohabitatio sine copula sufficit, secū-
dum quòd no. Innoc. in c. 1 de eo, qui duxit in ma. quam pollu.
c. 1. quod an sit verum, vide ibi Io. And. in gl. si durante, & vide
glos. primam & super illa.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonialiter copulari possunt & quoto gradu distantes a stipite.*
Multitudo, & consuetudo aliud inducunt.
Consuetudo approbata & per quem pro iure seruatur & interpretatur, num. 3.
2 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum. nu. 3.*

CAPVT VIIII.

1 Vir qui. Se summat. & sic construe secundū Ho-
stien. Vir † qui distat a stipite 4. gradu,
sup. ex vno latere. Et mulier, quę ex alio
latere, repete, distat a stipite gradu quinto, possunt lici-
tè matrimonialiter copulari secūdum regulam &c. [Li-
citè possunt] nisi multitudo, & consuetudo scandalū ge-
nerans aliud inducat, vt supra eo. quod dilectio. §. fin.
cætera, quæ deficiunt in summa. eod. tit. comprehen-
des. Hostien. [Copulari] supra eo. quod dilectio, con-
2 tra. so. ibi, Innoc. ¶ Vlt. † gloss. docet computare gra-
dus. ¶ In gloss. 1. ibi, vel secundo] secus, si in primo, secū-
dum

dum Hosti. qui hoc no. supra eo. quod dilectio, & c. tua, quod est falsum, vt dixi super arbore cõsanguinitatis,
3 in fi. ¶ In † glo. 2. in fi.]& est sin. quod de consuetudine dicitur, supra de cog. spi. c. 1. §. fi. & fi. sup. de decimis. 1. §. fi. & ff. de dam. infecto, si ædibus, habet autem hoc locum, cum approbatio fit per papam. alterius enim approbatio parum prodesset, vt patet in his quæ no. supra eo. de infidelibus, alias autem consuetudo approbata interpretatur, supra de consue. cum dilectus. §. 2. Hostien.

S V M M A R I V M.

1 *Continuatio tituli.*
2 *De frigidis maleficiatis & coeundi impotentia alibi, quam hic iura, & vbi loquuntur.*

De frigidis,& maleficiatis,& impotentia coeundi, Rubrica.

1 ¶ Supra † tractatum est de impedimentis matrimoniorum. quia vero impotentia coeũdi habet etiam impedire, ideo de illa submittit, sm Da. & Goffr. dicebat Host. q viso de impedimento propinquitatis, apponit de impedimento impotentiæ naturalis, de qua infra c. 1. & c. laudabilem, & c. fraternitatis, & accidentalis,
2 de qua infra c. fi. habetur † materia 33. q. 1. per totum. conuenit, supra de proba. proposuisti. In Brocardo in li. 19. no. hic Pe. & Abb. argu. pro generali allegatione. ad idem 1. q. 1. vt euidenter, supra de præb. ca. 2. in superscrip. 70. dist. neminem. de hoc supra de cohabi. cleri. & mulierum, vestra, in princ. & adde quod dicam infra super glo. pe.

S V M M A R I V M.

1 *Diuisio & intellectus huius constitutionis secundum Innoc. & Hostien.*
Ex frigiditate viri quando ex prouocatione, & quando ex prouocatione mulieris matrimonium separetur: vel secus, & num. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 17. & 19.
De eo vt cognoscatur, & nu. 2. 3. 5. 8. 9. 10. 11. 17.
2 *Pubertas plena maris, & fœminæ quando.*
Cap. laudabilem infra eo. & huius, sunt diuersi casus, & 10. in fin. & 19.
Temporis breuitas, vel longitudo nil facit, vbi eadem ratio vtrobiq;, vt hic, & nu. 6. 7. excipitur tamen. nu. 7. 12. & 18. an sit continuum, nu. 19.
3 *Matrimonij onera, multa alia de matrimonio, nu. 4. & 16.*
Castratus prohibetur contrahere carnale matrimonium, non spirituale,
Nec potest adoptare.
4 *Pro matrimonio stanti credendum, sed nõ semper, n. 9. alias.*
Mulieres solent carnis colaphizari stimulis, & non præsumũtur velle stare cum trunco, & nu. 7.
6 *Ex impotentia coeundi si matrimonium separetur, fit potius declaratio non fuisse. qđ viro ex multis causis accidit, n. 10. supra n. 1. 3. 5. 12. & 16. à muliere vnde procedat, nu. 12. ob eam contrahendi licentia vtrique non datur, n. 13.*
8 *Emphyteuta post biennium potest sibi consulere intra duos menses.*
Per aspectum corporis mulieris, & quando viri fit probatio impotentiæ, & n. 9. & 10. & 5. nu. 7. 12. quando non recipitur hæc probatio, ibid. & n. 17.
9 *Probationes superabundantes faciendæ, cum causa periculosa est.*
10 *Hostiensis commentaria conscripsit post editionem summæ.*
Sententia incontinenti sine alia solennitate, vel dilatione potest ferri in re certa.
11 *Propinquorum & vicinorum iuramenta quando admittantur in casu huius constitutio.*
Possunt ea reprobari, & quomodo.
Fama hic nil operatur.
13 *Nubere in domino qui dicantur.*
14 *Epilogus suffragium, & additio glossarum, nu. 15. & 16.*
Matrimonij sententia non transit in rem iudicatam, & põt reparari, si facta sit separatio, si contra postea constet.
17 *De eo vicarius episcopi potest cognoscere sine speciali mãdato*
Virgo potest esse mulier, & si cohabitauit cũ viro, & quãdo se virginem vt probet, vide nu. 8. & alios ibi citatos.
18 *Potens quilibet præsumitur.*
19 *Autenticam esse hanc constitutionem, licet nesciatur auctor, quando habeat locum.*

C A P V T I.

1 Accepisti. Diuisionem † huius decre. & ipsius intellectum per partes Innoc. posuit & confusè, cuius glossam Ho. conatus est summare, dicens eum scripsisse, q prima pars huius capituli intelligitur, quando ambo confitentur impotentiam viri, tunc enim, si per vnum mensem dederint operam copulæ cõiugali; & si mulier corrupta reperiatur, & si alia adminicula deficiant, necesse est, quòd probetur impotentia 7. manu propinquorum. nec sufficit, quòd per paucos dies simul fuerint, imò requiritur, quòd per mensem ad minus. Si vero mulier sine reclamatione per annum steterit cũ viro, quæcunque signa frigiditatis prætendat, postea non auditur, demum correxit se Innoc. dicens, quod etiam post annum auditur, si certa signa frigiditatis ostẽdat cum iuramentis propinquorũ. secunda pars loquitur quãdo mulier asserit virum frigidum, & vir negat, in quo casu si per sex menses cum viro sine reclamatione steterit, postea non auditur, nec prosunt indicia frigiditatis viri, vel virginitatis suæ: quia potest esse. q propter modicum membrum viri mulier adhuc videtur integra, vel timendum est, ne alter oculus decipiatur. In tertia vero dicitur, quòd si intra sex menses reclamauerit mulier, quantumcunque vir neget, mulier auditur & si probet per iuramentum frigiditatem viri, & etiam per alia indicia, vel per aspectum corporis separabitur, nec spectabitur triennium. & hoc ideo, quia cito reclamauit. & iunxit Innocen. quòd idem potest dici in secundo casu per decret. laudabilem. & hoc, sicut dicit, magis congruit literæ. Hostiens. tamen dicit hunc esse cap. intellectum. si marito prouocante ad diuortium, & se impotentem asserente, mulier hæc idem fatetur, seruata solennitate canonica matrimonium indistinctè dirimitur: sed si decipiatur ecclesia, primum matrimonium reparatur. Si vero muliere agente vir asserat se potentem, & vxorem carnaliter cognouisse, nisi per aspectum corporis, vel alio modo certo & indubitato conuincatur, mulier petens diuortium non auditur. Si autem muliere agente vir hoc idem, quod mulier asserit, confitetur, vel alias euidenter conuincitur, matrimonium separatur, & mulieri contrahendi licen-
2 tia datur. quod autem dicit [Accepisti] dicebat † Hostien. maior 18. annis [Mulierem] dicebat maiorem 14. & sic vterque gaudebat plenissima pubertate. ff. de ali. & ciba. le. l. Mela. ff. de adop. l. arrogato. §. non tantum, & institut. de adoptio. §. minorem [Per mensem] idem, si per vnum diem. Idem, si per 100. annos. Innocen. imò videtur spectandum triennium, infra cap. laudabilem, quæ est contra. So. illa loquitur de maleficiatis, vel de habentibus semiplenam pubertatem, hæc de habentibus plenam, vt supra no. in quo casu dicimus tempus arbitrarium. Hostiens. [Dixisti] vir, li-
3 cet † frigidus, prouocat ad diuortium, vt frustra non sustineat onera matrimonij, quæ sunt multa, secundum

Pet.

Pet. & Abb. & facit quod no. 33. quæstio. 1. cap. 2. [Ita]
idest adeo, vel in tantum [Non potuisses] quia nec mo-
ueris ad coitum, nec stimulos carnis sentis, nec per me-
dicum iuuari potes; & si est castratus idest castè natus,
qui nec adoptare potest, cum nec generare naturaliter
possit, instit. de adopt. §. sed illud. hic enim prohibetur
contrahere matrimonium carnale, cum tali matrimo-
nio ineptus & inutilis sit, infra eo. quod sedem. sed ad
spirituale admittitur, sup. a de cor. vitia. ex parte. 53.
4 dist. eunuchus. Hosti. [Affirmas] quid † ergo si contra-
dicat: standum est ei, ex quo pro matrimonio stat, arg.
a de clan. despon. cap. 1. & est triplex ratio, prima fauor
matrimonij, argum. de senten. & re iu. cap. fin. secunda,
quia cum tales consueuerint colaphizari stimulis car-
nis, supra de eo qui cog. consang. Iordanæ, non est pri-
ma facie verisimile, quod vellet stare cum trunco, qui
non posset ei debitum reddere. ad hoc ipsa §. prox. in
fi. tertia, quia cum rea sit, & si nihil præstiterit, absoluē-
da est, vt ec. bene. cap. vno. quod est verum, nisi & vir
ipsam de mendatio redarguere possit per aspectum, si-
cut no. in casu conuerso, infra cap. proxim. [Per verum]
alias rectum, infra eo. capit. in fin. alias iustum, vt infra
5 eo. laudabilem. istud † autem est verum, iustum, vel re-
ctum iudicium, morabuntur simul ad præceptum iudi-
cis in casu isto, ex quo pubertatem plenam habent, ar-
bitrarie, & iurabūt, quod totis virib. & ingenijs opem,
& operam dabunt ad matrimonium consumandum,
vir perficiendo, mulier patiendo, non se subtrahendo,
sed amplexando, & modis omnibus alliciendo, con-
fessione facta de omnibus peccatis suis, infra eod. cap.
fin. & si adueniente termino reuertuntur dicētes, quod
hæc omnia seruauerunt, nec vna caro effici potuerunt,
iurabit maritus se naturaliter frigidum, & mandatum
episcopi toto posse adimpleuisse, & nec motum carna-
lem sentire potuit, & mulier idem, & iurabunt ambo,
quod non potuerunt effici vna caro, & adducet vter-
que 7. parentes, vel si desint 7. vicinos bonæ famæ, qui
iurabunt se credere ipsos verum iurasse; & sic matrimo-
nium dirimetur, vt hic, & infra eod. laudabilem. §. 1.
& §. si autem, & 33. quæst. 1. cap. 1. & 2. Hostien. [Pote-
stis] & etiam potestis simul remanere, si vultis, infra
6 eod. laudabilem. §. quod si ambo. Si † tamen matrimo-
nium separetur, potius hoc casu declarabitur, non fuis-
se, in auct. de nup. §. si vero, column. 4. Hostiens. [Ea ta-
men ratione] idest ea causa, quæ allegata est, & e con-
uerso probatur [vt si tu &c.] vel ea ratione quod tu cum
nulla contrahas, cum inhabilis sis, si verum iurasti, in-
fra cap. quod sedem. verum, si tu a iam acceperis, sub.
& cognoueris, & sic apparet ecclesiam fuisse deceptā,
infra eod. fraternitatis, reus periurij, &c. an vero mu-
lier sit censenda periura, no. infra eo. laudabilem, ad
fin. Hostien. [Illa] corrupta, Hostien. [Prior] quam tu; &
sic committitur casus. Hostien. [Dimidium] maximè. nā
idem, si post 8. dies secūdum Hostiens. vt infra patebit
[Tu autem] ex cuius parte nullus defectus inuenitur, li-
cet diligenter fueris inspectus, Hostien. [Mulieris] cor-
7 ruptæ. sed & † contra mulierem est præsumptio ex cur-
b su temporis, [b] quod hoc dicat maliciosè. ff. de pœnis, si
quis forte. i. respon. in fi. C. de his, qui a non do. ma. l.
fi. & ad hoc continuatur: Quia si proclamaure &c. Ho-
stien. [Tamdiu] maximè: quia si virgo esset post mul-
tos annos audiretur proclamatio, siue sit defectus ex
parte mulieris, infra eo. fraternitatis, siue ex parte viri,
infra eod. cap. fin. Item & si intra 8. dies veniat, non au-
diretur marito affirmāte contrarium. ex quo corrupta
est, vt etiam no. supra eo. super vet. post annum, & infra
§. &. nisi & vir per aspectum sui corporis conuincatur,
vt patet in his, quæ infra not. &. sic non debet signari
pro contrario. C. de diuor. in causis: quia in alio casu

loquitur, vt infra eod. laudabilem [Aut duos] adit plu-
res quia non est vis in tempore, vt no. supra. §. proxim.
8 Hostien. & no. Abb. ex hac litera † emphyteutam, qui
per biennium canonem non soluit, postea intra duos
menses sibi posse consulere [Proclamauerit] mulier
scilicet quæ virgo euasit, & sic diuersificatur a proximo
§. superiori, qui loquitur in corrupta & vel dic, vt infra
ubi dicunt illud corrigi per illud, quod non credo. Ho-
stien. [si probari] sub. & viradem continetur, & sic po-
test etiam diuersificari a proximo. §. Si probari [per re-
ctum iudicium &c.] quod expone, vt supra sup. ver. per
verum iudicium. vel dic, quod quantumcumque maritus neget,
non obstabit sua contradictio, si probari idest impro-
bari potest & c. puta per corporis mulieris aspectum;
quod dic, vt not. de despon. impuber. continebatur, &
etiam per rectum iudicium, de quo sequitur. Nam se-
9 cundum Innocen. ad probationem † frigiditatis tria
sunt argumenta inuenta, primum aspectus corporis.
secundum iuramentum septimæ manus propinquo-
rum. tertium expectatio triennij, sed discretus iudex
prouidebit, quod potius superabundent probationes,
quam deficiant, cum hæc causa periculosa sit. vnde, si
videtur ei, quod vnum, vel duo argumenta non suffi-
ciant, faciat præstari tertium. & hoc dictum Innocen.
placet Hostiens. [illico] scilicet temporis, secundum ea,
10 quæ no. supra in princip. posset etiam † dictum viri im-
probari per aspectum corporis ipsius viri, puta quia for-
cius est, vel membrum habet ad modum, verrucæ, quā
porrum vocamus, nec est hermaphroditus, alias caue.
quia tales consueuerunt membrum retrahere, & lon-
gum emittere ad modum animalis. & sic dicit Hostiē.
fuisse Diæ, vel in ciuitate Dieusi, vt dicit se sciuisse post
compositam summam, de hoc ff. de liber. & posthum.
sed est quæsitum, §. fin. ff. de sta. hom. l. Quæritur. vel
habet vir testes ad modum ciccerum, hoc dicit coram
se accidisse de facto, vt not. in sum. ua. po. tit. §. fin. vers.
quid si mulier. hic enim incontinenti sine alia solenni-
tate, vel dilatione potest ferri sententia, quia in incer-
tis &c. ff. de verb. oblig. continuus. & supra de el. cum
inter vniuersas. & hoc est, quod no. litera, infra cap. lau
dabilem. §. 1. ibi. Si frigiditas prius probari non possit.
quam literam dicit Hostien. communiter a magistris
11 male intellectam. Dicit autem quosdam dixisse, quod
quando ambo coniuges impotentiam confitentur, re-
quiruntur iuramenta propinquorum, nisi & fama alle-
tionem ipsorum coniugum adiuuet, ar. 35. quæstio. 6.
si duo. sed dic, quod vbi de frigiditate quæritur, parum
aut nihil operatur fama, vt hic, secus, quando quæritur
de consanguinitate; quia tunc multum operatur, vt
ibi, & no. supra de præsumpt. tertio. sed quid si mulier
excluso corporis aspectu, cum 7. manu propinquorum
probauerit virum impotentem, & vir cum alia 7. ma-
nu velit probare se potentem, nunquid est admitten-
dus? Dic quod sic secundum Innocen. argumen. supra
de sponsa. cum in tua. & quod hic dicitur, habet locum
quando vir tantum & simpliciter dicit, quod eam co-
gnouit, mulier vero dicat contrarium, cum 7. manu pro-
pinquorum aliqua præsumptione auditatis vel alia pre-
12 cedente. potest † etiam dici secundum eum, quod vbi
vir asserit se mulierem cognouisse, & mulier, quæ per
duos menses tacuit, nec fuit protestata de impotentia,
postea contradicit, non est mulier audienda, etiam si
per aspectum velit probare se virginem; quia sæpe fal-
litur. & c. a 7. q. 1. nec aliqua, nec auditur, si velit proba-
re illum maleficiatum, propter rationes dictas secun-
dum eum in glo. 1. quod Hostien. non placet, sed si mu-
lier velit probare maritum impotentem per aspectum
ipsius mariti, vel vir mulierem arctam per aspectum
mulieris, bene est probatio admittenda, cū hæc prom-
pte

prè & de facili cognoſcantur ſecundum Inno. quod be-
ne placet Hoſt. vt patet in ſupra notatis [Et illa] ſcili-
13 cet mulier, quæ ſic improbauit virum [Nubat † in do-
mino] i. ſecundum canones, vt patet in his, quæ no. ſu-
pra tit. 1. de infidelibus. in caſu vero conuerſo dabitur
viro licentia contrahendi, & mulier continebit infra c.
14 fraternitatis. Hoſt. ¶ Glo. 2. † notat conuinci menda-
cium. alle. tria iura. ¶ Glo. 3. notat quòd ſententia &c.
ponit diſtinctionem circa fraudem mulieris, quam nõ
approbat. in fi. ſignat contrarium, & ſoluit. ¶ Pen. glo.
15 ſignat contrarium, & ſoluit, & arguit. ¶ In † glo. 3. ibi,
§. iudex] vide ſupra tit. 2. diſcretionem. ſuper glo. 1. [&
ibi. §. vlt. vide de adul. cap. fi. ſup. glo. 1. ¶ In gloſſ. pen.
ibi l. vlt. vide de accu. ad petitionem, ſuper 1. gl. ¶ In
16 † fi. 2. gl. & C. de adul. ſi qui adulterij. ¶ In gl. no. q. ibi,
adulterij] niſi dicas, q; vterque contraxerat, Plu. [& ibi,
ſed non credo] noli eſſe incredulus, ſed fidelis & dic, vt
infra eo. fraternitatis. §. nos tamen. Hoſt. ſatis placet di-
ctum glo. vbi per auctoritatem eccleſiæ facta fuerat ſe-
paratio, & contraxit ille, ex cuius parte non erat impe
dimentum. ſi verò alter, vt hic dicitur contrahat, ſcili-
cet qui dicebatur frigidus, adhuc dico, q; bene dicit gl.
ſcilicet, q; reparabitur matrimonium, ſcilicet quoad
vinculum, id eſt pronunciabitur quo ad id verum matri
monium. de toro poſſet fieri ſeparatio, oſtenſo id petẽ-
te [& in fi.] ſecundum T. Alij dicunt, & melius, quod il-
17 li cap. derogatum eſt, Inno. ¶ In glo. ſic ſupra in fi.] &
argue † ſecundum Vincen. vicarium Epiſcopi abſque
ſpeciali mandato poſſe de matrimoniali cauſa cogno-
ſcere. ¶ In glo. ſupra de infi.] aliqui dicunt, q; in hoc ca
ſu, etiam ſi mulier per aſpectum corporis velit probare
ſe virginem, nõ auditur, cũ poſſit, & cõſenſiſſe videatur
eũ habere vt fratrẽ. & ſi nõ poſſit eum hẽre vt maritum,
infra eo. conſultationi, & quia ſi propter frigiditatẽ vi-
ri ſeparentur, daretur mulieri licentia nubendi alij. ſed
poteſt eſſe, q; mulier eſt virgo, non quia vir ſit impotẽs,
ſed quia ſibi coniungi non vult; & tunc non eſt ſibi dan
da licentia nubendi alteri, ſed vir cogendus eſt ad eam
accedere. Si vero ambo confiterentur, tunc licitè ſepa-
rari poſſent cum ſolennitate dicta, ſupra in prin. Ratio
18 † vero, quare textus dicit, credendum viro eſt: quia
per lapſum temporis præſumitur contra eam, ſupra de
ſpon. ad id quod, & quia quilibet præſumitur potens.
50. diſt. quia. & quia ſtat pro matrimonio, quod eſt fa-
uorabile. 32. quæſt. 1. dixit Innocen. ¶ In gloſſ. ergo vi-
detur, ibi, & dimidio] ſecundum Ala. qui etiam dixit
19 † vna cum Lau. illud c. non tenere, quo ad hoc, maxi-
me cum neſciamus auctorem, idem Vincen. alle. ff. ad l.
Cor. de fal. l. vltim. Goff. dixit, & Hoſtienſ. Pet. & Abb.
quòd putat iſtam auctenticam nõ ob. quòd neſciamus
auctorem, propter vtilitatem quam continet, & quia
iamdiu approbata eſt. 17. diſtin. propter eccle. & hodie
non diſputetur de hoc, ex quo inſertum eſt in hac papa-
li comp. & habet hoc locum ſecundum Goff. quando in-
tra triennium liquet, vel liquere poteſt frigiditas. decr.
laudabilem. quando prius liquere non poteſt. quidam
dixerunt quòd intra hoc tempus debet proteſtari, vt
poſt illud agere poſſit. alij, illud tempus continuum, il-
lud vtile [& ibi, eſt argumen. ſecundum Rodo.

ADDITIONES.

a ¶ De cland. deſpon. Ibi vide in gloſſ. & ſuper illa, & de depon. impub. continebatur, in glo. 2. & ſuper illa.

b ¶ Temporis. quia ex tanto tempore præſumitur cognita, ad hoc quod no. ſupra in glo. quid ergo, & infra ſuper glo. ſupra de deſpon. per Ioan. Andr.

SVMMARIVM.

1 *Negatio pro præſumptione.*
Impotens præſumitur quis ante nubiles annos. id tamen per cõtrarium factum eliditur.
Puer pro infante.
2 *Impotentia duplex, temporalis, & perpetua, & quæ ſit vtra que aliæ diſtinctio, in fin.*
De ea quando conſtet.
3 *Epilogus, & additio gloſſarum.*
Spado an contrahere poſſit matrimonium.
Matrimonium cur contrahatur.
Lex ſi ſerui. § ſi ſpadoni. vt intelligenda.

CAPVT II.

1 Quod ſedem. Breue eſt [Non † poteſt] i. præſumitur non poſſe. et eſt hic ar. expreſſum q; ante annos nubiles completos non poteſt quis, niſi potens probetur, matrimonialiter conſentire, ſed prima facie præſumitur impotẽs. quod dic vt ſupra de deſp. impube. puberes. hæc tamen præſumptio plerunq; per contrarium factum eliditur vt ibi not vel exponas hic [puer] i. infans, qui nullo modo cognoſcere poteſt, infra de delic. puc. ca. 1. ſecundum Hoſt. [Sic] imo multo ma-
2 gis: quia temporalis † impotentia naturę ad tempus tã tum impedit, vt ſupra de ſpon. tuæ, & de deſpon. impu. de illis. 1. & 2. ſed perpetua. de qua ſequitur, in perpetuum, vt ſupra c. 1. Hoſt. [impotentes] ſup. maiores etiam 30. annis, ex quo de impotentia euidenter cõſtat: quia in prima nocte ſciri poteſt quo ad naturam, ex quo tam magnus eſt; quod dic, vt no. ſupra de deſpõ. impu. puberes. alij volunt ſic intelligere hanc literam, q; ſicut minor 14. non eſt aptus ad contrahendum, niſi ſit potens, ſic nec maior 14. quaſi per opus, non per numerũ annorum probetur pubertas. & ſecundum hunc intellectum dixit Hoſt. infinita iura corrigi, & ſtatum eccleſię debitum, & antiquum ſubuerti contra iura. C. de inoff. dotibus. l. vna, & ſupra de ſup. ne. pręla. c. 2. §. pe. [Apti] dixit Vincẽ. ſunt impotentes ad coitum aliqui animo, & corpore: aliqui altero tantum quod vide no. per Io.
3 33. q. 1. in ſum. ¶ Glo. 2. † obijcit, & ſoluit. ¶ In glo. 2. ibi, ſancimus 2.] etiam maior 60. vir, vel fœmina licite
4 contrahit. ¶ In glo. 2. ibi, ſecus eſt] de ſpadone an contrahere poſſit, no. 32. q. 7. hi qui. & hic no. antiqui: & dixerunt Ala. & Vin. q; carens vtroque teſticulo non con-
a trahit: quia cum omne matrimonium cõtrahatur[a] aut cauſa prolis, aut cauſa vitandæ fornicationis, & in ſecto huiuſmodi vtraque cauſa deficiat, ergo cum eo non eſt matrimonium. & ſecũdum eos lex ff. de iur. do. ſi ſerui. §. ſi ſpadoni, intelligitur de illo, qui caret altero tantũ teſticulo [& in fi.] T. idem Goffr. et Vin. et Phi.

ADDITIO.

a ¶ Contrahatur. Glo. aliter loquitur in c. hi qui, præalle. & de caſtrato vide ſupra c. prox. per Io. An. in glo. quia nec moueris.

SVMMARIVM.

1 *Propter arctum membrum mulier ſeparatur à viro, niſi poſſit per medicos adiuuari.*
2 *Potens ad copulam qui dicatur.*
Proximus eiuſdem iuris eſt, & cuius eſt & qui peruenit.
Ita, id eſt mutantum.
3 *Propter impotentiam mulier redibetur, & uxr.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 5.*
Arcta mulier ſana non eſt.
6 *Additio gloſſarum.*
Mulier incurrit morbum ob debitum non redditum.
Propoſitum non ſufficit quo ad eccleſiã, & quo caſu hic, in fi.

CA-

C A P. III.

1 Ex literis. * Dicebat † Hostien. adolescẽs 16. annorum naturaliter arctam duxit vxorem, si puella iuuari non potest, celebratur diuortium, & iudex dat viro licentiam cum alia contrahendi. dicebat Abb. propter arctum membrum mulier separatur a viro, nisi possit per medicos adiuuari. & sunt duæ partes. 2. ibi, Respon
2 demus[16. annorum]& sic erat † prope plenam pubertatem, & sic præsumitur naturaliter potens, secundum ea quæ no. supra eo. c. 1. Host. [13. annorum] & sic quò ad ætatem non videtur hæc puella pati defectum, cum & tempus consueuerit anticipari, 3. de despon. impu. à nobis. Host. [Vxorem] ex hoc patet, q contraxerunt p verba de præsenti. T. [Qui] scilicet vir [Reddere] subuellet, non potuit. Interrogatus autem, quare non posset, respondit, Quia mulier &c. sic legit Host. [Ita] idest
3 intantum[vir] iste, nec alius. & dixit Host. q † hæc magistraliter potuit appellari naturalis impotentia fœminina, & quæ mulierem facit redhibitori. ff. de redi. actio. quæritur. §. mulierem. In homine vero potest dici masculina. supra c. 1. [Tribuas] de mero iure: quia inter eos
4 non fuit matrimonium. T. ¶ Glo. 1. † soluit obiectionẽ,
5 de c. dixit &c. ¶ Vlti. signat contrarium. ¶ In † glo. vlt. ibi, §. mulierem] mulierem ita arctam, vt mulier fieri nõ
6 possit, sanam non videri constat. ¶ In † glo. 2. ibi, apparuit] idem Vincen. Phi. Goff. Inn. & Abb. [& ibi, reddita fuit] forte post sponsalia mulier virum appetens impatienter tulit viri carentiam, vnde morbum incurrit, vnde facta fuit inhabilis ad matrimonium, & sic non tenuit ſm Ala. & Vin. sed hoc dictum posset esse verum in
a sponsalibus de futuro. a ¶ In gl. vlt. ibi, propositum] nõ sufficit quo ad ecclesiam propositum, & facit quod no. supra tit. proxi. de infidelibus, in fine, vlt. glo. [& in fi.] dic vt ibi.

A D D I T I O.

a ¶ De futuro. Quia secus, si de præsenti: quia impossibilitas superueniens illa non soluit. vide glo. quæ videtur velle, quòd sit necesse illud esse etiam consumatum, inf. in capitu. fraternitatis, in gl. argum. quòd.

S V M M A R I V M.

1 *Cum impotente reddere debitum muliere, si contrahitur matrimonium quando teneat, nu. 2.*
Impotentia mulieris quibus proficiscatur causis, ibid.
3 *Matrimonium qua ratione contrahendum.*
Eo nihil vtilius hominibus.
Concessum etiam continere nequeuntibus, & volentibus continere, num. 4.
Quid si vt viuatur inhoneste, contrahatur, nu. 4. in fi.
4 *Coniuges caste viuere, & continere possunt in domo propria.*
Cum impotenti potens si contraxit, & postea cum alia contrahat, & cognoscat, verum matrimonium teneat.
Cum ea qui scienter contraxit, cogitur eam tenere, & alere.
Hæc decretalis, quando habeat locum, in fi. & num. 6.

C A P. IV.

1 Consultationi. Dicebat † Host. quod quæritur, an mulier clausa, & omnino impotens possit contrahere? Dicitur, q si quis cum tali scienter contrahat, & si matrimonium non teneat, potest tamẽ eam vt sororem tenere. dicebat Abb. clausam mulierẽ, vel arctam potest quis vt sororem habere, & si non vt
3 vxorem [Impotens] non distinguit, & ideo † qualitercũque impotens sit, matrimonium nullum erit, supra eo.

quod sedem, licet Goff. hic notet hoc esse intelligendum de sola arctatione. quid enim si ita sit lata, q nullo modo possit cognosci, vt de facto fuit coram me. Item qd si ex aliqua latenti infirmitate omnino reddatur incognoscibilis, sicut accidit in Pedemon. Taurin. diœcesis, de quadam pulcherrima domina nomine Caracosa, q. intendens placere viro instrumentum suum, ita medicinauit, q nec vir, nec alius postea potuit illam cognoscere. & quidem quamuis a viro non potuerit separari, secundum ea, quæ no. sup. c. proxi. non tamen potuit de nouo contrahere. cum omnino impotens facta esset, vnde non curo, qualiter sit impotens, siue propter arctationem, siue propter aliam causam: quia si postea contrahat, non tenet matrimonium, ex quo non potest adiuuari, vt supra c. proxi. & infra eo. fraternitatis. Hostiẽ. [Postea] cum scientibus conditionem ipsarum, & tunc bene conuenit responsio, secundum Pet. & Host. [Incre
3 dibile] ideo debet † quis contrahere, vt vxorem cognoscat, & filios suscipiat, nisi Deus illis aliter reuelet, vt no. supra de spon. commissum. tales enim vocantur pijs patres, ff. de ver. sign. liberorũ, ff. sol. ma. l. 1. vnde dicit lex, q nihil est hominibus vtilius nuptijs, tanquam solo homines facere valentibus, in authen. de rest. & ea quæ pa. in 11. men. §. hæc nos merito cõmonuerunt, coll. 4. nequeuntibus etiam continere cõcessam a dño licentiam non possumus denegare, 28. dist. c. de his, Ho
4 stien. [Vt sorores] q. d. caste viuant, vt hic, & infra eo. laudabilem, ver. q si an. bo. nam & si essent veri coniuges, possent, si vellent in domo propria cõtinere. 33. q. 5. quod de. Quid ergo, si ambo, vel alter sic viuant inhoneste, volentes sic suam luxuriam palliare? Occurrat
5 episcopus, supra de cohe. cler. c. 1. & c. licet. quid si † innatus, qui potens est, cum tali contrahat, & illam cognoscat, si primam cognouerit, tenet primum matrimonium: alias ſm, sup. de spon. si inter, & c. is qui fidem. Nam & si quis ligatus impuberi contrahere nõ debeat, valet tamen si contrahat, vt no. supra de despon. impu. de illis, prim. quamuis tamen ſm matrimonium teneat in hoc casu. Ille tamen, qui scienter cum tali contraxe
a rat, cogitur arctam tenere, & alere, ſm Inn. a & Hostiẽ. qui dicit aliquos dicere hanc decre. non tenere i alios, quod hoc est consilium. ipse Host. dicit, quod est permissum, quam diu caste viuunt, quod in senibus, & impotentibus, qui nullo modo iuuari possunt, posset locum habere. de hoc infra c. proxi. ver. q si ambo, & remittit ad ea quæ de hac materia notauit in summa, eod. tit. §.
6 quæ impotentia, ver. hæc autem omnia. ¶ Gloss. † 2. respondet per quæstio. an sit consilium, vel preceptum. ¶ In gl. 2. ibi, consilium est] secundum Lau. qui exponit [iudicare] idest tenere.

A D D I T I O.

a ¶ Secundum Inno. Et hoc operatur scientia impedimenti ipsius viri, quando contrahit cum arcta, alias non tenetur illam alere, vt hic per Inn. qui apertius loquitur, quam hic exprimat Io. An.

S V M M A R I V M.

1 *Ex impotentia coeundi quando separetur matrimonium, & quomodo, & quo casu reparetur separatum, num. 1. 5. & 8.*
Quibus modis, nu. 2. 3. 5. & 8.
2 *Frigidus quis dicatur, & probetur, nu. 5. & 8.*
Pubertas quando sit impleta.
Supplementa ad contextum huius decretalis multa, vt hic, & num. sequentib.
Tempus expectatur, & quantum hic, & num. 3. est arbitrarium, ibid. num. 7. & 8.
3 *Decretalis hæc quando locum habeat, ver. hæc est, nu. 5.*
4 *Septima manus numerus non duplicatur.*

Vicini

Vicini admittuntur deficiente parentela,
In defectum requisitorum alij succedunt, & qui hic.
5 *Iuramentum coniugis petentis ex impotentia separari matrimonium, & quorum aliorum confirmantium, & quando admittatur, & supra num. 1, & 4. & quid iurare debeant, num. 10.*
Ad aspectum corporis, & coeuntium coniugum quando deueniatur, & num. 9.
6 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 7. & 8.*
Propter maleficium non separatur matrimonium, triennium quando expectetur.
10 *Compurgatores iurant tantum de credulitate.*
Mulier quid iurare in casu huius decretalis debeat.
Periura quando dicatur.

C A P. V.

1 Laudabilem. Pars, supra de conuer. infi. de laudabilē. C. Si † de impotentia coeundi constat, statim separatur matrimonium: alias cohabitabunt cō iuges per triennium: & tunc si cum 7. manu propinquorum iurant, quod dederunt operam carnali copulæ, nec potuerunt commisceri, separantur. communis diuisio. 2. ibi. Nos verò, & Innoc. hanc decr. diuidebat in duas partes dicens, quod prima loquitur, quando vnus coniugum dicit matrimonium consumatum: alter diffitetur. In hoc enim casu datur triennium, & requiritur iuramentum 7. manus propinquorum illius, qui dicit matrimonium non esse consumatum, & durat vsque ad §. si autem. ibi secunda, in qua dicitur, quòd si vterque confitetur matrimonium non esse consumatum, nō est necesse dare triennium, sed sufficit iuramentum propinquorum. Hostien. verò dicit, quòd in hoc casu quæratur de naturaliter frigidis, quantum tempus ad experiendam copulam carnalem ecclesia eis debet indulgere. dicitur, quod triennium, nisi de impotentia possit prius euidenter constare, quo lapso seruata solennitate iudex eos poterit separare, quòd si frigidus postea potens appareat, ad primam habebit necesse redire: sed, si volunt, simul poterunt remanere, licet vir sit impotens. Exprimitur autem solennitas, quam iudex debet in separando seruare, & per contrarium actum probatur periurium, & delinquentes iubentur pœnitere

2 [Frigidis] idest his † qui naturaliter dicuntur frigidi, Innoc. & per hoc inferebat Hostien. quòd decret. non loquitur in maleficiato [Prius] puta, quia vir habet membrum siccum, vel mulier omnino apparet arcta & inepta, infra cap. 1. vel potest prius probari quia ambo confiterentur impedimentum, & multa signa frigiditatis apparent, & insuper præstant iuramenta parentum secundum Innocen. Hostien dicit, quòd frigiditas quãdoque nō potest statim probari, puta quia vir habet semiplenam pubertatem, quia est 14. vel 15. an. vnde spectabitur quousque plenam habeat pubertatem, vt not. supra de despon. impu. puberes, vnde si est 16. annorum, expectabitur per biennium. C. de diuor. in causis, si 15. per triennium, in auct. de nup. §. per occasionem. si 17. per annum. si 18. per mensem, vel duos arbitrariè. & sic loquatur supra cap. 1. vt ibi dixi secundum eū [Cohabitare] quod facere possent, vt infra versic. quòd si ambo [Voluerint] sup. & ambo fatentur, quod vna caro facti non sint, nec fieri potuerint. & hoc est, quod expouit. infra versic. si autem [Iustum iudicium] de hoc satis supra cap. 1. [Alium] dote recuperata, & donatione propter nuptias recepta. Goffr. [Accepit] supple, &

3 † cognouit, & idem si alias apparet cum mulieres cognoscere, licet cum nulla contrahat, nam & tunc reintegrabitur primum coniugium [Quod si ambo] quod hic dicitur in frigido, habuisti in arcta supra cap. prox. & expone vt ibi [Si autem] hæc est expositio eius, quod dixerat supra versic. quo elapso, vt ibi no. secundū Hostien. vel aliter secundum eum potest dici, quod hic ponit alium casum, in quo non expectabitur triennium: & tunc sic expones [si autem] sup. vir sit maior 18. annis, & mulier 14. [& quod nonnunquam se in eo. ambo fatētur] intelligas non solum ante triennium, sed etiam infra mensem, vel duos, vel tempus arbitrarium. & si erit casus idem secundum eum cum illo, quem posuit supra cap. 1. 1. respon. & expositio veri iudicij, de quo ibi lo-

4 quitur [Septima] non † dicas hūc numerum duplicari, vt sint 7. pro quolibet, & sic 14. & hoc probet, qđ de vicinis sequitur [Vel vicinorum] no. deficiente parentela admitti vicinos bonæ famæ, sic supra de testib. quoti. infra qui ma. ac. pos. videtur. 35. quæst. 6. cōsanguineos. sic & de deficiente iudice, supra de offic. ord. pastoralis. §. fin. supra de ap. c. si. cum si. & est ar. q deficientib. cōpurgatoribus eiusdē ordinis, recurritur ad inferiores, secundum Host. de hoc infra de purg. can. cum iuuentute, in gloss. [Bonæ famę] sic supra de testi. quoti. infra de purga. can. quoties, & c. constitutus [Et vterque] con-

5 iugium, quod intellige vt no. supra cap. 1. Hostié. [Vna caro] cum † quæritur de frigido, qui contrahit cum corrupta, quæ petit matrimonium separari, dicens virum frigidum, ille asserit contrarium, distingit Abba. aut tēpore contractus mulier gerebat se pro virgine, aut pro corrupta, si pro virgine, si dicat se prius fuisse corru-

b tam ab alio, non auditur, [b] cum turpitudinem suam allegans, supra de constit. cum M. & de dona. inter dilectos. si gerebat se pro corrupta, quia erat vidua, vel constabat eam ante matrimonium ab alio corruptam, inspiciendus est vir. & si per ipsius inspectionem statim potest de defectu constare, tunc poterit statim matrimonium separari, seruata solennitate, de qua supra cap. 1. Dicunt tamen quidam, q sicut per lanceam desiccatam, vel paraliticam potest quis vrinam emittere, ita semen, quod non credit Pe. de San. nisi hoc asserant naturales. Si verò naturalia viri appareant sana & integra, & ad copulam apta, dicit Innoc. q mulier debet iurare cum 7. consanguineis, quòd per eum cognita non fuit, & tunc separari poterunt, vt videtur 33. quæst. 1. cap. 2. ad hoc facit ver. hic, Si autem, quòd nunquam. sed ista iura loquuntur, quando vterque hoc fatetur: sed idem videtur, si alter: quia qua ratione creditur eis in illo casu, & in illo: tamen si vir iuret, quòd eam cognouit, crederetur ei, quia stat pro matrimonio, supra cap. 1. vel dic, q astringeretur vir per iuramentum dicere veritatem, an possit eam cognoscere, arg. de despon. impu. attestationes. & si iurat, quòd possit, cogetur sustinere, quod mulieres hoc inspiciant tempore coitus. certa enim signa sunt in mulieribus, quando dicuntur cognitæ. & si mulieres referant, quod nihil fecit, poterit matrimonium separari. Dicebat autem Abb. quod qui polluitur dormiendo, vel alio modo, non est frigidus. Item siquis lanceam erigit, signum est, quòd frigidus non sit [Ille] scilicet frigidus [Duxerit] & cognoue-

6 rit. alias contra, supra eo. q sedem. Host. ¶ Glo. 1. † respondet per quæstionem, quid de maleficiato. ¶ Gloss. vel solummodo] respon. per qōnem, an vir frigidus. &c.

7 ¶ In † gloss. 3. ibi, per occasionem] correcta. 1. antiqua, quæ dat solum biennium, datur ibi triennium. ¶ In gl. vel solummodo, ibi. l. 2.] vide de pign. significante. ¶ in gl. 2. & ibi, prospexit] vide de ferijs. c. 2. super 1. gl. ¶ in

8 † gl. 2. in fi. gl. [La. idem T. Goff. & Phi. Inno. verò dixit propter maleficium matrimonium nō separari. de hoc infra c. proxi. Host. verò dixit in frigido non semper expectari triennium, sed in maleficiato semper, infra c. a. & quæ sit ratio, ibi no. secundum eum. ¶ In gl. ar. quod, ibi, impedimētum] ēt frigiditatis: vt si iam fuit ab alio separatus pro frigido, sm Vin. & Pe. Goff. supra de probatio.

patio propofuisti, dixit se intelligere hanc dec. quando aliquo modo dubitari potest de maleficio, vel frigiditate, puta, quia in magna parte triennij fuit vir infirmus, vel alias impeditus, vel paucis diebus iacuit in toro vxoris. Nam, si ante triennium liqueat impotentia viri, non expectabitur triennium. in maleficiato non bene dixit [& ibi, infra cap. proximo] idem Guil. in Spec. eod. tit. ver. q autem. ¶ In gloss. i. per testes, ibi, aspectum
9 † corporis] ipsius mulieris, quæ virgo erat: nec habet tunc necesse habere 7. manum propinquorum vel quia sæpe manus fallitur, & c. sæpe erit necessaria septima manus, infra cap. fi. in arcta tamen dicerem secus, quæ est infallibilis probatio, quod placet Innoc. Idem, si per aspectum corporis viri, qui siccum & aridum habet membrum, probetur eius impotentia, secundum Inno. ¶ In gl. vel solummodo, ibi. c. i.] per quod capitulum hoc tenet Io. 33. q. i. si quis acceperit, in fi. i. gloss. [& in fi.] sic quod no. de coniu. seruo. c. vlt. in fi. vlt. gl. ad hoc supra
10 c. i. ¶ In gl. scilicet vir † & vxor, in fi.] secundum Tan. & idem no. Io. 33. q. i. c. 2. ratio gl. quia compurgatores iurant tantum de credulitate. plus dixit Hostien. quod mulier non cogitur iurare maritum naturaliter impotentem, sed sufficit, quod iuret, q sibi fuit impotens: quia nonquam cognouit eam, licet ipsa se nō subtraxit, sed diligentiam adhibuerit. & si secundum conscientiā hoc dixit, & fecit, non deierat, quamuis masculus frigidus non sit, qui forsan fingit, quod non est, [b] intelligit ergo illum deierare, quando contra conscientiam iurat; vel quia non seruauit quæ iurat, vel quia falsum iurat, quod postea in pœnitentia confitetur, de eo, qui cognouit consanguineam, veniens, vet. verum.

ADDITIONES.

a ¶ Non audiatur. Ex ista causa: ex alia posset. præsumitur enim a viro ei gratia ne præsumatur, ff. pro soc. l. meritò.

b ¶ Quod non est. Facit quod notat Io. And. de iura. calum. cū in causa, in gl procuratorem, & vide de purga. ca. c. fi. ad fi. & in Spe. de proba. § i. vet. & no.

SVMMARIVM.

1 Propter arctationē mulieris quando separetur matrimoniū, & postea reintegretur, ob eam separata non debet alij nubere, num. 19.
De ea quomodo cognoscendum, numero 3. 4. 7. 23. 24. 25. & 28.
Facti species, ver. Oliueria.
2 Temporis lapsus non officit separationi matrimonij.
3 In matrimonialibus non potest adhiberi nimia diligentia, & quæ adhibenda in cognitione arctæ mulieris, & num. 20.
Iudex cūcta rimari oportet, & in quibus præcipuè, & n. 10.
In culpa non est, qui multam adhibuit diligentiam.
4 Parochiana, & vicina præsumuntur maiorem habere notitiam, quam extraneæ, licet & hæ quærendæ sint & quo casu.
In aspectu mulieris arctæ quæ mulieres eligendæ, & quæ adhibendæ, & nu. 13. de veritate non deponunt, ibid.
5 Vocandi sunt hi, quos res tangit.
Fides data loco iuramenti habetur. & nu. 13.
6 Constanter qui dicantur testificari.
7 Iuramentum præstatur in omni casu potentiæ, de qua non constet euidenter.
Suasio vtenda, vbi res imperari non potest.
8 Regnorum status damnatus est.
9 Respondere non tenemur consulenti simpliciter.
Iuramentum emissum in præiudicium viri iam ducti non valet, & num. 16. quando impediat & dirimat matrimonium post, vel ante contractum, ibi. nu. 17. quotuplex sit, ibid. & qualiter solennizetur, ibid.
10 Perspicaciter, idest subtiliter.
Subtilitas quæ approbanda.

11 Resuscitatus a mortuis an & quæ recuperet.
Per mortem quæ extinguantur, aut mutentur.
12 Probabilis error quis dicatur.
Cognosci quæ potest ab vno, & ab alio, & nu. 14. & 16.
Naturale impedimentum non est, quod est ad tempus.
13 Mulier restituenda primo viro patienti aliquam coeundi impotentiam, vel inæqualitatem, an & quando sit, nu. 19. cir. 4. & 26. & 28. & quoties, ib. d. & 29.
Similia similibus gaudent.
In dubio papa consulendus, nec auctoritate glossarum, vel iuridici soluenda matrimonia.
14 Intellectus huius decretalis quis.
Per testes falsos lata sententia retractanda, vel nulla pronuncianda.
15 Matrimonium non tenet ex duobus impedimentis hic, & quibus.
Cōtractum auctoritate ecclesiæ, vel contra eius prohibitionē idem operatur, licet in hoc pœnitentia sit agenda.
17 Sponsalia de præsenti ante copulam an soluantur per susceptionem sacri ordinis.
Mulieri repotenti virum quæ obijci possint.
18 A fornicatione mulier quando excusetur, num. 19.
20 Sententia non præcipitanda, & supra num. 7.
Tempore indigemus, vt aliquid maturius peragamus.
21 Epilogus, & suffragium glossarum num. 22.
Ex futuro euentu aliquādo pendet iudicium, & supra nu. 20. & infra 28. & 30.
23 Additio glossarum, & nu. sequentibus.
Matronæ non debent de veritate iurare.
24 Per miraculum tribus quibus modis quibus possit.
Maleficium quod perpetuum, & a quo destrui possit.
Tenendum quod approbatum est ab ecclesia.
25 An præcessisse præsumendum.
De maleficio, & maleficiato quod optabat Host. duas fieri decretales.
26 Absque periculo, pro absque morte.
27 Sententia secunda lata contra primam quando valeat.
Veritas debet semper præualere.
29 Idonea viro quæ.
Hostiensis summa corrigitur.
31 Impotentia coeundi vnde mulieri, & vnde viro procedat, & quibus casibus separet matrimonium.

CAPVT VI.

1 Fraternitatis. C. Propter † arctationē mulieris, si præter diuinum miraculum absq; corporali periculo habilis reddi nō potest, separatur matrimoniū: reintegratur tamen, si postea appareat ecclesiam fuisse deceptam. Communis diuisio. secunda ibi, Quamuis. Host. ponebat sic casum. Oliueria mulier cum quodam viro per multos annos moram traxit; sed ille ipsam cognoscere non potuit, episcopus super hoc non solum per archipresbyterum, sed etiam per matronas referentes in fide sua ipsam adeo arctā esse, q nullatenus possetfieri mater, certificatus fuit, sicque inter ipsos sententiam diuortij tulit, & mulier continentiam promisit, viroque contrahendi cum alia licentiam dedit, qui & contraxit. O. vero repente, quæ fetas huiusmodi reseruauit, & abiecta continentia, Hug. in facie ecclesiæ nupsit. super his episcopus papam consuluit. pap. consulentem, quia non specificauit quæ debuit, reprehendit. perspicaciter tamen ruminans vniuersa, sententiam repeni latam per errorem, quamuis probabilem. & ideò inter ipsam O. & secundum virum nullum est matrimonium, & ipsos separari præcepit. Si verò O. expresse vel tacite fuit professa, primus vir cum secunda vxore remanebit: alias debet ad primam reuerti, nisi occasione fornicationis ab ipsa commissæ illam repellere velit:

ftu. quàm tamen opponere non poteſt ex cohabitatione
habita cum ſecundo viro, quamdiu articulus ſententiæ
dubitabilis fuit. & per hoc duabus quæſtionibus dubi-
tabilibus reſpondet. finaliter inſtruit iudicem, ne in ta-
libus ſententijs ferendis nimis ſit repentinus [Continen
tes] conſultationem ſequentis dubitationis, ſed non cla
re, vt infra verſicul. quamuis igitur. Hoſtienſ. [Per mul-
2 tos] & tamen auditur † & ſeparatur matrimonium, vt
ſequitur, & ſic non eſt vis in tempore. de hoc ſupra eod.
capitulo primo, Hoſtienſ. [Cognoſci] vnde petebat ma
trimonium ſeparari, & ſibi dare licentiam cum alia
contrahendi. Hoſtienſ. [Super hoc] ſcilicet, quod mul-
tis annis ſimul cohabitauerant, nec potuerant effici
vna caro [Archipresbyterum] qui forte de mandato
epiſcopi ſuper his inquiſiuerat: alias contra, ſupra de
conſanguinitate, & affinitate, capitulo primo, Hoſtien.
3 [Pleniorem] cautè fecit † in hoc: quia in talibus non poſ
ſet adhiberi nimia diligentia ſecundum Hoſtienſ. qui
conſuluit, vt in talibus per inſpectionem mulieris, & vi-
ri, & per ſacramentum vtriuſque, & viciniæ, & per om-
nem alium modum laboretur ad veritatem inueſtigan
dam, maximè quia oneratur iudex, cuius arbitrio tali
committuntur, & latet ſæpius, quod ſi diligenter inue-
ſtigaretur, appareret. & cum generaliter iudicantem
cuncta rimari oporteat, multo magis in caſu iſto: quia
circa maiora &c. 42. diſtinctio. quieſcamus. 7. & iſte li-
cet multam diligentiam adhibuerit; tamen deceptus
fuit, vt patet infra, ſed non fuit in culpa: quia diligen-
ter inquiſiuit. alias contra, ſupra de electione, innotuit,
& capitulo cum terra, in fine, ſecundum Hoſtienſ. [Suæ]
4 ſcilicet mulieris [Parochiæ] tales † enim præſumuntur
quoad famam habere maiorem rei notitiam, quàm
extraneæ, argument. ſupra de elect. poſtquam, & c. ſcri-
ptum. de vicinia tamen & extra debent quæri expertæ.
& ſecundum Hoſtienſ. caueri debet, ne ſint nimis iuue-
nes, propter inexperientiam, nec nimis antiquæ pro-
pter viſus defectum. nam cum manu & cum oculo talia
ſunt probanda, de probationibus, propoſuiſti, & capit.
cauſam. & propter mulierum medicinas ante, quàm in-
ſpiciatur, conſuluit ſecundum Iac. quòd mulier in aqua
calida prius lauetur, & diu moretur. de hoc in prædi. de
cret. cauſam, & interim ſub fida ſit cuſtodia, ne poſſit
apponere medicinas. ff. de ven. inſpici. lege prima, &
propter hoc ſequitur in textu, Prouidas. debent enim
eſſe honeſtæ, ne ſint lenones, vel viles, quæ pro minimo
deierarent, & corrumpi poſſent, & omni peccato con-
ſenturent, in authen. de lenoni. collat. 2. & Cod. de decu
5 rio. lege vltim. libro 12. [Tuam † præſentiam] ſic fie-
ri debet vocatis etiam his, quos res tangit, ſupra de
conſanguinitate, & affinitate, capitulo primo [Quæ]
matronæ ſcilicet [Fide ſua] hic innuit, quòd non iuraue-
runt. ſed eſto, quòd ita ſit: non tamen dicitur, quòd non
debeant iurare. ſed & fides data loco iuramenti habe-
tur, ſupra quod metus cauſa, ad aures. Hoſtienſ. de hoc,
6 ſuper gloſſa ſecunda [Conſtanter] quaſi † dicant ſe ſci-
re, vel credere pro certo in nullo vacillando, diſcordan
do, vel titubando, argum. 4. quæſtione tertia, qui falſo.
Hoſtienſ. [Nunquam] quaſi dicat nulli homini eſt habi
lis [Mater] quò ad procreationem prolis, Petr. [Con-
iūx] quò ad conſumationem matrimonij, Pet. [Inſtru-
mentum] capax. Vincent. adeò clauſa erat, ſupra eod.
conſultationi, & cap. præ. Naturale tamen habebat:
aliàs mingere non poſſet, & per conſequens nec viuere
ſecundum Hoſtienſ. [Vnde] quia ſcilicet diligenter in-
quiſiſti, & illam arctam reperiſti [Diuortium] dixit Ho-
ſtienſis hic colligi, ſecundum Tancre. & Bernar. quòd
7 hic † non præſtatur ſacramentum, de quo dicitur, ſupra
capitulo proximo: quia illud locum habet tantum,

cum frigiditas hominis allegatur, ſed Hoſtienſ. dicit,
quòd in omni caſu, in quo euidenter non conſtat de im
potentia, ſit illa ſolennitas adhibenda, & hic forte fuit
adhibita, licet hoc litera non dicat, & hoc ſupplere nō
eſt contra literam [Inducens] quia res ſuaderi poteſt,
non imperari, trigeſimaſecunda, quæſtione prima, in-
tegritas [Aliquam] de approbatis, de religio. donatio-
8 ni. capitulo finali, nam † a Beguinis caue, vt not. de vi-
ta, & honeſtate clericorum, monaſteria, Quarum ſta-
tus hodie damnatus eſt, per clemen. de religioſis do-
min. cum de quibuſdam [Continentia] quam promi-
ſit, ſed poſtmodum illam abiecit, vt ſequitur [Tri-
buiſti] quia impotentia proueniebat ex parte mulie-
ris, non viri [Inuenit] non dicit, matrimonio præceden
te, vel non. & hoc tangitur, infra verborum, & ſi prædi-
cta [Supernupſit] alias nupſit, & ſuper, eſt ſuperfluum, &
ideò reſecandum fuerat ſecundum Hoſtienſis [Semi-
9 plenè] vnde † papa non tenebatur reſpondere, ſupra
de ſponſalibus. de muliere. Hoſtienſis [Simplici] quia
tunc & ſi contrahere non deberet, contractum teneret,
ſi alij iuncta non eſſet, ſupra qui cleric. vel vouent. rur-
ſus. In præiudicium tamen viri etiam ducti non va-
luit votum emiſſum, trigeſimatertia, quæſtione quin-
ta, manifeſtum, & capitulo voluit [Ad religionem]
eam profitendo tacitè, vel expreſsè, ſecundum Hoſtien-
ſem [Concubitu] conſtat tamen, quòd concu-
buit. Hoſtienſis [Quolibet] puta per balneum.
10 Abbas. [Perſpicaciter] ideſt ſubtiliter. † & no-
ta, quòd ſubtilitas, quæ facit intelligere mentem,
& rationem, approbanda eſt, vt hic, & ſupra de tranſ-
lationibus inter R. de feria. capellanus, paragrapho
finali, Hoſtienſis, vide quod ſcripſi, de iudicis dile-
cti, ſuper prima gloſſa [Miraculum] innuitur hic,
11 quod † ſi Lazarus reſuſcitatus repeteret vxorem, vel
eccleſiam, non teneretur eum recipere, ſeptima quæ-
ſtione, prima, eodem. Vincentius, de hoc trigeſimaſe-
cunda, quæſtione ſeptima, capitulo ſecundo, & per Bar
tolomeum Brixienſem, in quæſtione Eſto, quod aliquis
reſuſcitatus. in qua quæſtione tractat etiam Bartolus de
bonis, quæ reliquit eccleſijs, an ſibi ſint reddenda. in
præcedenti verò capitulo ſecundo, & trigeſimatertia
quæſtione ſeptima tractatur etiam de baptiſmo, & or-
dine. Sic etiam dubitari poteſt, an recuperet perſo-
nalia priuilegia, quæ cum perſona extinguuntur, de
regulis iuris, priuilegium, libro ſexto. allegat Bar-
tolum, ad caſum matrimonij, quòd cum matrimo-
nium ſolutum eſſet per mortem, infra de ſecundis nu-
pe. capitulo penultimo, & vltimo, non cogebatur
mulier reconciliare ſemel ſolutum, Codic. de nu-
ptijs. neque ab initio, nam ſocietas morte diſſol-
uitur, ff. pro ſocio, cum duobus paragraphis,
idem reſpondit, & mors omnia delet, in authenti-
ca, de nuptijs, paragrapho deinceps, collatio-
ne quarta facit, ff. de ſolutionibus qui res para-
grapho aream. quod dicat, vide in ſuffragio de ſi-
moniacis, ex inſinuatione, ſuper vltima gloſſa. Cir-
ca res allegabat illas repeti non poſſe, ex quo deo dica-
tæ erant. 17. quæſtione quarta, ſunt qui opes. 12. quæ-
ſtione ſecunda. nulli liceat, infra de regulis iuris, ſe-
mel deo, libro ſexto, cum ergo illarum rerum dominiū
ſtatim poſt mortem fuerit eccleſię acquiſitum, Cod. de
ſacroſ. eccleſ. vt inter diuinum, ille non poterit eccleſia
ſine culpa priuari, de regulis iuris, ſine culpa, libro ſex-
to, præterea qua ratione illa ſibi reſtituerentur, etiam
rebaptizaretur, quòd eſt falſum, cum character manſe-
rit in anima. idem in ordine, vt ibi etiam not. In con-
trarium quod omnia recuperet, inducit: non dicit mor
tuum. qui citò reſurrexit, de poeniten. diſtinctio. prima,

diuortium, ff. de in rem verso, si pro parte. §. versum. Itē
morte cessante cessat effectus. 61. distinct. his omnibus,
nec videtur re exclusus, quem prætor restituit. ff. de in
integrum restit. nemo videtur. multo fortius quē prin-
ceps principum, qui etiam restituendo ad vitam, ad
vxorem, & bona, quod minus est, restituisse videtur, vt
sic plenissima sit restitutio, secunda quæstione tertia. §.
notandum, C. de senten. pas. lege prim 1, & vltima, & re
statuto principali, & accessorium, de officio delega. prę
tereà. facit Cod. de capti. & postlimi. reuer. l. postlimi-
nium, & l. si captiuus, §. 1. vt sic iure postliminij iste om
nia recuperet. 16. quæstio. 3. capit. primo, hoc enim est
in reducto per captiuitatem in seruitutem. 34. quæstio.
2. capit. primo, ergo. & in hoc casu cum seruitutem ferè
æquiparemus morti, ff. de regul. iur. l. antepenult. & iu-
stam absentiæ causam habuit vocatus a deo, ergo resti-
tui debet, de re iudic. cum Bertoldus. & actio extincta
renascitur, ff. si ex nox. causa. l. 2. in fi. dixit Bartol. Tan.
dixisse, ipsum ad omnia restitutum. Hug. & Io. contra.
vide in præ. cap. & in verè mortuo hæc opinio de rigore
verior. Si verò in monumento viuus apparuisset, quod
interdum accidit, tunc nulla dubitatio. & idem, si pro-
babile dubium esset, an sit resuscitatus, an viuus reper-
tus. Eadem quæstio formatur de religioso resuscitato,
an sit solutus a professione. & prædictum capitul. secun-
dum. 32. quæstio. 7. in fin. facit quod non: quia nunquā
deus moritur, vt ibi. deo autem principaliter obligatur
in professione, vt satis dixi supra de condi. appo. capit.
12 vltim. super 1. gloss. ad fin. [Probabilem] quo ad † con-
scientiam episcopi. non tamen esset probabilis, secun-
dum Hostiens. si episcopus aliqua de illis omisisset, de
quibus in princ. dixi. & not. non esse præcipitandas sen
tentias. ad idem, de restit. in integ. cum ex literis. §. per
speximus [Cuius simili] quasi dicat vterque vir. vnde
præsumitur, quòd si cognoscibilis vni, quòd sit etiam a-
lij, & si non vni, nec alij. dicebat Innoc. nam si aliquan-
do est cognoscibilis, patet, quòd non habet naturale &
perpetuum impedimentum. vnde dicit capitul. si huic
non potuit naturaliter concordare, quomodo alij con-
ueniet. 33. quæstio. 1. requisisti. aliàs est sub capi. quòd
b autem.[b] vel ideo dicit [Cuius † simili] secundum Ho-
13 stiens. quia si primus pateretur defectum membri, se-
cundum ea, quæ dixi supra capit. proxim. vet. si autem,
vel haberet nimis carnosum membrum, ita, quòd exce-
deret alia membra, puta quia patitur sibi elephantiam
quæ dicitur quædam species lepræ maior reliquis, ad in
star elephantis, qui maior est alijs animalibus, vel quia
habet nimis grossam, & longam lanceam, cum secun-
dus habeat competentem, non fiet restitutio. & sic in-
tellexit hanc literam Vincent. & Gost. ad quod concor.
Ouidius, qui ait. Quàm male inæquales veniunt ad ara
tra iuuenci. Nam præmitur magno coniuge nupta mi
nor. & Auicenna, mulier quandoque non est angusta,
sed non conuenit ei suus par, & ipsa non conuenit pari.
Et indiget vnusquisque eorum permutatione. quasi di-
cat secundum Hostien. aliquando accidit, quòd vir ha-
bet membrum nimis debile respectu mulieris virginis
fortiter sigillatę, & sic non conuenit ei puellæ, scilicet
suus par. Quandoque verò habet paruum & nimis de-
bile, sponsus verò nimis grossum, & nimis forte, & sic
non conuenit par ei, & indiget vterque permutatione,
quasi dicat, iungatur debilis debili, fortis forti: quia si-
milia similibus gaudent, supra de electi. transmissum.
quamuis autem in quibusdam ex his, vbi euidenter ap-
paruerit, possit tuto procedi per decre. supra eod. quòd
sedem, quia oculata fides prępualet, instit. de gradi. §. si,
tamen in dubijs dicit Hostiens. consulendum papam,
nec auctoritate glossarum, vel Auicennę debere matri-
monia solui, cum nec hoc fiat. l. canonica, vt supra de
testi. licet ex quadam, in fin. & videtur sibi. & Innocēt.
14 quod † papa primum habuit intellectum, & non hunc
secundum: quia personarum absentium papa non fecit
comparationem. consultatio etiam hoc non contine-
bat. pręsumitur ergo, quòd primus potuit illam cogno-
scere, ex quo alius illam cognouit. per quod patet sen-
tentiam latam per falsos testes: quia mulieres illę fal-
c sum[c] dixerunt. & ideò sententia retractanda, vel nulla
pronuncianda. sup. de except. cum venerabilis [Pręfa-
tum Ga.] secundum virum, cum quo O. contraxerat
[Consensus] & hęc vna de duabus rationibus, vel quia
15 primus † adhuc erat vir, si illa non fuit tacitè, vel ex-
presè professa. vnde secundum ducere non potuit, de
spons. du. accepisti: vel quia si professa fuit, matrimo-
nium postea contractum non tenuit, supra qui cleri. vel
vouen. meminimus, & capitul. sequen. Hostien. [Transi
uit] ibi, profitendo tacitè, vel expresè [Cognouit] aliàs
cum manente in seculo profiteri non potuisset, de reg.
ad apostolicam [Ecclesię auctoritate] maximè, quia idē
esset, si contra prohibitionem, licet tunc pœnitentiam
debeat agere, infra de ma. contract. contra inter. eccle
si. capitulo primo, secundo, & tertio [Alioquin] idest si
nec tacitè, nec expresè professa est. & colligit Innocēt.
16 ex hoc, quod quantuncunque † mulier solenniter voue
rit etiam consentiente viro, & etiam quod plus est, quā
uis vir post votum vxoris cum secunda contraxerit, ni-
si mulier ingrediatur religionem, tamen matrimonium
prius contractum reintegratur. nam hic patet, quod
causa diuortij est adulterium, non tale votum: sed con-
tra, supra de conuer. coniug. ex parte. 2. & vide quod
ibi dixi, super versic. matrimonium. Solut. aliud est in-
gredi mona. & professionem facere, vel voto se obli-
gare ad obseruantiam regularem de pręsenti. aliud so-
lenniter vouere continentiam, quod qualiter fiat, no-
ta. secundum eum, supra de regula. porrectum. Aliud
est vouere simpliciter. In primo casu votum non so-
lum impedit matrimonium contrahendum, & diri-
mit contractum post votum: sed etiam dirimit ante vo
tum nondum per copulam consumatum, vt supra de
conuer. coniu. ex publico. In secundo verò casu, quan-
do votum solenniter emittitur, & si impediat, & diri-
mat matrimonium contractum post votum, non tamē
dirimit contractum ante votum, vt hic, & supra qui cle
ri. vel vo. insinuante. Illa enim decret. loquitur de vo-
uente continentiam, non de profitente religionem. a-
liàs malè ibi diceretur, quòd in domo propria remane-
ret, quod est contra substantiam monacatus. vide quod
dixi de conuer. coniugat. dudum, in glos. satis fatius.
In tertio verò casu, quando scilicet votū emittitur sim-
pliciter, non dirimit contractum etiam post votum; sed
impedit tantum contrahendum, supra qui cleri. vel vo-
uen. rursus, secundum Innocent. [Ea] scilicet secunda
17 [Voto] arguunt Petr. & Abba. quod † sponsalia de prę-
senti ante copulam soluantur per susceptionem sacri
ordinis, cum per sacrum ordinem solennizetur votum
continentię, supr. qui cleri. vel vouen. rursus. de hoc di-
xi de voto, capitulo vno, libro sexto, [Vel nisi] quasi di-
cat non solùm poterit excipere contra mulierem de vo-
to solenni, vel de professione tacita, vel expressa, sed de
fornicatione, vt sequitur, Hostiens. [Alij viro] qui, scili-
cet non pręcedente, nec secuto matrimonio seras rese-
rauit. & sic vnus reserauit, & cum alio contraxit. & sic
18 obst. fornicatio primi, à qua † nec auctoritate senten
tię, nec ecclesię excusantur, argument. infra titulo pri-
mo, referente. secundus autem concubitus non nocet,
vt probatur infra §. sequentib. [Declinare] propter hoc
tamen non remanebit cum secunda, sed debebit co-
gi-

tinere, Pet.[Ecclesiæ]hoc est, quod in dubio ipsam ex-
cusat, argum. infra qui fi. sint legi. capit. 2. & capit. per-
latum, & capit. peruenit. & facit multum hæc litera ad
id, quod not. contra communem opinionem, supra de
coniug. seruo. proposuit. Hostiens.[Dubitabilis] multa
simul iuncta excusant mulierem à fornicatione. primũ,
quia fuit per ecclesiam separata, argum. 32. quæstio. 7.
quemadmodum. secundum, quia publicè nupsit. tertiũ,
quia in dubio potuit bonam fidem habere. quartum,
quia forsan sententiam diuortij latam perpetuò valere
credidit. quintum, quia nemo illi contradixit, nec po-
stea conscientiam turbauit. ergo nec adulterium com-
misit. quod non committitur sine dolo, secundum Ho-
stiens. iura allegat gloss.[Cum illo]secundo. à fornica-
tione verò primi, cum quo non contraxerat, non excu-
satur, vt dictum est[Amodò] præter expositionem glos-
sæ potest exponi secundum Hostiens. 1. ex quo factum
19 † est super hoc ius expressum, nulla mulier debet rema-
nere cum illo, cum quo secundo contraxisset, ex quo sen
tiret se cognoscibilem. & sic loquitur, quod quæri pos-
set, quid si hodie talis casus accideret: & si dicas, non-
ne hodie præmittenda sunt banna in ecclesijs? Respon-
detur, quòd ecclesia permitteret cum tali contrahere,
puta dicente viro se de suis viribus confidere, vel quòd
vult illam vt sororem tenere. Innocent. nõ placet, quòd
olim iste articulus fuerit dubitabilis, propter quod ex-
cusetur ab adulterio, quæ adhæsit alteri maritali affe-
ctu. hodie tamen si matrimonialiter adhæreret, dicit
eam ab adulterio non excusari, cum per hanc constitu-
tionem dubitatio sit soluta, scilicet, quòd separata à vi-
ro propter sui arctationem: cum alio non contrahat,
quod non teneat matrimonium. & si dicatur, quòd ma-
trimonium est de iure naturali, & ideo etiam olim igno
rantia non excusabat violantem, respondet, quòd sæpe
in his constituit ecclesia, & pro matrimonio, & contra,
vt patet de consangui. non debet, de conuer. coniug. ex
publico. alij dicunt, quòd & olim peccabat, sed consti-
tutionem humanam non offendebat, & sic non teneba-
d tur illa constitutione[d]: quia propter adulterium separa
tur toris, ex quo matrimonialiter alteri non adhære-
bat[Per hoc] similis modus soluendi, infra de diuort.
quanto. supra de rescript. pastoralis. & dixit Innocent.
[Per hos] idest per sententiam, quam tulimus in hoc ne
gocio non distinguendo de corporali periculo, nec de
simili viro. sed decernimus mulierem restituendam
primo, cui arcta non erat. sic ergo est de cætero facien-
dum. nec de periculo, vel similitudine virorum curan-
dum, & hoc sibi placet[De talibus] scilicet de his quæ-
stionibus duabus, scilicet de diuidendis vxoribus pro-
pter arctationem mulieris, vel frigiditatem viri, Innocẽt.
20 [Facile] quasi dicat, sententiam † non præcipitandam
in talibus, vt & supra not. Nam tempore indigemus,
vt aliquid maturius peragamus, 50. distinct. ponderet.
42. distinct. quiescamus. 33. distinct. habuisse. 11. quæ-
stio. tertia, graue. Hostiens.[Ex futuro] quia si fuerit ap-
ta secundo, reddetur primo. & constat primum fuisse
21 matrimonium. Innocent. ¶ Finis 1. gloss. † respondet
per quæstionem. ¶ Secunda gloss. respondet per quæ-
stionem, ¶ Tertia gloss. obijcit, & soluit, & remittit.
¶ Gloss. 6. arguit pro opin. dicentium. cap. si per sortia-
rias, non tenere. cui dupliciter respondet subdens de
maleficio, quod præcedit, hoc intelligi debere. ¶ In gl.
quia si]obijcit, & soluit. demum quærit, & soluit secun-
22 dum Ioan. & subditopinio. T. ¶ In † gloss. 1. ibi. lege
prima,] vide, in cap. causam, hic allegat. super gloss. 2.
¶ In gloss. 4. ibi. §. & quidem]vide de translat. capitu.
2. in gloss. mulus[& ibi, nam is]vide de solutio. Odoar-
dus, in gloss. 3. ¶ In gloss. propter quem, ibi, leg. 2.]inci-
pit, si sit fullo. vide in cap. proximè alleg. super gloss. 1.
¶ In gloss. quia si, ibi, si ignorans] vide, de sentent. ex-
communicat. in audientia, in gloss. 3.[& ibi. l. penult.]
vide vt lite non contest. quoniam, super gloss. per fama
[& ibi, in bello. §. 1.]ex futuro euentu patebit, an hi qui
erant in potestate illius, qui ab hostibus captus est, sint
sui iuris, necne. nam illo non reuerso à tempore captio-
nis sui iuris esse dicetur[& ibi. l. 1. §. 1.] si pendeat, an in
potestate sit filius, vt quia captus pater ab hostibus, pẽ-
det etiam, an Macedoniano sit locus. ¶ In gloss. vlt. ibi,
quædam sunt] si species legata est, quam deliberante le
gatario hæres alij tradidit, valet traditio, si legatarius
repudiauit: & nulla erit, si acceptabit[& ibi, proinde]
interdum pendet mutui datio, vt si mutuaui nummos, vt
si certa conditio extiterit, tui fiant. item si hæres Titio
credit pecuniam mihi legatam, si legatum repudio, suã
pecuniam hæres credidisse dicetur[& ibi, potior] vide
de appel. præterea. 2. super glos. 2.[& ibi l. 2. §. 1.] vide
super gloss. quia si[& ibi, §. sed si quæritur] vide de ver-
bo. signific. fonis, in glo. lex enim[& ibi, §. cum quis] vi
23 de de appel. nouit, super glos. 2. ¶ In † glos. ibi, propin-
quorum]secundum La. Io. Vinc. Phi. Tan. Hostiens. con
tra, vt dixi, super versic. diuortium. ¶ In glos. 2. ibi, per
iuramentum]idem Goffr. Phi. Innocent. & Hostiens. &
quod dicit, super periculo animarum, dicit Hostiens.
quod incurrunt, si deierauerunt. alij dicunt, quod hæc
obtestatio habetur loco iuramenti. sic supra de appell.
constitutis. 2. nec debent matronæ de veritate iurare,
sed de credulitate secundum suam conscientiam, & cre
dulitatem referendo mulierem aptam, vel non, secun-
dum Hostiens. ¶ In glos. 3. in fi.] sed hæc probatio non
est certa, vt patet ex sequentib. Hostiens. ¶ In gloss. not.
in fine]Goffr. hic alleg ff. de reg. iur. non videtur cœpis-
se, & l. non videtur quisquam, & l. nihil inter. ff. quid di-
cant, vide in sua litera, de regulis iuris, lib. 6. allega. ad
idem 100. distinct. cap. 1. de præscript. cap. 1. ¶ In glos.
24 argum. quod, ibi, induxit]potest dici † tolli per miracu
lum, quod tollitur per secretã virtutem verborum, her-
barum, vel aliarum rerum: recitabant hæc Io. & Vincẽ.
dicebat Goffr. maleficium esse perpetuum, vt in cibo,
vel potu datum, vel si maleficus est mortuus, vel malefi
cium perditũ, vel maleficus destruere nescit. dixit hic
Abba. quòd frater magistri sui per 8. annos non potuit
vxorem cognoscere, quã postea cognouit. & adde quod
dicam infra capit. proxi.[& ibi, vt quidam dicunt] sci-
licet Da. & Cardinalis, quos sequitur Innocẽt. Dicebat
autem Card. quòd auctor illius capit. non fuit gnarus,
sed ignarus, & verum est quò ad nomen, vt ibi patet.
Hostiens. contradicens illud, capit. tenere, quod per ec-
clesiã generaliter approbatũ est, ad hoc, de celebr. miss.
pernitiosus, cum suis concor. præsumitur autem à princ.
maleficium temporale, sed post cohabitationem trien
nij præsumitur perpetuum, ex quo solennitatem seruãt,
de qua, infra capitul. proxim. & potest maleficium esse
perpetuum. facit quod dixi supra ea. gloss. & dicam se-
cundum eum, infra cap. 1.[& ibi, quod præcessit]quòd
25 si † dubitatur, vtrum præcesserit, quidam dicunt, quòd
debet præsumi, quod præcessit, vt sic expediantur, nec
maneant impediti. argum. C. de ædil. ac. l. 4. & infra de
re iudi. Abbate, lib. 6. nec ob. supra de testi. licet ex qua
dam, in fi. quia illud verum est, quando matrimonium
potest habere effectum, scilicet fornicationis euitatio-
nem, vel bonum prolis: quod hic non potest propter
impotentiam coeundi. optabat Hostiens. quod papa
in hac materia duas faceret decret. vnam, quod ma-
leficiatus cum illa, cum qua maleficiatus est, perpetuò
contrahere non posset, & quod si contraheret, non te-
neret. & quod ex quo moram per triennium contraxis-
sent, censeretur perpetuum impedimentum. aliam,
quòd si non appareret vtrum impedimentum præ-
cessisset, vel secutum esset matrimonium, præsume-
tur præcessisse, & matrimonium non tenere. & est si-

mile, quod ipse no. de spon. is qui fidem, dicit autem
q alias non videtur plenè prouisum in hac parte. ¶ In
26 gloss. vbi vero, in fine] dixit Innoc. q † qualitercunque
mulier reddatur cognoscibilis, restituitur primo, quod
placet Hostiensi, nisi appareret vir impotens omni mu-
lieri, dixit etiam Hostien. quòd quantumcunque graue
periculum immineat, semper restituenda est post, ex
quo est adiuuata. & quod dicit absque periculo expo-
nebat, idest absque morte. q. d. si mors ex medicami-
ne non fuerit subsecuta. Item scripsit, quod ex quo a
secundo cognita est, restituenda est primo, cui semper
adhærebit: quia si vni cognosc[ibi]lis est, ergo & alijs.
de hoc dixi super versic. cuius simili. ¶ In gloss. propter
27 quem, in fine] vel secundum Innocen. tunc † valet se-
cunda senten[t]ia lata contra primam, quando aliquid
proponitur in secundo iudicio, de quo prius non fue-
rat exceptum, argumen. supra de fide instrumen. cum
Ioan. idem, si notoriè pateat primam sententiam iniu-
stam. nam semper debet veritas præualere. 8. distinct.
consuetudo, & adde, quod dixi, secundum Host. super
ver. cuius simili, in fi. glos. & supra de re iudi. cum Ber-
toldus, in gl. forte de partium [& in fine] secundum Io.
¶ In gloss. sic, 33. in fine] Gost. Phili. sed Innoc. & Host.
28 contra. ¶ In gl. quia † si legitimè, ibi, T. dixit] & Vincē.
& Inn. has opiniones deridebat dicens, quod quilibet
insipiens intelligeret absurditatē illatū, per q̄ quis sic
exponitur pollutioni, & aliena vxor sic ab alio cōtracta
tur. Dicit aūt, quosdā dicere, quod non cognoscetur, an
sit apta per copulam primi viri, sed per inspectionem
vtriusque, primi scilicet & secundi. Si enim habent
similia membra, præsumitur, quòd sit illi cognoscibi-
lis, & sic ei reddetur [& in fine] ad idem de excep. pia,
lib. 6. Hostien. qui dicit, quòd vtraque illarum opinio-
num est contra textum, dicit, quòd fiet restitutio pri-
mo, cum quo morabitur per triennium, interdicto facto
secundo, ne interim cum alia contrahat, & si potest co-
gnosci intra triennium, non reuertetur ad secundum.
Si vero intra triennium cognosci non possit, restitui-
e tur secundo, sine spe restitutionis de cætero [e] faciendæ,
& præsumetur maleficium perpetuum impedire, infra
capit. sequen. Si vero interim secundus contrahat cum
alia contra interdictum ecclesiæ separentur, & tamdiu
separati morentur, quam diu triennium sit elapsum,
& sic apparebit, an causa impedimenti fuerit tempora
lis: quia si primus ipsam sibi restitutam cognoscat, te-
net secundum matrimonium contra interdictum eccle
siæ contractum, licet contrahens debeat pœnitere, vel
perpetua, quia non potest a primo cognosci, & tunc
separabitur secundum, & prima restituetur secundo.
idem dicit de secunda vxore primi. & ideo dicit in fin.
quod talia pendent ex euentu. & est casus, quo quis iu-
re suo priuatur sine culpa, sed non sine causa, supra vt
lite non contest. quoniam. ¶ In gloss. & certè, in fine]
29 idem Hostien. placet Innocen. quod dicatur † idonea,
ita, quòd si incidatur etiam cum periculo, priori viro
sit restituenda. & idem Hostien. vrdia[?] super gloss. vbi
vero. ¶ In gloss. q. d. in fi.] tu dicas, quòd per ea, quæ di-
cta sunt in §. non tamen, ibi, per opus humanum [& ibi,
cuius simili] & ibi, inter ipsam, & primum hæc quæstio
in contrarium est soluenda. & ibi, qui sequuntur hanc
gloss. Vincen. no. contrarium, cum alij dicunt in infini-
tum restituendam. alij, quod secundo ad minus. Di-
cas ergo, quòd si per frequentem vsum secundi reddi-
tur apta, idest præsumatur reddi primo, quamuis de
hoc non constet, tamen ex quo primus eam tenerit, fa-
cienda est sibi semel restitutio, vbi sibi alias facta non
fuit: ad hoc tria me mouent. primum, quia sua diuino
miraculo porta per opus humanum aperta est. secun-
dum, quia nunc præsumitur, quod fuit impedimentum
temporale. tertium, quia tunc apparet testimonium
matronarum fuisse falsum. & secundum hoc intellige,
& corrige, quod no. in sum. cod. tit. §. qualiter, & quan-
do, ver. quod si mulieres asserant, & sequentibus. Host.
30 ¶ In † gloss. vlt. in fi.] est tamē argum. contra, ff. de vsu.
l. 1. ff. de iudi. non quemadmodum. & illud, Exitus acta
probant, careat successibus, opto, Quisquis ab euentu
31 facta notanda putet. Host. ¶ Circa † materiam decre.
& tituli Pet. de San. hie, & Abb. in fin. sui operis distin-
guebant sic, impedimentum matrimonij aut est ætatis,
& tūc non tenet matrimonium, nec est necesse, quod se
parentur per sententiam, vt quia contrahunt ante legi-
timam ætatem, supra de despon. impu. a nobis, & supra
eod. quod sedem. aliud est impedimentum naturæ. &
hoc quandoque a parte mulieris, quandoque a parte vi
ri. si a parte mulieris, dicitur arctatio, quo casu si non po
test incisionis, vel alio beneficio subueniri, separari
possunt per ecclesiam, supra eod. ex literis. a parte viri
potest esse quadruplex impedimentum. a parte naturę.
& vnum ab extrinseco. a parte naturæ, aut ex frigidita-
te, aut ex nimia carnositate, aut ex defectu lanceæ, aut
propter siccitatem eiusdem. ab extrinseco verò vt pro-
pter maleficium. si sit impedimentum frigiditatis,
tunc non sunt statim coniuges separandi, sed est proce-
dendum secundum formam dec. supra eo. laudabilem.
Si vero prouenit impedimentum ex nimia carnositate,
& ideo mulier est a viro separata, quia non potest ab il-
lo cognosci, & alij copulata secundum Vinc. quia aut
mulier, quādo contraxerat cū primo, receperat dilata
tionem in omnibus membris, puta quia iam peruene-
rat ad ætatem 14. vel 15. annorum, quo casu non præ-
sumitur fuisse matrimonium inter illam, & primum,
qui nullo modo potuit illam cognoscere, & ideo sepa-
rari non debet a secundo, licet possit ipsum cognosce-
re: quia iste secundus in lancea non præsumitur similis
primo. Si vero nondum peruenit ad ætatem, qua reci-
pit membrorum dilatationē, & a secundo cognita est,
ita quòd iam est apta primo, pręsumitur matrimonium
cum primo: quia licet tunc non potuerit eam aperire,
præsumitur, quod nunc poterit. vnde restituenda est:
quia ex post facto apparet, quod sententia diuortij fuit
per errorem lata inter eos. Si verò deficiat vir in lan-
cea, quia non habet tantum, quod sufficiat ad matri-
monium consumandum. vel si habeat virgam desicca-
tam, tunc possit separari, cum naturale in eo deficiat
instrumentum, supra cap. proxi. nec est relinquendum
improbitati mulieris de quātitate lanceæ, sed per aspe-
ctum corporis relinquatur arbitrio boni viri. Si verò
impedimentum prouenit ab extrinseco, puta propter
f maleficium, aut impedimentum est perpetuum, [a] aut
temporale, si temporale, non sunt separandi. Si verò
est perpetuum, aut impedimentum præcessit matrimo-
nium, & tunc separantur, & datur licentia contrahendi
vtrique, vt infra cap. proxi. aut matrimonium præcessit
impedimentum, vt 32. quæst. 7. hi qui sani, & tunc non
separantur.

ADDITIONES.

a ¶ Proximo. Ibi vide Io. And. in gl. cum quæritur, & vide infra in gl. 1. & super illa.

b ¶ Quod autem Hunc intellectum approbat in fi. huius gl. Inn. & Host. & Io. And. & probatur supra c. 8. in princ. ibi, cum illa, neque cum aliqua, & ibi, aliam acceperis.

c ¶ Falsum. Non videtur falsum testimonium illarum, quia potuit dolo carere, ad hoc, quod no. Io. And. supra eo. laudabilem, super gl. penult. & vide ad hoc no. Io. And. super gl. propter quam, infra eo. capit.

d ¶ Constitutione. Imò videtur constitutio iure naturali: quia euangelica. 32. q. 1. dixit dominus.

e ¶ De cætero. Contra quia etiam post triennium, si potest coire, videtur restituenda illi, vt probat text. supra c. proxi. in primo sponso, & ibi no.

f ¶ Per-

¶ Perpetuum.an maleficium possit esse perpetuum, vide in glos. a: g. quod,& super illa Io.And.& infra c.prox.super gl.a.

S V M M A R I V M.

1 *Si maleficiatus nunquam potuit uxorem cognoscere, quãdo & qualiter separatur.*
Ex temporis cursu non repellitur petens ex impotentia separationem.
2 *Impotentia quacunque sit, modò perpetua, sufficit ad separationem coniugum.*
A *Ad eam probandam quot iuramenta requirantur, nu. 12.*
B *Eius causam dicere nemo cogitur.*
Ius suum deduxisse totum dicitur, qui causam tacuit.
C 3 *Experto credendum, licet quandoque inexperto.*
Expertes qui dicantur.
4 *Testimonium dicitur prohibitum a non iurato.*
Ad copulam non consueuerunt vocari testes.
5 *Corruptio mulieris creditur viro.*
6 *Matrimonij sacramentum ex multis habet praeminentiam, et quibus, & eius requisita, & proprietates quae, num. 7.*
Non rescinditur de facili, & cur, nu. 7. & quomodo institutum, num. 17.
7 *Ad ipsum pertinentia Adae verba illa, hoc nunc os, & c. quae singula habeant significationem, & sensum.*
8 *Triennij tempus in casu huius decretalis quando incipiat, & vt computandum, nu. 9. & 11.*
9 *Continuum quando dicatur.*
Vir si sit suspectus, vt faciat mulierem corrumpi, quid agendum.
Ad malum multa via.
10 *Coniux ad cohabitandum, & obsequia coniugi praestandum cogitur, & a quibus, & qualiter, praeterquam in casibus & quibus.*
11 *Iure suo quis priuatur in multis casibus absque culpa, sed non sine causa.*
Ecclesia sequitur opinionem, cum nescit veritatem.
12 *Vicini propinquorum defectu sumendi.*
Habere quos & quot possumus, sufficit vt hic.
13 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 14.*
Mulieris appellatione etiam virgo viripotens continetur.
15 *Additio glossarum, & infra.*
An ob maleficium separetur matrimonium, & nu. 16. an sit perpetuum, & qualiter curari, & dissolui possit, & quod proximum sit, ibid.
Decretalis haec quando locum habeat.
16 *Constantini practica citatur.*
Credendum est auctori in facultate sua.
Tituli significatio debet attendi, & allegatur hic.
17 *Virginitas non infert operam copulae ab impotente datam, nisi probetur, in fine.*

C A P V T VII.

1 Literae vestrae Casus. Si † vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere vxorem, cui per triennium cohabitauit, ipsis cum 7. propinquorum manu hoc iurantibus matrimonium separatur. & sunt duae partes. consultatio, & responsio, ibi, Quo circa [Mulierem] ad diuortium proclamantem [Commisса] erunt ergo isti delegati a papa: alias episcopi ordinarius deberet hoc audire. supra de consan. c. 1. Host. [Octo annis] si auditur mulier post 8. annos, multo fortius post annum, & dimidium, & sic non est vis in tempore, vt not. sup. cap. proxi. in princ. & c. 1. Host. [Cohabitasset] in domo, & 8
a lecto [Non habebat] nunquid † cogitur dicere, ex qua causa: non puto, supra de iudi. dilecti. & sufficit, quaecũque sit causa, dum tamen perpetua, supra eo. tit. quod sedé. Host. no. tamen Io. 33. q. 1. c. 2. quod tunc totum ius suum,

videtur in iudicium deduxisse. per quam gloss. videtur, quòd si succumbat, deinceps, nec frigiditatem, nec ma-
a leficium poterit allegare [a] [Quare] idest quia mater fie-
ri cupiebat, supra cap. 1. & 1. ver. muliere [Expertis] ex-
3 perto † credendum est, ff. de ven. insp. l. 1. & est argum.
pro antiquis magistris. 25. quaest. 1. contra statuta. 77.
distinct. relatum. & contra nouos magistros, facit 48. di-
stinct. sicut. secundum la. pro expertis, alleg. gloss. Cod.
C. de iud. certi, in auten. de iu. §. nos igitur, coll. 6. 19.
quaestio. 3. monasterijs. sed secundum eum quandoque
creditur inexperto. 31. distinct. Nicena [Quae] matro-
4 nae, scilicet [Testimonium] testimonium † dicitur quòd
perhibetur a non iurato, supra de cohabita. cler. & mu.
tua, de hoc supra tit. proxim. in princip. [Parochia] vbi
melius poterit sciri veritas, de hoc supra cap. proxi. in
princip. [Constare potuit] per hoc videtur frigiditas
fuisse in causa. sed secundum Hostiens. nec semper de
hoc constare potest: quia nec consueuerunt homines
testes ad talia vocare: imò se abscondunt, & violentis
praesumptionibus conuincuntur. supra de praesumpt. li-
teris, & cap. 3. [Paratus erat] cautè dicebat, quia si spon
sa virgo erat, si dixisset se illam cognouisse, redargui
5 posset de mendacio. Si † verò fuisset corrupta, crede-
retur ei, nisi ex sui parte appareret euidens defectus. de
hoc supra capit. proxim. [Eisdem] viro, & mulieri: quia
vterque & alter tantum posset esse in peccato, propter
quod hoc opus impediretur, de poeniten. & re. cum in-
de biga. debitũ. ibi. n. in virginem consensit & in virginitate matrimonium consumauit. & videtur quod coniunctio animorum tantum, vel corporum tantum non inducat bigamiã: sed qñ haec simul duo conueniunt siue
in duas virgines, siue in vnam corruptam, ar. 27. q. 1. cũ
societas, & c. pe. & §. cum ergo coniugatorum, & §. aut
ea hanc distinctionẽ. Requiritur ergo non solum vnitas
mulieris, sed & integritas. Vnde apostolus, Despondi vos vni viro virginem castam exhibere Christo. 27. q. 1. nuptiarum. talis ergo bigamus censetur sm Host. qui remittit ẽt ad ea, quae no. de cle. coniu. c. 2. Contrarium credo,
vt dixi 3. de biga. debitum. de hoc de cle. cor in c. vno.
lib. 6. nec vrgent rationes supra positae per Host. quia,
vt in eis patet, Host. loquitur ponendo hunc pati sacri
defectũ, & procedunt illae rationes, vt ex eis patet, hoc
aperte patet in prima & secũda ipsius rõne. in tertia nego matrimonium per se causam bigamiae: sed fateor,
quod illud matrimonium consumatum, ex quo insurgit
defectus sacri, inducit bigamiã, & eo casu, quo inducit,
non potest operari eius contrarium [Suscepit] durante
4 † matrimonio: alias contra, supra c. trãsmissae. quid si cõcepit durante matrimonio, sed postea mortua legitima contraxit cum illa, & postea nata est proles? dicit
autem Host. quod erit legitima, ar. infra eo. quod nobis. &
vide quod ibi dicam. satis est ergo proli quocunque tẽpore, dum erat in vtero, quòd parẽtes fuerunt legitimi
coniuges, sicut alias dicitur ad eius ingenuitatem sufficere semel habuisse tunc matrem ingenuam, instit. de
inge. §. 1. & 2. [Duxerit] no. supra de eo, qui co. cõ. de illo, in parte decisa per hanc literam, quod si Saracenus † ex
5 Christiana filium habens baptizetur, & contrahat cũ
illa, non legitimatur filius: quia à prin. non poterat esse
b matrimonium b 28. q. 1. caue. Idem dixit hic Vinc. de
natis ex incestu. s. quod non legitimantur parentibus postea contrahentibus ex dispensatione ecclesiae. Nam si
quis cõ mandata contrahat post depositũ officium, legitimae sunt nuptiae, & filij post, non prius geniti. ff. de ri.
nup. eos qui. ff. de sta. ho. Paulus, alias eum qui. ad idẽ
instit. de haere. quae ab in. de fe. §. nec non. arg. contra de
consang. quia circa. credo verba dispensationum in his
ponderanda [Nihilominus] cum enim in matrimoniũ
peccauerunt, non debet eis, nec ipsorum proli per matrimonium subueniri, arg. ne cle. vel mo. cap. 2. de vsu.
quia frustra, sm Hostiens. [Praesertim] pro maxime. T.
& Innocen. [Machinatus] quo casu inter illos non potest esse matrimonium, de eo qui duxit, super hoc, Phi.
6 ¶ Glo. 1. † alle. 5. concor. quaerit, alle. negatiue contrarium sol. ¶ Gl. 3. arguit, signat cõtrium, & ibi remittit. secundo arguit, & signat hic cõtrarium. ¶ Vlt. gl. tractat
de quadruplici filiatione incidenter, signat contrariũ,
7 & ibi remittit. ¶ In † glo. 1. ibi. l. x.] hanc & se. vide, quod
met. cã ad audientiã, in gl. 4. ¶ In gl. vlt. ibi, vulgo] vide
8 de ser. nõ or. consuluit, in gl. 1. ¶ In † gl. 1. ibi, qualis] &
in h. feu. si de feu. cõ. fu. c. naturalis. vide qd dixi 3. eo. lator, fu. 1. gl. [& in fi.] de hoc 3. de elect. innotuit, in gl. 4.
& adde, qd ibi dixi. ¶ In gl. 2. in fi. sed primũ verius est]
hoc intelligas quando cum secundo ignorante matrimonium contraxerat. ¶ In gl. 3. ibi, non tenuit] nec tenere potuit, & hoc est, quod soluit cõtrarium, de quo sa
tis de reg. iur. nõ firmatur, lib. 6. ¶ In gl. vlt. in fi.] Host.
dicens, quòd huius gloss. distinctio semiplena erat, distinguebat sic: filiorum tales non nominandi, vt quia

nati

nati de incestuoso, adulterino, vel alias damnato coitu, cum quibus etiam non solet Rom. ecclesia dispensare, nisi religionem ingrediantur. de hoc sup. de fi. presbyt. c. fi. & isti in nullo succedũt patri, vt hic, & infra c. per venerabilem, & in iutibus, quæ alleg. gl. vtrum tales matribus succedant, est contentio. Remittit autem ad ea quæ no. in sum. eo. tit. §. an vtrunque genus succedat, ver. spurij, & sequẽtib. Alij vero nominari possunt. & horum alij sunt spirituales tãtum, & hoc modo sumus omnes filij domini papę, qui pater est patrum, quamuis episcopos, & superiores fratres, reliquos filios appellet. J. de cri. fal. quam graui. & tales in nullo succedũt quo ad temporalem hæreditatem: sunt tamen alendi tripli ci pane. s. de elect. significasti. Alij spirituales & legitimi, siue canonici, vt filioli, nec tales succedunt, impediunt tamen & dirimunt matrimonium, vt patet, supra de cog. spi. Alij ciuiles & legitimi, puta adoptati, vel arrogati, de quibus supra de cog. lega, & in sum. e. tit. Alij naturales tantum, de quibus sup. c. lator. Alij naturales legitimi & liberi, vt suscepti de vero, vel putatiuo matrimonio bona fide, & in facie ecclesiæ inter liberas personas, vel inter liberam matrem, & seruum cõtracto, & tales parentibus indistinctè succedunt. C. de suis, & legi. per totum, sup. c. 2. & infra eo. per latum. & c. seq. & c. penul. Alij naturales & legitimi, sed serui, vt nati de seruis coniunctis, vel de libero & serua, vt patet sup. de cõiu. seruo. & tit. seq. per totum, & tales non succedunt, nisi manumittantur tacitè, vel expressè, vt patet instit. de his, qui sui iur. sunt, & per quas perso. no. acqui. & quib. nõ est permissum fa. te. & de hære. qua. & dif. §. 1. Alij ab initio naturales, sed ex post facto legitimi, & tales cum suis naturalibus & legitimis, omnimodo concurrunt, vt supra 1. respõ. & c. 1. excepto feudo, vt ibi no. & sup. c. lator. in cæteris, quæ circa hoc deficiunt, remittit ad summam. eo. tit. §. 1. 2.

ADDITIONES.

a ¶ Contractum. Vide pro limitatione huius c. Bal. in l. si qua illustris, C. ad Orphi. & gl. insti. de nup. §. fi.

b ¶ Matrimonium. Circa, n. ad quod porrigitur fictio, est inhabile, & sic nõ proficit fictio, vt no. Bar. in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia de causa ciuiliter in laicos non cognoscit, nisi de matrimonio an quis sit natus, & nu. 5. sed illud non est perpetuũ, num. 5*

2 *Spoliatum restituendum ante causæ ingressum iura, quæ loquuntur, vt intelligantur.*

3 *Angliæ regnum recognoscit ecclesiam Romanam, & a quo tempore.*

Franciæ rex non recognoscit superiorem.

5 *Pendente quæstione præiudiciali, super principali non est procedendum etiam in alio foro.*

6 *Illegitimus qui dicebatur, si pronuncietur legitimus, & agendo postea contra eum, qui obtinuit, petat hæreditatem, an obstet exceptio rei iudi.*

Super legitimatione si diuersimodè pronuncietur, an & quando obstet exceptio rei iud. & faciat ius inter omnes, quid si cõtrariè pronũciari petatur, an & vtor sit exaudiẽdus, n. 8.

Res inter alios acta hic quando non noceat.

Inter legitimationis, & filiationis causam quæ differentia, vide alia, num. 7.

Sententia quo casu hic non dicatur fieri contra res prius iudicatas.

7 *Legitimationis causa quando tractari possit, et quæ requirantur, et nu. 8. et 9. an per defensorem possit agi sine mandato, et qualiter formabitur sententia, nu. 10.*

10 *Per defensorem quæ causæ possint agi, ad quæ condemnetur, et quando.*

Per procuratorem quæ. non mandatur contra ipsum executioni sententia.

Sententia quomodo concipietur, cum agitur per alterutrum ex eis.

Interesse si mea dicatur ex stipulatione commissa, quæ veniant eo nomine, vers. vbi vero plures de eo quando possit agi, ibid.

Interesse mea difficulter probatur ibid.

Pœnam apponi tutius est in stipulatione, ibid.

11 *Principalis quæstio quæ.*

Incidens quæstio hæreditatis coram ecclesiastico iudice tractari potest.

12 *Absente actore proceditur, & quando reo.*

Crimen extinguitur per mortem, in fi.

13 *Epil gus, & suffragium glossarum, nu. 14.*

De defuncti statu non agitur, sed de peculio, & filio agitur.

15 *Additio, seu suppletio glossarum.*

Imperatoris potestas quæ, & vnde corrigi potest a papa.

Vicarius Dei an vnus tantum.

Alanus Anglicus, & timidus.

Tancredus Lombardus & acephalus.

Papæ potestas in temporalia, & in imperatorem.

CAP. VII.

1 Causam. C. De causa † ciuili inter laicos non cognoscit ecclesia. cognoscit tamẽ an quis de legitimo matrimonio natus sit. primo ponit comissionẽ. secundo ipsius formam bimembrem, quam in vno membro reuocabat, & causam reddit: in alio membro reperit, sed incongruitatẽ opponit. secũda ibi, Verum. Summabat Ab. q̃ post mortem de legitimatione cognoscitur propter bona. dicebat Hos. ponitur quæstio duorũ articulorũ, commissio alterius, reuocatio principalis articuli diffiniendi, repetita cõmissio, commissionis obiectio (Mater) s. Agatha, sup. e. causam [Inseri] minus bene. Inn. [Sępe facto R.] iuniori filio Agathæ [Possessor] nomine aui sui, vel qua-
2 si pro suo, de voluntate tamen aui, Go. [Ante † principalis] sic intellige iura omnia, quæ dicunt spoliatum restituendum ante causæ ingressum. 2. q. 3. per totum. 3. q. 1. per totu m. s. de causa principali. nam causam spoliationis, & probare se possedisse, & spoliatum fuisse, vt infra sequitur, & supra de offi. dele. consultationibus, Gof. & Hos. [Causæ] de legitimatione, s. quæ & communia erat, & sic erant duo articuli principalis, & accessorius. Hos.
3 [Pertinet] hoc potuit esse † uerum tempore huius decre. quo regnum illud non tenebatur in feudum a Ro. ec. & non recognoscebat rex Angliæ superiorem in temporalibus, sicut nec rex Franciæ hodie recognoscit, infra eo. per veneralem. sed hodie secus esset, cum postea tempore Innocent. III. Ioannes rex Angliæ filius Henrici maioris, qui Ioann. successit in regno Richardo fratri suo, recepit ab ecclesia Ro. in feudum totum regnum, sicut in archiuis ecclesiæ continetur, quare Romana ecclesia ei contra rebelles suos astitit, & ad ipsum iuuandum in regno D. Galeat. Vercel. tunc cardinalem misit legatũ
4 in Anglia specialem. Potest tamen † exponi, Pertinet, sicut tex asserit, vel principaliter, & regulariter. In casibus tamen aliud est. & quod dicit, intra videamur detrahere, aliquibus scilicet non intelligentibus. Fidelib. enim & discretis non venit in dubium, quin nos saltem ratione accessionibus cognoscere possimus, maxime de violentia, in qua materia constitutio nostra corrigit ius ciuile, supra de restit. spo. sæpe. quòd autem requiritur ibi, Asserit pertinere, sub. non tamen est ita in hoc casu, sed nolumus ipsum scandalizare, arg. supra de consang. quia circa, secundum Hostiens. [Iudicare] ad
5 ecclesiam † tamen omnino spectat de legitimatione cognoscere, & pronunciare, qui quæstione pendente secularis super quæstione hæreditatis non procederet, supra de ord. co. tuam. & verum tunc sic offerendus

6 dus libellus, not. supra eo. lator. Quid † si is, qui dice-
batur illegitimus, pronuncietur illegitimus, & ipse po-
stea agendo contra illum, qui obtinuit, petat hæredi-
tatem, vel alia, quæ illegitimus petere non potest? Re-
spon. secundum Innocen. obstabit ei exceptio rei iudi-
catæ, vel doli, argum. infra eo. cap. 1. imò videtur, quod
hæc sententia ius facit inter omnes, arg. intra eo. perue
nit, & cap. per tuas. ff. de lib. agno. l. 1. §. fi. & l. 2. & hoc
quidam concedunt. Alij contradicētes, forte non male
secundum Innoc. & Host. quod licet sententia filiatio-
nis ius faciat inter omnes, vt in l. proxi. alleg. non tamē
idem in causa legitimationis, cum non inueniatur ex-
pressum, ideo standum est regulæ, res inter alios acta,
& cæt. supra de re iud. Si autem vno agente aliquis pro-
nunciatur legitimus, alio agente pronunciatur illegiti-
mus, vtraque sententia tenet inter eos, inter quos lata
est, secundum Innoc. nec dicitur tertij contra res prius
iudicatas, ex quo aliæ sunt personæ in secunda causa,
quàm in prima. ff. de excep. rei iu. & an eadem. Si au-
tem essent eædem personæ, secunda non teneret. Sed
nunquid admittitur secundò agens is, qui præsens fuit
in prima sententia. & tacuit, nec appellauit? Dic quòd
sic: quia nec obest sententia nisi illis, inter quos lata
fuit. Idem videtur, si quis petat restitutionem in in-
teg. vt ab hæreditate abstineat, nam quamuis denege-
tur, si tamen postea agitur contra eundem ab alio &
iterum petat restitutionem, non obstabit ei exceptio
rei iu. Idem, si Petro agente pronuncietur instrumen-
tum falsum, & postea alio agente producatur idem
instrumentum, non obstabit ei exceptio sententiæ in-
ter alios, & in alia causa latæ, vt probatur ff. de excep.
rei iu. si a te. l. cum quare. & l. seq. Idem videtur, si agen-
te Roberto contra Martinum decernatur vnum præ-
dium debere alteri seruitutem, licet sit ar. contra. ff. de
neg. gest. qui aliena negocia. §. fin. & supra de re iudic.
cum super, & c. quamuis, vbi circa hoc dixi quosdam ca
a sus exceptos, quos hic notauit [a] Innoc. & not. q † causa
7 illegitimationis non indifferenter tractatur, sed tunc
demum, cum subest aliqua causa legitima, puta, cum
quæritur de hæreditate, beneficio ecclesiastico, ordini-
bus, vel honoribus, & incidit hæc quæstio, vt hic, & sup.
eo. lator, & c. 1. 2. & 3. de fi. pręs. c. 1. pe. & vlt. de accu. sup
his. Idem est sm quosdam, vbi quis diffamatur. C. de in
genu. ma diffamari, sm Innoc. alij dicunt, q in casu illo
non potest quis petere se pronunciari legitimum, sed
tantum q diffamātores cessare, vt in e. l. innuitur, argu.
b pro primis, infra de pur. ca. [b] accedens. plures etiam
alias causas potest quis notare per diuersa iura, vt C.
de remiss. pi. si eo. ff. de cura. bo. dan. l. 1. ff. ex quibus ca.
ma. & si per prætorem ff. de optio. le. l. in ancipiorum, &
l. si emptio. §. fin. ff. de adul. ob commissa. argum. cōtra
8 ff. de re iud. qui in alterius. quid † si quis petat aliquem
pronunciari legitimum, alius petit eundem pronuncia
ri illegitimum? Respon. facilius admittenda est prima
petitio fauorabilis, quàm secunda odiosa, argumen.
ff. de libe. & posthu. cum quidā, vñ tamen, q vtraque sit
admittenda, & qui melius probauerit, obtinebit, ar. in
eo, quod le. & not. de causa pos. cum ecclesia nullus tñ
admittetur ad petendum pronunciari se legitimum, ni
si iusta causa subsit, vt dictum, & cōtradictorē habeat.
& si admittatur, nulla est sententia, ar. de collu. de. l. cū
non iusto contradictore: sed si habet iustum contradi-
ctorem, tunc admittitur ad probandum, ar. ff. de prob.
9 l. circa. Qualiter † ergo consuletur illi, qui timet sibi in
tantum qōnem de illegitimitate moueri, & timet ēe,
ne probatio pereat? Sol. faciat testes publicari voca-
tis omnibus, qui fuerint euocandi. tunc enim per tales
probationes se defendere poterit contra omnes, supra
de testi. significauit, & ca. Albericus. sed attendi etiam
debet, vtrum parentes viuant, vel mortui sint, qd dic, vt

10 no. 7. eo. peruenit. 7. eo. lator. ¶ Sed † nunquid hæc cau-
sa per defensorem sine mandato potest agi? Dicitur qui
dam quòd non: quia in hoc non debet formari senten-
tia in personam domini, sed defensoris. C. de sen. t. & in-
ter. in l. 1. nec in personam procuratoris, vel defensoris
possent congruè formari verba sententiæ huius causæ:
sed contrà, quia dicit lex, etiam in causa status admitti
tur procurator etiam sine mandato cum satisdatione
de rato. ff. rem ra. ha. l. procurator. §. si quis a procurato
re. ad idem ff. de procu. non solum. §. si status, & §. fi. &
C. de satis. l. vna. & etiam contra ipsum defensorem fer
tur sententia, cum & defendi possit. ff. de procu. seruum
quoque. §. publice, & l. non solum. §. final. C. de iniur. si
quando. C. de asser. tol. l. 1. §. 1. ff. de his, qui not. infa. l.
furti. §. 1. & l. seruus, ff. de neg. gest. l. liberto. §. fin. & po-
test sic congruè formari sententia. de quo etiam vide in
Spe. de sent. pro. §. vt autem, versic. si autem aget. Cum
Alan. ageret contra B. procuratorem, vel defensorem
Guillielmi procur. vel defensorio nomine ipsius super il
legitimatione ipsius G. Nos visis & auditis rationibus.
partium dictum B. procuratorem, vel defensorem di-
cti G. prædicto A. condemnamus, secundum Innocent.
sed in quo condemnatur, neque responderi potest. secū-
dum Hostie. ergo non valeat sententia tanquam incer-
ta. C. de sent. quæ sine cer. l. 1. & per totum. dicit ergo
sic esse diffiniendum, Nos visis & auditis & cæt. dictum
G. per præfatum B. procuratorem, seu defensorem suum,
& ipso mediante illegitimum esse pronunciamus. j. eo.
perlatum. cap. fi. & cap. quod nobis, in fin. & capit. per
tuas, arg. supra de præben. accedens, de conuer. coniu.
ex parte. 2. 1. respon. C. de iniur. l. fin. vel denunciamus.
inf. eod. peruenit, in fi. vel reputamus. j. eod. ex tenore,
in fi. nec habet dominus, de quo quæratur: qui & sine
defensore citatus, & contumax lit. etiam non contesta-
ta damnari posset. ff. de pęnis, absentem. §. ad rectis, &
§. si sæpius, ff. de procura. non solum. §. fina. per hanc ta-
men sententiam non præiudicatur Guillielm. de iure,
licet de facto videatur notari. de ordi. cog. cum di-
lectus, ad fi. vbi verò agitur de furto, vel iniuria, vel
etiam quibuscunque criminibus ciuiliter ad pecuniam
posset defensor nomine illius, quem defendit in certa
summa pecuniæ condemnari. ff. de his qui no. inf. l. fur-
ti. §. 1. Si vero dominus non habet ratam sententiam,
imo ea non obstante petit legitimum iudicari, commit
titur stipulatio ad impendia, & interesse secundum In-
nocēt. ff. rem ra. ha. procurator. §. si quis à procuratore,
sed nunquid in hoc interesse veniet æstimatio hæredita
tis? Sic, si ipsam petierit, & obtinuerit, & non ante: quia
prius non intererat, ar. ibi, & si ratione diuersarum hære-
ditatū, vel alia de causa pluries intersit, pluries agi po-
terit ex stipulatu contra eundem defensorem, arg. ff. ad
l. Aquil. inde Neratius. §. in fin. & ff. rem ra. ha. & l. pro-
c curator [c]. §. si quis. committitur etiam stipulatio non
solum in eo, quod is, qui obtinuit, amittit, sed etiam in
eo, quod lucrari potuit, vt ibi, & l. quo enim tutore. §. fi.
& l. si commissa, & sic non ob. quod opponi consueuit:
quia si succubuit in hæreditate, non interest eius, si re-
stituat alienum, vt 54. disti. . generalis. Interesse enim
ratione lucri, quod consecutus fuisset, si sententiam ra-
tam habuisset, secundum Innoc. Item potuit non iuste
condemnari. ff. de adult. denunciasse: secundum Ho-
stiens. & secundum eos tutius est in talibus certam pœ-
nam apponi, ad quam agatur, quia interesse difficulter
probatur. ff. rem rat. hab. si procurator. §. fin. & l. quo e-
nim. §. fi. ff. de prætori. sti. l. fin. In causa verò matrimo-
niali non est admittendus defensor, nisi quando proce-
deretur, si defensor non existeret. Cod. de procu. exigē-
di. nec tunc exigitur satisdatio pœnalis, ar. de sponsal.
Gemma: nec formabitur sententia in personam pro-
curatoris, vel defensoris, sed principalis personæ, licet
semper

ſemper fuerit abſens, infra cap. pri. qui ma. ac. poſs. in
inquiſitione vero bene admittimus defenſorem, ſecun-
dum Innocen. cuius ad mentem fuit hæc gloſſ. mutata
ad verba: quia eam non ordinatè poſuerat. de procu-
ratore non eſt dubium, quin admittatur in cauſa in-
quiſitionis, de accu. ſuper his, de re iud. cum I, & A. ſal-
uo, quod dicam de accu. inquiſitionis, ſuper gloſſ. 3. di
cebat Hoſt. quod in alijs ciuilibus procurator procura-
torio nomine condemnatur, ſed non mandatur con-
tra ipſum procurat. ſententia executioni, niſi extiterit
hæres condemnati, aut in rem ſuam datus, vel obtule-
rit ſe liti, cum ſciret non eſſe cautum, vel defenſoris lo-
co cum ſatiſda. ff. de procu. l. ſi quis cum procura. nomi
ne, & l. Plautius, ſecundum eum [Principali] principa-
11 lem † vocat quæſtionem natiuitatis propter eius affe-
ctum, & etiam vtraq; fuerat principalis, vt ſup. patuit:
quia vtraque principaliter tractabatur. alias. n. vt dixit
Phi. ſi quæſtio hæreditatis fuiſſet incidens, potuiſſet co
ram iudice eccleſiaſtico tractari. ſ. eo. lator, vbi de hoc
[Sit nata] & hoc debet probare ipſe R. de hoc ſ. ca. la-
tor. Erat. n. in hac cauſa R. actor, & F. reus qui etiam re
cuſauit Londonien. quem R. impetrauerat, vt j. de off.
12 deleg. cauſam, & ipſo † actore abſente proceditur in li-
te, ſup. de dol. & contu. cauſam. Si autem eſſet reus, etiã
corã eccleſia de expoliatione poſſet excipere, vt patet
in eo, quod le. & no. ſ. de ord. co. cum dilectus. §. pen. &
c. fi. ſecundum Hoſt. [Incongruum] prima facie, Inn. &
certè incõgruum eſſet, niſi quia matrimoniũ clam & in
contemptum eccleſię fuit contractum, vt ſ. eo. cauſam.
& ſic nõ obſt. j. c. peruenit, in fi. quod dic. vt ibi no. Ho-
ſtien. [Matrimonium] ſup. parentum. Hoſtien. [Ea] ſci-
licet Agatha, vel ſuis parentib. erat ergo mortua Aga-
tha. & non ſolum per eius mortem, ſed per mortem pa-
rentum videbatur crimẽ extinctum, ſm Hoſt. de hoc in
13 gl. ¶ Gloſſ. 1. † ponit caſum. ¶ Secunda pro iuriſdictio
ne, ꝙ ſit diſtincta, alleg. 7. iura. in contrarium alle. 4. po
nit opin. Hug. & contrariam Ala. & T. quam approbat.
14 ¶ In gl. 2. ibi, per vnam columnã] vide infra in ſupple-
tionibus. ¶ In gl. pe. ibi, principaliter] de ſtatu defun-
cti principaliter non agitur, de peculio tamẽ ipſius, vel
ſtatu filiorum agi poteſt [& ibi, quamuis] vide de clan.
15 deſpon. cum inhibitio, ſuper gloſ. 5. ¶ In † gl. 2. ibi, co-
lumnam. §. quia igitur impium] vbi dicitur, ꝙ impera-
tor poteſtatem ſuam hẽt a Deo. ad idẽ in auct. quomo-
do op. epi. in princ. col. 1. vnde & Deus ipſum miſit legẽ
animatam in terris, in auct. de cõſu. § n. col. 4. ſecũdũ
hoc tamen ſequeretur, quòd duo ſint vicarij Dei in ter
ris, vnus in ſpiritualibus, & alter in temporalib. Hoſtiẽ.
contra id j. de elect. fundamenta, lib. 6. [& ibi, Hug.] &
Lau. [& ibi, Ala.] & Tan. & Gof. dixit Vinc. nec credo
Ala. quia Anglicus & timidus: nec magiſtro Tan. quia
Lombardus, & acephalus, & ſto illi canoni. 96. diſt. cũ
ad verum, & quia Conſtantinopolitanus, qui verus im-
perator eſſe debeat, obfuſcatus eſt, & regnum Franciæ
contentum debet eſſe paribus ſuis, quorum anteceſſo-
res finalem pœnam receperunt apud Hiſpanos, & Teu-
tonicorum imperium habet gladium a papa, dicere po
teſtis imperatorem Hiſpanum eſſe verum imperatorẽ,
quia nullo niſi a Deo gladium habet [& ibi, vnum ſo-
lum] & non duo, quaſi monſtrum. ſ. de oſt. or. quoniam
[& ibi, ſucceſſor] quidam hoc negãt dicentes, ꝙ nec in
teſtamẽto, nec in ſacerdotio, nec in officio ſucceſſit pa-
pa Moyſi, eſt enim papa ſucceſſor Chriſti, qui fuit mini-
ſter noui teſtamenti, & qui fuit ſacerdos in æternum:
Moyſes ſicut dux habuit executionem gladij tempora
lis, quem papa non habet [& ibi, alius] & de re iud. ad
apoſtolicæ, lib. 6. [& in fi.] de hoc 10. diſt. quoniam, &
ad hoc ele. de iureiur. Romani, & de re iud. paſtoralis,
in fi. & hoc vltimum amplectitur Hoſt. Dicit tamen, ꝙ
papa non habet ſe intromittere de temporalibus in al-
terius præiudicium. j. eo. per venerabilem, ver. inſuper,
hoc regulariter, niſi in caſibus infra eo. per venerabilẽ,
ver. rationibus. ſed imperator indiſtinctè ſe intromitti,
cui hoc eſt a Deo immediatè commiſſum. Imperator ta
men, ſi excedat etiam in temporalibus, corrigi poterit
per ſuperiorem, ſecundum Inno. ¶ In gl. quia crimina,
ibi, admonere] & infra de hære. accuſatus. §. ſi vero, in
fi. lib. 6. [& ibi, profertur] & in caſu j. de hære. ſi quis epi
ſcopus [& ibi, bonorũ] contra j. c. peruenit, ibi ſoluitur.

ADDITIONES.

a ¶ Notauit. Ibi vide plenius de materia iſta, & per Io. An. eo. tit.
cum ſuper, Bar. poſt gl. in l. ſæpe. ff. de re iud.
b ¶ Ca. Vide Io. And. de off. or. conquerente, in gl. hæc petitio. &
Bar. in l. cum Titia, ff de accu. & Bal. in d. l. diffamari.
c ¶ Procurator. Vide plenius Bar. in l. ſi ſine. §. cum autẽ, ff. eo. ti.
d ¶ Commiſſa. Ibi vide. & ibi ſoluitur contrarium de l. ſi ſterilis.
§. cum per venditorem, ff. de ac. empt.

SVMMARIVM.

1 *Proles ex ſecundo viro ſuſcepta a muliere primo viro viuen-
te, a quo ſeparata fuerat, legitima erit.*
In vagabundo marito malitia præſumitur, & quando, nu. 2.
*Matrimonium diſſolui non poteſt ex ſola abſentia viri diutur-
na, niſi probet aliquod impedimentum, nec quia non poſſit
carnis reſiſtere ſtimulis, nu. 2.*
In contumaciam abſentis vocati reſcinditur, nu. 3. et 5.
3 *Ordo iudiciarius in matrimonij ſeparatione ſeruandus.*
*Ab adulterio excuſatur auctoritate eccleſiæ mulier alij viro
coniuncta.*
4 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum.*
Dolus alienus mihi nocere non debet.
5 *Suppletio gloſſarum.*

CAPVT VIII.

1 Perlatum. C. Si mulier † per iudicium eccle-
ſiæ ſeparata a primo illo viuen-
te contrahit cum ſecundo, legiti-
ma erit proles, quam ex illo ſuſcipiet, & ſunt duæ par-
tes, in prima facti narratio. in ſecunda commiſſio ibi,
Ideoque [Tranſiſſet] cauſa vagandi, ſecundum Innocẽ.
vel in odium mulieris, & ſic abſentia fuit malitioſa, per
quod non obſt. ſed concor. ſupra, vt li. non conteſt. quo-
niam. §. ſi autem, & ſupra de ſpon. de illis, ſecundum
Hoſtien. [Eum] ſcilicet maritum malitioſè abſentem.
Hoſt. [Querelam] dicens maritum mortuum, vel matri
monium accuſans de parentela, ſecundum Inn. vel, de
alio impedimento canonico ſm Hoſt. præcedẽte matri
monium, propter quod vxor eſſe non poterat, quod & po-
2 ſtea probauit, vt ſequitur [Expectare] forte quia † nec
poterat ſtimulis carnis reſiſtere. ſ. de eo, qui co. con-
ſan. vxor. Iordanæ: nec in hoc eſt vis ſm Hoſt. vt patet
ſ. vt li. nõ conteſt. qm. §. ſi autẽ [Parentibus] hoc facere
debuit eps. cum malitioſè ſe abſentaſſet, vel ſine cauſa
vagaretur ſm Inno. [Reuocarent] ſub. & matrimoniũ,
ſi vellent, defenderent. & ſub. ꝙ parentes ad eum miſe-
runt, ſicut per epm moniti fuerant, ſed obaudiuit, nec
venire voluit, & ſic contumax fuit, ſecundum quod cõ-
cor. ſ. vt li. non cõte. qm. §. ſi autem. Hoſt. [Spacio] poſt
terminũ aſſignatũ per epm. Hoſt. [Inter eos] ſ. mulierẽ
præſentẽ, & virum malicioſè vel per contumaciam ab-
ſentẽ, ſed Dei præſentia ſupplebat abſentiam. ſm Hoſt.
C. de iudi. properandum, de do. & cõtu. veritatis, ad fi.
[Promulgauit] & bene, quia nil omiſit de contingenti-
bus, vt ſ. patet. ſm Hoſt. & male ſecundum Abb. & Pet.
3 [Tulerit] ſeruato † ordine iudiciario, qui debuit in tali-
bus obſeruari, & de hoc ſupra de fri. fraternitatis, ver.
nã & fi. Ho. [Auctoritate] & iõ excuſatur ab adulterio,
ſi re

si reperiatur postea ecclesiam in sententia fuisse deceptam, ar. supra eo. ex tenore. de hoc infra eo. referente.
a Host. [Hac occasione] quæ ad nos. & forum nostrũ pertinet. sic supra ca. 1. & 2. Host. ¶ Glo. 2. † quærit, arguit
4 pro, & contra soluit, respondes ad hæc capitula. ¶ In gl. 2. ibi, si quis in fraudem patroni libertus rem vendidit, datur optio emptori, an velit rem habere iusto precio, an a re discedere precio recepto. nec fraudari debet emptor precio. non enim de dolo ipsius quæritur,
5 sed de dolo liberti. ¶ In † gl. 2. ibi non quærebatur] quia secundum Vin. eum legitime processisse, cum ageretur contra contumacem, & de fœdere matrimonij. Gof. maxime cum de discretione hic commendetur episcopus secundum Hostien. secundum quem dic, vt dixi in tex.
b tu super ver. transisset, & ver. reuocarent [b] [& in fin.] dato etiam quod episcopus minus legitime processisset. Phil.

ADDITIONES.

a ¶ Referente. & vide Io. And. in c. si. de cland. desponsatione, ad si gl. quæ incipit, non in bona.

b ¶ Reuocarent. Vide gl. in cle. 2. de iudi. super ver. matrimoniali.

SVMMARIVM.

1 *Filij concepti de clandestino matrimonio post conceptionẽ tamen approbato, & demum post ob impedimentum separationem eius nati debent legitimi reputari, vide nu. 4.*
Huius decretalis intellectus quis, & nu. 2. & 4.
2 *Legitimatio filiorum secundum ius canonicum iudicatur, quæ fit per subsequens matrimonium, & quorum, nu.*
Conceptus non habetur pro nato, nisi vbi expedit ei.
3 *Filius si est legitimus, ergo hæres.*
Cap. non omnis 32. quæst. 2. intellectus.
4 *Additio glossarum.*

CAPVT VIIII.

Quod nobis Breue est. Dicebat autẽ Hostien. quod decr. hoc intendebat, quod † filij concepti de clandestino matrimonio, post conceptionem tamen per ecclesiam approbato, sed demum propter impedimẽtum canonicũ separato, licet post approbationem & separationem nati debent legitimi reputari. & secundum hoc illi verbo matrimonio, iungendum est verbum, generati. Dicit autem, quod alij intelligunt, prout iacet litera, dicentes, quod non debent reputari legitimi, nisi generati post approbationem, & male secundum eũ, qui remittit ad ea, quæ no. supra eo. cum inter. Dicit autem, quod illi forsan intelligunt [generati] i. nati, & male. vnde Iesus dicitur natus ex beata Maria. sed alij generantur a suis patribus, vt patet in genealogia saluatoris. Dicas ergo [generati] sup. & nati [Comprobato] & postea fuit repertum impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis, & hæc fuit dubitatio: alias nati prius & post legitimi censerentur,
2 infra eod. per tuas. Host. [Legitimos] contra. ff. de † statu hom. l. Paulus. sed illud est adeo prohibitum secundũ legem quod non tenet, hic secus. Vinc. [Iudices] quia conceptus non habetur pro nato, nisi vbi sibi expedit. ff. de sta. ho. qui in vtero, insti. de ingenuis. §. 1. Host. [filios]
3 supple. & per consequens hæres. & sic no. quod † si filius legitimus est, ergo hæres, vt hic, & supra c. trãsmissæ. §. 1. in fi. 33. quæst. 3. dicat. vnde dicit Apost. ad Gala. 4. quod si filius, & hæres per Deum, licet sit contra. 32. q. 2. non omnis. sed illud intellige de illegitimo, vel legitimo non necessario, nec volente hæreditatem adire. Hosti.
4 ¶ In † gl. 2. ibi, generati] Host. dicit, quod concepti ante approbationem, & nati post reputantur legitimi per ca. quæ dicta sunt supra c. 2. Ego credo, quod decret. intendat legitimare filios de clandestino matrimonio genitos, si postea matrimonium fuerit approbatũ, quasi præcedens turpitudo purgetur. & secundum hoc sic leges literam Si qui aut. in ge. fu. de clã. ma. postmodum. i. post generationem ipsorũ ab ec. & c. & pro hac lectura facit, quia etiam de fornicario coitu nati legitimantur per sequẽs coniugium. s. e. tanta. arguebat Ala. & tenebat Gof. supra c. cum inter, quod si contradicente ecclesia aliqui contrahant, & postea approbet, quod filij ante approbationẽ nati sunt legitimi. s. de clan. despon. cap. 2. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Proles est illegitima eorum, qui scientes impedimentum perpetuum, contraxere matrimonium.*
Cum consanguinea sponsæ de futuro matrimonium contrahi nequit, nec contractum tenet.
2 *In maternis bonis an filij illegitimi succedant.*
3 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 4.*
Dispensatio pro tolerantia, seu non contradictione.

CAP. X.

1 Referente C. Si scientes † inter se perpetuũ impedimentum, matrimonium contrahant, illegitima est proles eorum. Host. dicebat, quod de tribus quærebatur. primo an quis contrahere possit cũ consanguinea sponsæ de futuro, quam non cognouit? Respõdetur quod non, vtrũ matrimonium sic contractũ debeat separari? Respõdetur, quod sic, an filij ex tali matrimonio clandestine contracto geniti censeantur legitimi? Rñdetur quod non [Ac per hoc] s. quia tales scientes impedimentum, vel clandestine contraxerunt. s. de clande. despon. cum inhibitio [Pa-
2 ternorum] forte † secus in maternis. ff. vnde co. hac parte, & l. si spurius, insti. de senatusconsulto. Orphy. §. nouissime. ff. de inoff. test. si instituta. §. inofficioso, nisi mater sit illustris. C. ad Orphy. si qua illustris. quod dic vt in summa eo. tit. §. 2. ver. spurij, & se. sup. de testa. Rainu-
3 tius in prin. Host. ¶ Gl. 1. † ponit casum. ¶ Se. gl. ponit duas lecturas. ¶ Vlt. gl. ponit tres casus, & primum moderatur. ¶ In gl. idest ecclesia, ibi, matrimonium tale] s. cap. proxi. [& ibi, dispensationem] vel idest tolerantiam, Inn. seu non contradictionem, supra c. 2. Host.

SVMMARIVM.

1 *Ad legitimam prolem ducendam quæ non sufficiãt, & nu. 2. 4. & 7.*
Matrimonij in facie ecclesiæ contracti effectus & vtilitas, & nu. 2. legitime contractum quod dicatur.
3 *Temporalia quæ sunt ad agendum, perpetua sunt ad excipiendum: sed aliquando contra, & quo casu.*
4 *De legitimatione cuiuspiam quibus casibus quæri possit.*
Ignorantia, & scientia quo casu hic æquiualeant.
Matrimonij clandestini, & publici eiusdem sunt effectus & quo casu.
De defuncti bonis, in fi.
De eius statu quando, & intra quod tempus quæratur, nu. 6.
Crimen extinguitur per mortem, ibid. v. de nu. 6.
5 *Epilogus, & suppletio glossarum, & nu. 6. 7. 8.*
7 *Probatio quæ non admittenda in reprobatione legitimationis filiorum a quo facienda, nu. 7.*
8 *Filio ad legitimationem suã quando & quæ probare sufficiat.*

CAPVT XI.

1 Peruenit. C. Ad † docendum prolem illegitimam nõ sufficit probare impedimentum matrimonij in facie ecclesiæ cõtracti, primo ponitur mulieris quærela. secundo super ea datur iudex, & super pronũciatione instruitur ibi, modus [Legitime] i. bona fide, in conspectu ecclesiæ nullo cõtradicente.

te, nec ecclesia inhibête. s.c.2. secus, si clã & mala fide,
& sic concor. s.eo.causam, & s.c.prox. ex quo apparet
canonicũ impedimẽtum subesse, & quale forte hic fue-
rat[Quidã]forte agnati patris. sic s.c.1.& 2.& c.lator.
1 Host.[Asserentes]& forte † verè propter perpetuũ im-
pedimentũ, qđ fuerat inter coniuges, sed hoc probatũ
non releuat, vt dicã super gl.[Si est ita]s.q parentes pu-
blice in cõspectu ecclesiæ ɔxerunt, nec in vita, nec post
mortẽ illorũ, intra quinquẽnium aliqua qõ mota fuerit.
Host.[Legitimã]accusatore, vel excipiente repulso, sed
2 contra, quia quæ tpalia † sunt ad agẽdũ, perpetua sunt
ad excipiẽdum. ff. de doli excep. l. pure. §. fi. So. illud ve-
rũ est, nisi sit, qđ possit imputari excipiẽti, q potuit agẽ-
do suam exceptionẽ perpetuare; qđ dic, vt no. supra de
4 rescri. si aũt[Nũcietis]cũ dubitatur, an quæri possit † de
aliquo, an legitimus sit, refert, an parẽtes illius nullo mo
do vel clã cõtraxerint, & tunc quæri põt de hoc perpe-
tuò. s.eo.cãm. 1. & 2. nisi forte adeo sit factũ antiquum,
quod non possit probari ɔctus, vbi puto sufficere proba
re alias certas cõiecturas, vt no. s.eo.lator, ad fi. vel ɔxe
rint publicè & in facie ecclesiæ. & tunc si obijciẽs offert
se probaturum malã fidẽ vtriusque, adhuc admittã ip-
sum indistinctè, cum hęc duo æquiparantur, contrahere
clandestine, ignorãter, vel in cõspectu ecclesiæ mala fi-
de. s. de clan. despon. cũ inhibitio. alias præsumã bonã
fidẽ, nisi mala probetur. ff. de prob. quoties. §. qui dolo,
& supra de præsump. c.fi. In hoc tamẽ casu, s. vbi de ma-
la fide nil obijcitur, si matrimonium fuit impetitum in
vita parentum, adhuc in perpetuum quæri põt, sic põt
intelligi C. si reus, vel accu. mot. fu. l. fi. C. ne de sta. de.
quamui, supra eo. transmissæ, nisi superior ex causa ma
læ præsumptionis certum apponat terminum, quo lap-
so excipienti clauditur omnis via, supra eod. lator. &
hoc quo ad hæreditatem. nam quo ad delictum paren-
tum puniẽdum, crimen extinctum est morte, vt probãt
iura prędicta, & ff. de sen. sine ap. re. l. p. de hoc supra eo.
causam. 2. in fi. q si in vita parentum matrimonium im
petitum non fuit, adhuc intra quinquennium ratione
bonorum de hoc quæri potest: elapso quinquennio, nõ,
& sic intelligitur hæc dec. ar. C. ne de sta. defun. si ma-
ter: vř tamen spectandum decennium, supra de coniu.
seruo. licet: sed ibi factum narrat, vt ibi no. Host. ¶ Glo.
5 † 1. signat ɔrium, ponit duas opi. & soluit. iterum signat
6 ɔrium, & soluit. ¶ In † gl. 1. ibi, mater]ita stat in gl. sed
melius diceret, mulier[& ibi, vnde dic] ſm Tan.[& ibi,
de matrimonio]ſm Tan. vel ibi erat impedimẽtũ super
terrã ambulãs, s. vir superstes. hic fuerat impedimẽtum
occultũ, ſm Gos. qui ẽt dixit, quod dictũ est de statu de
functorũ non quæri post quinquennium, verum esse, vt
reuocetur in peius: secus, si in melius, ff. ne de sta. de. l. 1.
ad finẽ. In crimine ẽt maiestatis, & hęresis non habet lo
cum præscriptio quinquennij. C. ad l. Iul. ma. l. vlt. 24.
7 q. 2. sane[& ibi, nihil probat]dic breuius, aut † probatio
est superflua, quia vult quis probare, quod probatũ non
releuat, & tunc nõ est admittenda; vt si vellet probare,
inter cõiuges fuisse impedimentũ, cũ tñ constet, vel cõ
fiteatur eos in conspectu ecclesiæ ɔxisse; istud nõ docet
prolẽ illegitimam, sed si vult ẽt probare illos fuisse con-
scios impedimenti, istud probatũ releuat. vnde ad hoc
admitteretur. idem si diceret matrimonium fuisse cla
destinũ, & audiretur ẽt post mortem, ſm Innoc. inducit
literam hic[Legitimè celebrat]& supra de clan. despõ.
8 c. vlt. [& in fi.] distingue, aut est † pura negatiua, quia
negatur matrimonium fuisse inter parentes, & tunc pro
bet filius vel contractum, infra c. proxi. vel communẽ
opinionem, vt hic. aut non est pura, vt quia opponitur
matrimoniũ non legitimum; & tunc probat opponens,
cum negatiua qualitatis probetur a negante, vt not. in
decr. bonæ. hic tamen, quia mulier agebat, & petebat
se pronunciari legitimam, habuit necesse probare.

SVMMARIVM.

1 *Pro legitimatione filiorũ facientis dicto testium statur, licet contraria sit fama viciniæ, præfertur, quod pro ea facit, num. 5.*
2 *Confessioni coniugũ statur, excipitur, prodest & filijs, et n. 12.*
Vnus eorum, non sufficit, & nu. 3. 5. 11.
Protestationi contrarium factum præiudicat.
3 *Ecclesia de hæreditate quando non cognoscit.*
4 *Testes nominati ab impetrante inquisitionem recipiuntur.*
Sententia oportet inniti iuri, quod valeat: alioquin non tenet, exprimatur solum.
5 *Veritas opinioni præfertur, vel contra in fauorabili, vt hic.*
6 *Filius natus ex sponsa de futuro legitimus est, licet nunquam fuerit publicatum matrimonium, vide nu. 11. quòd sit filius ex quibus probetur, nu. 9. 10.*
Copula carnalis æquiualet consensui de præsenti.
Non tam, vt accipiatur.
7 *Solutio communis per aliud, & aliud, & eius vsus.*
Allegari debent etiam intra non efficacia a fouente iustã causam, & ratio.
8 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 9.*
Ex nominatione parentum ius quæritur filijs, & nu. 10.
Possessio Carboniana quibus detur, in fi.
10 *Additio glossarum, & num. seq.*
Legitimasse filium quibus modis pater intelligatur.
11 *Sponsalia de futuro non faciunt matrimonium sine copula, nec prolem legitimant.*

CAPVT XII.

1 Per tuas. C. Statur † dicto testium, qui probãt
aliquem legitimum, licet fama vici-
niæ habeat contrarium. & sunt duæ
partes. in 1. cõsultatio, in 2. responsio. 2. ibi, Nòs igitur
[Muliere] latenter affidata, vt patet infra ver. cum au-
tem[Post]scilicet prolem susceptam & matrem abiectã
[Aliam]scilicet tertiam[Ea]s. secũda[Copulauit]de fa
2 cto[Firmauit]& † prima hoc idẽ asseruit, infra ver. cum
aũt. hæc aũt affirmatio non sufficit, cum facto contra-
rium fuerit protestatus aliã vxorẽ accipiendo, ar. supra
de elect. cum inter R. Si aũt fieret præiudicium alteri
matrimonium, valeret confessio, vt sic eam pro vxore
haberet, ar. ff. ad l. Aquil. proinde. §. fi. & eodem modo
hæc confessio prodesset filijs, si alijs filijs præiudicium
nõ fieret. nec ob. supra eo. transmissæ: quia ibi non dř, q
crederet eis, si diceret illũ filium: sed creditur, q dice-
bant illũ non filium. & per illam confessionem non fie-
bat alijs præiudicium: imò eis proficiebat. imò põt di-
ci, q vbi non fit præiudicium filij prioris matrimonij
statur cofessioni parentum, vt ibi, vbi verò fit præiudi-
dium, nõ, vt hic præterea ibi, nil fecit, vel dixit pater cõ
fessioni, contrarium: hic secus, ſm Innoc. Host. remittit
ad ea quę ibi not. & quę dicam in fi. Admittendus]hoc
3 q scilicet esset illegitimus, non obstãte: alias de hęredi-
tate non cognoscit ecclesia, supra eo. causam. 2. Innoc.
[Mulieris]ergo mulier idẽ asserebat, vt supra dixi[Cre-
debas)& male, vt infra patet(Receptis)ad plenam fi-
dem, supra de ele. bonę. Vinc. (A filio)per hoc no. Host.
4 recipi † testes, qui nominantur ab impetrante inquisi-
tione (Iudicasti) & bene. sed contra, innitebatur iuri,
per quod non terminatur quęstio, vt infra patet, & sic
non valuit sententia, supra de conces. pręb. ex parte, &
c. dilectus. imo, quia hoc in sententia no expressit. s. de
re iudic. sicut, & quia innitebatur verę probationi, per
2 quam terminabatur qõ supra de re iudic. cum I. & A.[a]
Host. (Simulatè) pro & ɔ supra de biga. nuper. hoc tamẽ
5 no. q † quando veritas facit pro legitimatione pręfer-
tur opinioni, vt hic. qñ verò opinio facit pro ea, pręfer-
tur veritati, vt j. eo. ex tenore. Hostiẽ. (Transiuit) & mu-
lięr eodẽ modo, vt s. 1. respon. (Denegasse) & ideo sola
confessio patris non sufficit ad legitimationem filij

6 secundum Inn. [De futuro] no. ſm Abb. ꝙ † filius natus
ex ſponſa de futuro, legitimus eſt, licet nunquam fuerit
matrimonium in facie eccleſiæ publicatum; quod verũ
eſt nõ apparẽte poſtea impedimento [Carnali copula]
quia tunc quò ad forum contentioſum perinde eſt, ac ſi
per verba de præſenti conſenſiſſet. quod dic vt no. ſ. de
ſpon. tua. Hoſt. [Non tam] priuatiue. i. nullo modo. ali-
ter ponitur ſecundum nos. ſupra de poſtu. bonæ. 1. vel
põr legi cõparatiuè ſm ea, quæ dixi ſuper ver. iudicaſti.
7 Hoſt. [Diſſi. mili] not. pro comuni † ſolutione aliud hic,
aliud ibi, de hoc ſupra de reſcript. ſi quando. Hoſt. [In-
nitens] ſi. infra de ac. ad petitio..é. & not. ꝙ aduocatus
fouẽs iuſtã cauſam iura facientia pro ſe allegare dẽt, ẽt ſi
nõ ſint efficacia: quia. ſ. põt eis reſpõderi. nam experiẽ-
tia docuit, ꝙ ſæpius iudices, & conſultores mouẽtur ad
pronunciandũ potius per iura, quæ minus faciũt, q̃ per
8 ea, quæ plus faciunt. ¶ † Gl. 3. ibi ponit 4. caſus, quibus
ſm leges naturalis legitimatur. ſecundo arguit ex no-
minatione ius quæſi. alleg. 5. iura. in contrarium alle. 6.
9 & remittit. ¶ In † gl. 3. ibi, de adop. §. vlt.] vide de of. de
leg. cum ſuper vlt. gl. [& ibi. l. vlt.] etiam per epiſtolas,
quas viri mittunt vxoribus, dummodo de ipſarum fide
conſtet, probatur filiatio [& ibi, neque) hanc, & ſe. vide
de probat. per tuas, ſuper gl. 1. (& ibi, iubemus) vide de
ſimo. in tantũ, ſuper gl. 3. ¶ In gl. vlt. ibi, etiam) vide de
proba. per tuas, ſuper 2. gl. (& ibi. l. 1.) aliás. 2. §. idem Iu
lianus. ſi denunciante vxore ſe prægnantẽ vir tacet, per
hoc nõ agnoſcit, tamen alere cogitur (& ibi. §. ſileat) vi-
de de præſumpt. literas. ſuper gloſ. præſumi. ur (& ibi. l.
vlt.) vide ſupra 3. gl. (& ibi. §. ſi quis) carboniano locus
eſt, ẽt ſi pater quæſtionem filiationis moueat, vel teſta-
tor negauerit filium, quẽ tamen no exhæredauit (& ibi,
quod Labeo) ſi mittitur in poſſeſſionẽ natus poſt mor-
tẽ patris exiſtimãtis ſe ſine liberis decedere, fortius qui
10 agnitus fuerat a defuncto. ¶ In gloſ. eo ipſo, ibi, legiti-
maſſe) contrarium vr hic ex textu, ſi dicas, ꝙ ille habe-
bat alios legitimos filios, ceſſaret obiectio. vel poſſet lex
locum habere, quando mater tunc viuens coniunx eſſe
poſſet (& ibi, item ſi pater) habens etiam legitimos, vt
ibi (& ibi. curialis) deputatus ſeruitio ſenioris vel nouæ
Romæ, vel ciuit. originis, vel cuiuſcunque metropolis.
idem eſſet in filia, quam quis copularet officiali alicu-
ius prædictarum ciuitatum. C. de natura. libe. l. 3. in. ſti.
de nup. ad fi. & tales cũ legitimis poſſunt inſtitui æqua
lance, ſm auct. quibus mo. natura. effi. ſui. §. & quoniam,
col. 7. & hoc quando ex libera muliere ſuſceptus eſt fi-
lius. nã ſi ex ſerua, non poſſet offerri legitimis ſuperſti-
tibus, in autẽ. quibus mo. natura. eff. ſui. §. ſi quis igitur
fuerit, & §. iſte modus. neceſſe eſt etiam, ꝙ filius conſen
tiat, vt eod. titul. §. generaliter. item legitimatur proles
per ſubſequens matrimonium; quod dic vt ſ. eo. tanta.
Item per preces principi oblatas, ſ. cum pater non ha-
bẽs legitimos, impetrat reſcriptum principis, per quod
naturales naturæ reſtituit, ſicut legitur in auct. quibus
mo. natura. effi. ſui. §. illud tamen. de legitimatione pa
pæ dicã infra c. proxi. ſuper gloſ. 2. Item ſi pater dixerit
in teſtamẽto talẽ ſibi velle ſuccedere, principe hoc poſt
patris mortẽ approbãte. & hoc q̃n non nominauit illũ
legitimũ, nec ſimpliciter filiũ, ſed dixit naturalẽ, vt eo.
tit. §. ſi verò is, qui ſolũmodo. Hoſti. remittit ad ea, quæ
no. in ſum. eo. tit. §. fi. & hos caſus etiam notauit Gof. ſ.
c. 1. (& ibi. legitimus) ipſe & eius fratres ex eadẽ matre
ſuſcepti, vt ibi, & hæc vera, quãdo legitim⁹ nõ ſupereſt.
eod. §. & §. ſi verò non habens [& ibi, dicat aliquis) vbi
de hoc, & 94. diſt. dominus (& ibi & illud) dic vt ibi, &
ſupra de fi. preſ. Michael. ¶ In gloſ. ideſt, ibi, à papa) vel
ab alio. ¶ In gloſſ. ſic videtur, ibi, Michael) vbi de hoc.
11 ¶ In gloſ. antequàm, ibi, ex ea) idem, ſi ante † fuiſſet ſu-
ſceptus, dummodò contraxiſſet cum ea ante, quàm cõ-
traheret cũ ſecunda. Abba. intellige ſane. hoc enim ve-
rum, ſi loquatur de ſponſalibus de præſenti. ſponſalia
verò de futuro, niſi poſt illa interueniret copula, non fa
ciunt matrimoniũ, ſupra de ſponſ. veniens. a. & ſic nec
legitimant prolẽ, vt ibi etiam dixi. & facit quod ſequi-
12 tur hic ad fi. ſiue per verba &c. ¶ In † vlt. gl. ibi, pro ip-
ſo) hæc diſſimilitudo parum valet. nã ſi creditur negan
ti, quare non confitẽti: ſed dic, ꝙ ibi negabatur filiatio,
hic qualitas. Itẽ hoc factum ꝯdicebat verbo: ibi ſecus.
Item hic aſſertio viri tantum, ibi viri & mulieris.

ADDITIO.

a ¶ A. Vide Io. And. de tenun. in præſentia, in gl. reſpectu quòd. &
Bar. in l. ſi is, ad quem, ff. de acq. hær. & in l. qui teſtamento. ff.
de exc. tu. & vide Io. An. de conceſ. præb. ex parte. in gl. tanti.

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio decretalis.*
2 *Papa an & quando legitimat in temporalibus alienæ iuriſdi*
ctionis ſubditos, & nu. 3. 5. 7. 8. 12. cir. fin. 14.
Pro quib. ad eũ recurrendum, & à quibus, n. 21. ſupereſt &
præeſt omnibus, num. 23. 31. in quibus gradibus diſpenſare
poſſit, & qualiter, nu. 10. in fi. cum non recognoſcentes re-
ges an peccent, nu. 31.
Clericus in foro eccleſiæ poteſt eſſe procurator laici.
Maius qui dat, & minus dare põt, licet aliquãdo ſecus, & 5.
Seruitus eſt iugum violentum, & iuris gentium.
In ſeruum quantum poſſit dominus.
Legitimatus per papam, vel laicum, vt imperatorem, vel co-
mitem, ad quæ loca, & ad quas res videatur legitimatus,
nu. 6. & 7. 8. 29. 30. 34.
6 *Diſpenſatus in ſpiritualibus, an intelligatur & ſucceſſione di-*
ſpenſatus, an & in alijs, & quibus, & nu. 29. & 30.
Famæ reſtitutio ad quæ extendatur, & in quæ loca.
Imperator an & in quibus legitimare poſſit, & vbi, & nu.
8. ſubeſt papæ, & eius poteſtas, nu. 14. 16. 31.
7 *Liberè, aduerbium quid ſignificet hic.*
9 *Parem ſe facere maiori, iniuria eſt, & nu. ſequ.*
10 *Diſpenſatio ſucultor in maioribus, & qui eam non merentur,*
nu. 11. quando gratioſa dicatur, nu. 14.
Dignitati deferendum.
Diſſimile hic quinque modis quid eſſe dicitur.
Matrimonium contractum contra pr[illegible] eccleſiæ fa-
cit illegitimam prolem, & nu. 22. circ. fin.
Contemptus iudicis inhabilitat quẽ a[illegible] beneficio iuris, ad
dictio. contemptum.
12 *Vxor quæ ſit eius quæ cum duobus ſucceſſiuè contraxit.*
Proles poteſt eſſe legitima ſuſcepta ex duabus mulieribus eo-
dem tempore in domo retentis, & quomodo.
Veritas opinionis vt hic cedat, vel contra.
13 *Subijcere ſe laicus alterius iuriſdictioni ſine proprij iudicis cõ*
ſenſu poteſt, excipiuntur caſus.
Agnatis non præiudicandum.
14 *De hæreditate, ſeu ſucceſſione, & feudo poteſt quis paciſci, &*
cum quibus, vet. no caſum.
Suffraganeorum ſubditi quibus caſibus ſubſint metropolita-
no, ad dictio. caſualiter.
15 *Sanguis hic pro peccato, alias pro pœna, & aliter nu. 21.*
16 *In ambiguitate opinionum magis credendum legi canonicæ.*
17 *Poſſeſſor etiã iniuſtus anteferetur canonico electo in inducẽdo.*
Decretum quibus modis accipiatur.
Dubia quibus rationibus diſcernantur.
18 *Crucifigitur Deus in membris.*
Spernitur etiam.
Roma altera Hieruſalem, & locus electus à Deo, & quo.
19 *Papa fratres epiſcopi, & Cardinales. His decet papã omnia*
communicare, participes plenitudinis poteſtatis, nu. 24.
20 *A iuriſdictione minoris & prouocatione, ad maius tribunal*
quis eximitur.
21 *Inter ſanguinem, & ſanguinem, verſiculo quæ intelligantur.*

Inter

Inter lepram, & lepram quæ, ea est duplex.
22 *Mors duplex, & quæ, & à quo exerceatur, & vtra magis ti menda.*
23 *Potestas duplex, spiritualis, & secularis.*
Spiritualis prior seculari. est similis generationi filij Dei.
Maiores, & priores inferioribus præponuntur.
Anima ad seruitium Dei facta.
Ad animæ seruitium reliqua.
Filius consueuit esse patri similis.
Principia duo ponere hæreticum est, cir. fi.
Vicarius vnus dei, ibid.
25 *Manzeres qui, & quæ, non intrant vsque in decimam generationem ecclesiam Dei, quibus succedant, in fi.*
Parentum vitium, vel delictum sequi obest.
26 *Epilogus, suffragium, & suppletio glossarum, nu. 27. & 28.*
Cap. Artaldus 8. q. 3. est corruptum.
31 *Spes habendæ prolis pro prole.*
32 *Reges Franciæ, Angliæ, & Hispaniæ nunquid peccent non cognoscentem papæ subiectionem.*
Subiectio papæ nunquid à subditis præscribi possit.
33 *Auctoritatem præstare in proprio facto cui liceat, iuncta glo.*
Personam actoris & iudicis gerere qui possint.
35 *Iudices olim sedebant in porta ciuitatis, & cur.*
Porta hic pro quibus accipi possit.

C A P V T XIII.

1 Per venerabilem. Decre. hæc † diuidi potest in duas partes, in prima petitio. in secunda respõsio, & ibi, in princ. ꝙ autem. Secũda subdiuiditur in 4. in 1. probat 5. rationibus, ꝙ dispẽsationem petitam facere poterat. in secunda ibi, videbatur, ponit similitudinem, quam inducebat petitor. quã 5. rationibus improbat. in tertia ibi, Rationibus, probat auctoritatibus veteris testamenti & noui, ꝙ vbique terrarum certis ex causis inter Christianos potest se de temporalibus intromittere. in quarta ibi, licet, petitionem exaudire noluit, cui omnis lex contradicebat. &
2 Abbas sic summat. Papa † non legitimat in temporalibus alienæ iurisdictionis subditos [Archiepiscopum] not. Abb. per hoc, quod clericus in foro ecclesiæ potest esse laici procurator; ad idem, infra de sim. cum essent [Tua] loquitur G. mõtis Pessulani. sup. domino. & ideo non dixit de monte Pessul. ff. de rei vend. in rem, secundum Hostiens. [Vt filios] quos suscepisti de superinducta, viuente legitima, qua temeritate propria repulisti, vt infra versicu. videbatur [Non noceret] sufficiebat finis, sed ad communem vtilitatem posuit intermedia forte, ne quis crederet ipsum papam non potuisse hoc facere [Quod autem] secunda pars, in qua ponitur pri-
3 ma ratio [Par] à minori † probans, quòd papa legitimare potest quò ad temporalia, Hostiens. [Habeat] allegando dicit. alij dicunt, quòd in veritate sic est, Innoc. [diuersis causis] vel certis, puta necessitatis, vtilitatis, vel prærogatiuæ personarum, 1. q. 7. §. nisi, & c. tali. 7. q. 1. scias. & est arg. quòd pa. non debet dispẽsare sine causa: quia homo est, & peccare potest, sicut alius, licet in isto mundo à nemine iudicetur. 9. q. 3. aliorum, de hoc supra de præben. de multa, & de voto, magnæ, §. 1. [In episcopos] & in papas. 56. distin. Osius, & §. cum ergo, Vinc. [Præsertim] 2. ratio coadiuuans primam secundũ Hostiẽs. [Conceditur] ipsi papæ communiter per magistros, Goff. [Per simile] 3. ratio coadiuuans primam [&
4 licet videatur] ar. à simili † est potius à minori. Hostiẽs. Nam si naturale vinculum patriæ potestatis, quod debet esse immutabile, instit. de iure natura. §. sed naturalia, soluitur per episcopalem dignitatem, multo fortius ciuile impedimentum, quo illegitimus à successione repellitur, vt si remoueret, quod est fortius, fortius ergo, quod est debilius, hoc tamen non semper sequitur. nam potest quis interdum equum dare magni valoris, qui capram modicæ æstimationis dare non posset, institut. de ac. §. præterea si quis generaliter. Item multi possunt maiora, qui minora non possunt iure consuet. vel priuilegio repugnante, secundum Host. [Præterea] quarta ratio primam coadiuuans. Hostiẽs. [Simplex episcopus] nedum nos, qui supremam potestatem habemus, de vsu pa. ad honorem. Hostiens. [Iugum] quod violen-
5 tum † & iure gentium est. & tantum ius præbet, quod dominus de seruo suo facere potest, quod sibi libet, dũmodo, non abutatur, institut. de iure natura. §. ius autem gentium, & de libertinis. §. 1. & de his, qui sui, vel alie. iu. sunt, per totum. Hostiens. [Euaderet] non solum quò ad spiritualia, sed etiam quo ad omnia temporalia omnino dominicali vinculo dissoluto. multo fortius dicendum est, quòd legitimatus per nos quò ad spiritualia, vel simpliciter, videatur quò ad omnia legitimatus etiam temporalia. & accipe infra vnde cum in spiritualibus & c. vsque ibi, Dispensatum. & sic satis large & liberaliter loquitur hæc decre. secũdum Hostiens. [Videretur siquidem] ad hoc ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. fi. ff. de sena. qui indignus. Cod. si aduersus transact. l. 1. Cod. de tempo. in inte. re. petendæ, in fin. Cod. de dila. si quando, Cod. de fructi. & litis ex. l. fi. Hostiẽs.
6 [Dispensatum] vnde eadem ratione † cum quo dispensatur in beneficio, & in successione. La. dicebat Io. textum intelligendum in dispensatione papę: sed si episcopus dispensauit cum aliquo in spiritualibus, nõ per hoc intelligitur secum dispensatum in successione. Dicebat autem Innoc. quod poterat dici secum dispensatum in actibus legitimis, vt possit esse iudex, & testis. De successione verò non potest iudicare, supra eo. lator. & ca. causam. ergo nec dispensare. Dicit autem Innoc. quòd legitimatus, & restitutus famæ, & cum quo dispẽsatum est, in quocunque foro ecclesiastico & ciuili omnia facere poterit, super quibus habuit potestatem, qui legitimauit, dispensauit, vel famæ restituit. poterit enim in omni iudicio testimonium reddere, & ad ciuiles honores vocari, nisi sint talia, quæ sunt in alterius præiudicium: versic. gratia. nam legitimatus ab vno primate, principe, vel ciuitate non obtinebit ab intestato bona hæreditaria in terra, quæ non sit subdita legitimanti. sic enim præiudicaretur consanguineis defuncti, vel fisco, qui debet ab intestato succedere, Hoc dictum Innoc. statim reassumam. Item legitimatus à iudice seculari per hoc non admittetur ad ordines: quia id non est de iurisdi. laici iudicis. Sed si vnus episcopus legitimet aliquem etiam in alia diœcesi poterit promoueri:
a [a] quia dispensare in ordinibus cum illegitimo, de iurisdictione est cuiusque episcopi, nec est in alterius præiudicium, quòd illegitimus promoueatur. In alijs verò, in quibus non est necessaria legitimatio, famæ restitutio, vel dispensatio, vt seruus manumittatur, obligatus nexibus curiæ absoluatur, etiam si laicus hoc faciat, tamen redditur aptus ad ordines. 54. distinction. per totum. Ratio diuersitatis, quia in his non est delictum, vel defectus, nec est in prædictis necessaria aliqua dispensatio. Alij dicunt, quòd etiam dispensare potest, & intelligitur dispensatum hoc ipso, quòd dispensat
b in ordine, & etiam in hæreditare, [b] sed contra vtranque opinionem, videtur, quòd non habet de iurisdict. in temporalibus, supra de app. si duobus: sed licet non habeat iurisdi. contentiosam: tamen potest voluntariã exercere. ff. de offic. procons. l. 1. tamen aliqua conceduntur per consequentiam, quæ non directè. ff. de excus. tutorum, & not. etiam de hoc 10. distinct. cap. primo. Innoc. & quasi ad literam hoc videas in Spe. de leg. ad fi. ver. sed illud quæritur. & quia supra dixit Innocẽt. & ibi

Guil. legitimatum ab intestato non succedere in terra
nó subdita legitimanti, vt soluta qó, an comes, qui legi
timandi potestatẽ habet ab imperio, legitimare possit
in terris ecclesiæ, & per prædicta videtur quòd non. &
declarando difficile est facere aliquem hæredem; vn-
de nec prætor hoc facit, instit. de bo. pos. §. quoties au-
tem. & difficilius est eum, qui hæres erat, remoueri, ff.
pro socio, cum duobus, aliàs l. se. §. idem respondit, so-
cietatem, ad id, supra de eo. pre. ca. 2. sed per legitima-
tionem fiunt hic duo, quia constituitur, qui non erat, &
remouetur, qui erat futurus, in auct. de inces. nup. §. du-
bitatum, & de tri. & seq. §. hoc idem. Item faciunt tres
glossellæ Io. quas allegabo super fi. 2. glo. Item illud vul
gare, quod extra territorium &c. de constit. cap. 2. libr.
6. sed litera hic ver. rationibus, dicit in terris patrimo-
nij plenam temporalium potestatem ad papam specta-
re, & clem. de iureiur. Romani, dicit plenissimè, ante fi.
ver. & terras ipsas. ergo si plenam & plenissimã habet,
nil deest de potestate temporalium, ergo ad eum spe-
ctat legitimare, & sic non ad aliũ. bene facit quod præ.
clem. sequitur, versi. nec in eis; vbi iurat imperator se in
terris ecclesiæ non exercere quancũque iurisdictionem
per se, vel alium. Ia. de Bel. disputauit hanc quæstionẽ,
quam posuit postea in auct. quibus mo. natura. effi. sui.
Et tenuit quòd valeat. motus est principaliter, quia iste
est actus iurisdictionis voluntariæ, vt in prædi. auctẽ. §.
generaliter, & de his, qui sui vel alie. iur. sunt, l. fin. ergo
coram omni iudice & omni loco fieri potest, nisi prædi.
l. 2. ff. de offic. proconsul. ff. de adopt. l. emancipari, in
princ. & §. 1. Inducit etiam, quòd sicut princeps iurisdi-
ctionem habet vbique, sic & is, qui auctoritatem habet
ab ipso. C. vbi & apud quos. l. fin. de iudic. l. apertissimi,
& quia se submittentes iurisdictionem prorogare pote-
runt. facit quod infra dicitur in versic. insuper, & quod
no. C. de eman. l. 1. & Cod. de exce. l. pen. & vltim. ff. de
iudi. sed & si susceperit. Inducit etiam, quòd episcopus
extra diœcesim suam existens confert beneficia, & dele
gat causas, vt not. supra de offic. legat. nouit, ibi vide.
Item dici potest, imperatorẽ, & si non actu, tamen apti
tudine habere iurisdictionem in terris ecclesiæ, ergo il-
lius saltem aptitudinis virtute exercere poterit volun-
tariam per se, vel alium. & faciat quod infra dicã post
Hostien. super versic. casualiter. & maxime in fi. glos. id
autem, versic. ratio, vel potius communis opinio [Libe-
7 re] i. sine † cuiusquam contradictione: quia nec aliqua
opinio contradicit, vel. i. iure propriæ potestatis, & do-
minationis. q. d. contra morem. 19. distinctio. in memo-
riam. supra de rescript. si quando. In alijs verò regioni-
bus potest contradicere is, qui in hæreditate ius habet,
& cui fit præiudicium, ar. supra de rescr. c. 2. & ea. ad au-
res. & de maio. & obed. cap. fin. versic. insuper, nisi in ca
sibus, infra eo. §. rationibus. Hostiẽs. [Potest] secundum
8 † omnes. in alijs autem partibus hoc non potest quò ad
temporalia, quia de ipsis nil ad papam, secundum T. &
Innoc. sed hoc est contra tex. infra §. rationibus, vt ibi
no. & dicas, quòd solus papa habet potestatem legiti-
mandi non solum per quandam consequẽtiam, vt præ-
misit, cui allegationi stetit Io. sed etiam propriè & im-
mediatè, ita quòd alius nullus hanc potestatem habet.
Nam secũdum diuinam & humanam legem filij duo-
rum fratrum licitè cõtrahunt, & secũdum illas leges le
gitimi essent filij sic suscepti, nisi lex papæ aliud prohi-
buisset, vt patet in his quæ not. de consangu. de infideli-
bus, & capit. nó debet. si ergo papa de legitimis potest
facere illegitimos, quanto magis poterit illegitimos le
gitimare, cum primum odiosum, secũdum fauorabile,
& sic primum restringẽdum, secũdum dilatandum, de
re. in. odia. libr. 6. Imperator autem, qui maior est inter
principes. 7. quæst. 1. in apibus, non põt legitimare, nec
super hoc constitutionem promulgare, ad hoc supra de
decimis, tua. 1. quia matrimonialia non sunt de suo fo-
ro, de secundis nup. c. fi. quia cui denegatur causæ cogni
tio, supra de ordi. cog. tuam, fortius dispensatio, arg. in-
fra de sent. excom. cum illorum. ad l. autem qui contra-
rium innuunt, vt not. & c. proxi. respondetur, quod & leges
suæ legitimant. i. illegitimos, ac si essent legitimi, ad ho
nores, hæreditates, & actus temporales admittũt, quod
facere possunt, sic nec papa semper verè loquẽdo legiti
mat. Nam trado pro regula, quod qui non potest in matri-
monio dispensare, nec in filio ex eo suscepto: sed qui po
test in principali, & accessorio, arg. infra de do. inter vi.
& vxo. c. 3. de of. dele. prudenti. §. penult. & vlt. ar. ff. de
redh. act. l. institime. ff. de reg. iu. cũ principalis. igitur
cum suscepto filio de matrimonio contra legem diuinã
cõtracto verè legitimando Papa non poterit dispensa-
re; ergo nec cum adulterino, vt hic dicitur, & infra §. fi.
poterit tamen tales quo ad spiritualia, ac si legitimi es-
sent, admittere, secũdum Hostiẽs. qui in his remittit ad
summam eod. tit. §. qualiter, sub §. salua reuerẽtia [Tra
here] archiepiscopus Arelaten. Goffr. [Audaciam] mul-
9 tos curialiter reprehendit, qui † nó considerata sua in-
sufficientia iudicant se pares ad gratias obtinẽdas his,
qui sunt digniores. ad hoc 40. distinct. multi, in fi. Hie.
contra Ioui. V. Cum minora maioribus coequantur, mi
noris comparatio maioris iniuria est [Susceperit] cum
quibus dispensauimus [Similiter] non est bonum simi-
10 le: quia in maiorib. † facilius dispensatur, supra de trãs-
la. cap. vltim. ad fin. considera igitur, quòd es baro, ille
rex, & quod dignitati deferendum est, sup. de offic. de-
leg. pastoralis. 41. distinct. non cogantur. & quia patẽs
erat hæc similitudo, non curauit illam specificare. Host.
[Credebatur] à rudibus non aduertentibus dissimilitu-
dinis rationes [Dissimilis] 5. rationibus. primò ratione
pronunciationis. secundò ratione contemptus, & prohi
bitionis. tertiò ratione obiectionis. quartò ratione dubi
tationis. quintò ratione subiectionis. Hostiens. [Nam
rex] 1. ratio dissimilitudinis, quia in negocio regis fue-
rat pronunciatum, in negocio istius non [Ipse quoque]
2. dissimilitudo ratione contemptus, & prohibitionis
11 [Suscepisse] post † prohibitionem, sed ante reuocatio-
nem sententiæ, de qua loquitur infra, aliàs, si etiam an-
te prohibitionem suscepisset prolem, non esset necessa-
ria legitimatio, supra de fri. fraternitatis, §. primo, &
sic, non contradicit, supra capit. 2. & capit. perlatum, &
cap. referente, infra eo. ex tenore: quia ex quo prohibi-
tioni non acquieuit, censetur illegitima, supra de clan-
de. despon. capit. vltim. Hostiens. [In cõtemptu] palam
& publicè peccando in scandalum plurimorum. vnde
non erat secum dispẽsandum, de eo qui du. in ma. cum
haberet, secundum Hostiens. [Præterea] 3. dissimilitu-
do ratione obiectionis [Diuortium] quo ad vinculum,
vel etiam quò ad torum: quia adulterium in iudicio nó
obiecit [De filijs] 4. ratio, scilicet dubitationis [Non es-
12 se regis coniugem] Si ergo † quæratur de illo, qui cum
duabus successiuè contraxit, quæ sit eius vxor, non est fa
cile respondere. Nam si inter illum & primam suberat
impedimentum, planum est, quòd prima est vxor. & e-
contra, si impedimẽtum suberat, vt hic patet, & de spó.
cum in apostolica, per quod dixit Host. posse continge-
re, quod ex duabus mulieribus in domo retẽtis quis ea-
dem nocte procrearet prolem, quæ sibi succederet vt le
gitima, vt si clandestinè contraxerat cum pedisequa, ta
men coram testibus, per quos probatur contractus, nec
est aliquod impedimentum inter ipsos, quo casu præfe-
rendo veritatem opinioni succedat proles, supra capit.
proxim. secũda verò ignorãs fuerat ducta in facie eccle
siæ, & sic succedit proles, & cedit veritas opinioni, in-
fra eo. ex tenore. ex legitimo enim matrimonio quam-
uis occulto proles est legitima, & ex putatiuo, si non est
clandestinum, & alter contrahentium habet bonam
fidem

fidem [Insuper] s. dissimilitudo ratione subiectionis
[Lesione] q. d. vbi alienum ius læderetur, nō deberemus
dispēsare, ar. 56. dist. satis peruersum. s. de const. c. 2. de
of. dele. super eo, de sta. mo. in singulis. §. porro [Potuit]
secūdum illorum opinionem ēt, qui dicūt, quod nō ha
bemus nos de temporalibus intromittere, nisi in patri-
monio: vel quia non debemus specialiter in talibus di-
spēsare, nisi cōsentientibus illis, quos res tangit. Co. de
pac. l. fi. C. de emāc. lib. nec auus [Alijs] innuitur, hic q
13 nec laicus † possit se subijcere alterius iurisdictioni sine
c cōsensu proprij c iudicis, quod verum est in feudalibus,
vt no. in sum. de arbi. §. de qua re, sub §. impeditur, ver.
sed nunquid vasallos, nec in alterius præiudiciū, vt hic
aliàs hoc potest. ff. de iudi. l. 1. & 2. qđ dic, vt de so. cō. c.
pen. Host. [Subiacere] qui tibi forsan deberent succede
re, si prolem legitimam nō haberes, licet superessent a-
gnati. sic j. de dona. inter vir. & vxor. nuper. sed nec a-
gnatis præiudicare debemus, Host. [Rationibus] in hac
14 parte dixit Host. expressè reuocari illorū † opinionem,
qui dicūt, quòd adeò distinctæ sunt iurisdictiones, q ni-
hil ad papam de temporalibus, & dicētium, q papa nō
potest legitimare quo ad tēporalia nisi in patrimonio.
[Gratiam] ergo non erat proles legitima: aliàs nō fuis-
set gratia; sed pendēre dubio facta dispensatio dicitur
gratiosa, licet possit postea contrarium apparere, vt di-
ctum est s. secūdum Host. [Fecimus] legitimando etiā
quò ad temporalem hereditatē. & sic cū regnum sit ex-
tra patrimoniū beati Petri, patet falsam opi. T. secūdū
Host. [Requisiti] not. casum quò ad hæreditatē paternā
papa legitimat, de consan. & affi. quia circa, s. requiren
te patre laico, nā eo cōsentiente pot inde fieri pactum,
eo viuente; aliàs non, C. de pactis. l. fi. & eo mortuo con-
sentientibus his, quibus ius iam quæsitū est: aliàs non,
& quò ad feudalia cōsentiente domino feudi: aliàs nō,
ar. infra de do. inter vi. & vxo. nuper, in cōstitutio. Fre.
de feudo non ali. imperialem, & supra de fo. compe. ex
transmissa, in fi. Host. [Veteri] infra ibi, Si difficile [No
uo] j. versi. Paulus, q. d. non recurrimus ad fabulas, exē-
pla, vel mēdicata suffragia, nec ad ius positiuum, quod
ponitur, & deponitur, & in quo est pro ratione volūtas,
sed ad ius diuinum, & impermutabile, secūdum Hosti.
[Casualiter] forsan in casibus, quibus subditi suffraga-
neorum subsunt metropolitanis, qui no. supra de of. or.
pastoralis, secūdum Gof. q. d. secūdum Hostiē. Impera-
tor præest temporalibus immediatè, & constitutum est
hoc à deo, vt no. supra eo. causam. 2. tamen & in his sub
est papæ, sicut epīs subest papæ, & nihilominus archiepi
scopo differt tamen, quia episcopus deponi non potest
sine speciali licentia papæ per metropolitanum. 30. qu.
6. quamuis, & c. dudum. Sed imperator per papam sine
speciali licentia dei deponitur, de re iud. ad apostolicæ;
quia ex generali cōmissione sequitur, quod omnia spe-
cialia specialiter sint commissa, ar. infra ver. Paulus, de
iudi. nouit, in princ. de ma. & obe. solitæ, ad fi. de vsu pa.
ad honorem nec ob. de of. le. q translationem: quia in
omnibus & singulis specialibus, quæ occurrunt, necesse
fuit saltem per vnum reipublicæ prouideri, ar. ff. de ori-
gi. iur. l. 2. §. nouissimè. 3. col. & patet infra de hom. pro
humani, li. 6. excusat ergo hic necessitas, de ob. ieiu. cō-
silium, infra de reg. iur. quod non est. sed quamuis perso
na imperatoris subsit papæ, & temporalia per quādam
consequentiam; tamen imperator magis potest in tem
poralibus, quæ immediatè tenet à deo, & ideò dummo-
dò caueat à peccato, potest de illis disponere, vt sibi pla
cet. Cum ergo possit donare rem alienam, quia is, cu-
ius res erat, habet regressum aduersus fiscum infra qua-
driennium, C. de quadri. præscrip. bene à Zenone, argu.
ff. ad l. Rhod. de iac. deprecatio, poterit & ani mo donā
di legitimare. i. illegitimum vt legitimum ad tempora
lem hæreditatem admittere, vel ad requisitionem petē

tis, vt dictum est in papa vel per constitutionem suam
generalem, vel specialem, vt no. supra c. proxi. [Deute-
ronomio] 17. c. [Apud te] o iudex, quicunque ecclesiasti
cus, vel secularis. Gof. vel quicunque alius Christianus
15 sis. Hostiē. [Sanguinem] sumitur † sanguis pro peccato,
iuxta illud psa. 50. Miserere, Libera me de sanguinibus,
vel pro pœna, iuxta illud, sanguis eius requiretur de ma
16 nu tua. facit Gen. 42. Gof. [Portas] no. in † ambiguitate
opinionum magis credendum l. canonicæ, quàm dictis
sanctorum, vel magistrorum: quia papæ, non alteri da-
ta est talium interpretatio dubiorum, vnde & impera-
tor ad ipsum recurrit, Co. de sum. trin. l. fi. super quo vi-
de quod no. in sum. de deci. §. fi. sub §. septimo, vers. pa-
tet ergo, & seque. Host. Et arguit Abb. ꝯ legistas. qui in
suis opinionibus non stant casui expresso in terminato
17 per decre. [Loco] argum. quod † si causa committitur
episcopo Bon. & duo sunt electi, vnus intrusus, qui possi
det, & alter canonice electus, ille qui possidet, debet co
gnoscere, de consecr. distinct. 2. his ergo. 11. quæstio. 1.
si quisquam. Vinc. [imperio] not. papam esse imperato-
rem. 96. distinctio. Constantinus [Decreto] i. decisione,
responsione, sententia, diffinitione, ordinatione, inter-
pretatione, constitutione. Nam his modis super dubijs
discernere potest; ad hoc infra versic. is verò. Hostiens.
[Lex secunda] verbum Hiero. ad Paulinum 7. cap. [Vo-
cabuli] sic supra, de præben. cum secūdum [Interroga-
tus] s. dominus [Ab eo] scilicet Petro [Crucifigi] argum.
18 deum † in membris crucifigi, sicut & sperni. 8. q. 1. qui
nos. Vinc. & dic [Crucifigi] s. in te, vt sic vrbs ista altera
Hierusalem intelligitur, & effusione tui sanguinis, qui
primus meus vicarius es in terris, fundetur, finietur, &
consecretur hic locus, quem elegi mihi, secūdum Host.
ad hoc j. de elec. fundamenta. libro 6. [Intelligens] ip-
se Petrus reuelatione diuina [Pro se] vt reuerteretur in
vrbem, & ibi pro Christo figeretur cruci, & sic per con-
sequens Christus in ipso. 3. quæstio. 1. nulli, in fi. Hostiēs.
[Locum] scilicet vrbem Romam [Reuersus] promptus
ad obediendum, non morosus, & ibi crucifixus est. 2. q.
19 7. beati [Fratres † nostri] ergo omnes episcopi, de crim.
fal. quàm graui, qui vocati sunt in partem solicitudinis,
de vsu pa. ad honorem. specialiter tamen hoc videtur
de cardinalibus intelligendum, quibus decet papam
omnia communicare, Remittit autē Ho. ad ea quæ no.
de pœ. & remis. cum eo, & de cle. non resi. ex gestis, & in
fra de Iudæis, ad liberandam, sub decisione. super ver.
sanctæ Ro. ec. de hoc etiam de scisma. ca. vno, libro sex-
to. [Is verò] exponit, quod dixerat, supra ibi, & ad iudi-
cem [Petro] Matt. 16. [Super terram] quod dic, vt infra
de sen. excom. a nobis. 2. [Eius] Iesu Christi [Qui] s. Ie-
sus Christus [Constitutus] scilicet papa, secūdum Goff.
imò Christus, qui venturus est iudicare papam, & quem
libet. 9. q. 3. aliorum, & omnes viuos, & mortuos, de sū.
tri. firmiter, ver. venturus [Mortuorum] 24. q. 2. sane, de
sen. ex. a nobis. 2. aliàs crimina extinguūtur morte. Nā
20 † & prouocatione ad maius tribunal eximitur quis a iu
risdictione minoris. ff. de re iu. cōtra pupillum. §. is qui,
secundum Goffr. quem decipit relatio secundum Host.
De Christo enim intelligitur hæc litera, & non de papa,
vt supra est expositum [Distinguit] auctoritas deuterō-
nomij [Ciuile] scilicet seculare. Hostiens. [Ecclesiasti-
cum] ciuile [Criminale] ecclesiasticum, Hostiens. Ergo
21 † sic plane lego literam, quòd per sanguinem denota-
tur criminale secularis fori, per lepram criminale fo-
ri ecclesiastici; per causam ciuilem vtriusque fori
[Vtrunque] scilicet criminale, & ciuile ecclesia-
sticum, & seculare. secundum Innocent. sic exponas
hæc verba [Sanguinem] quia accusator dicit esse pro-
batum, quod reus sanguinem fudit, idest aliquod crimi
nale commisit, puta homicidium, vel si. [Lepram]
quia accusator dicit reum esse infectum lepra hæresis,

ſymoniæ, vel ſacrilegij, vel alterius eccleſiaſtici crimi-
nis, & reus negat [Inter cauſam, & cauſam] quia actor
dici, quòd reus tenetur ſibi in 100. ex mutuo, cômoda-
to, vel alia ciuili actione, ſiue eccleſiaſtica, & reus ne-
gat. In his enim omnibus, ſi quid emergat difficile, re-
curritur ad papam. 17. diſtinct. multis, ſupra de app. vt
debitus, ſecũdum Innoc. poteſt & aliter exponi ſecũdũ
Hoſti. vt per primũ criminale eccleſiaſticum, & ciuile,
ſiue ſeculare intelligatur, & ideò dicitur inter ſangui-
nẽ: quia ſicut ſecũdum l. crimina ſanguine humano pu-
niuntur. ff. de iu. om. iu. l. 3. ſecũdum canones ſpirituali,
ſcilicet fundẽdo gratiam Dei, quæ dat vitam animæ, ſi-
cut anima corpori vnitur, vt patet, infra verſicu. cuius
per ſecũdum, ſcilicet cauſam, ciuile, ſiue ſit ſeculare, ſi-
ue eccleſiaſticum, C. de tranſa. cauſas, vel lites, infra de
ver. ſig. forus. §. cauſa. Per tertiũ verò includamus vtrũ-
que, ſcilicet ſeculare criminale, vel ciuile, & eccleſiaſti-
cum criminale, vel ciuile. Alia enim lepra ſpiritualis,
de qua dicitur, quod enim à prælatis &c. de voto ma-
gnæ, §. 1. nam ſiue ſint bona, ſiue mala, de ſacra vnc. ca.
vno. §. ad exhibendum. Alia carnalis, quæ non tam tra-
hendo dilatatur, quàm inficiẽdo. cum ſancto enim &c.
2. q. 7. cum paſtoris, & accedit 20. di. §. 1. ſed qualiter-
cunque exponatur, vnus eſt ſenſus is, ſcilicet ꝙ in omni
foro & omni caſu difficili, vel dubio recurratur ad pa-
pam. ad idem 24. q. 1. quoties, 2. q. 7. ſi quis nos, & c. om
nes. 2. q. 6. ad Romanam, & c. qui ſe ſcit, & in omnibus
alijs caſibus ſpecialiter pertinentibus ad papam, no. de
22 transla. c. 1. [Per excommunicationis] q. d. duplex † eſt
mors, ſcilicet corporis, quam exercet iudex ſecularis
cum gladio materiali, facinoroſorum fundendo ſangui
nem, & animam à corpore vertendo. 23. quæſtio. 4. ille
gladium. ff. de iu. om. iu. l. 3. Alia eſt ſpiritualis, quam
exercet princeps eccleſiaſticus gladio ſpirituali ana-
thematis mucrone. 16. queſtio. 2. viſis, quo animaduer
tit in facinoroſos, ſeparando gratiam Dei, quæ eſt vita,
ſiue ſpiritualis anima animæ humanæ. & hac anima ſpi
rituali ab anima humana ſeparata, remanet anima hu-
mana mortua. ad hoc de re. ec. non alie. ſi quis. 24. q. 3.
corripiantur, ſupra de ma. & obe. ſi quis. Auguſtinus, eſt
mors, quam homines timent, ſcilicet ſeparatio animæ
à corpore, & eſt mors, quam non timent, ſ. ſeparatio dei
ab anima, qui eſt vera vita animarum. Hoſt. [Plenitudi
23 nem poteſtatis] hic ſatis † patet ex vi locutionis, quòd
papa ſupereſt, & præeſt omnibus. Hoſtienſ. autem licet
fateatur ſe in hoc ſolem facibus adiuuare, quia adie-
ctione non indiget plenitudo. 5. quæſtio. 1. ſi omnia,
hanc maioritatem, & plenitudinem nouem rationibus
probabat hic, ad quas præmitto, quòd in decre. vnica,
ſupra de ſac. vn. ver. refert, ipſe Hoſtienſ. poſuit dictum
fratris Alex. de ordine minorum, ſcilicet, quòd eccl. ſia
eſt multitudo fidelium, vel vniuerſitas Chriſtianorum
de conſecr. diſtinctio. 1. eccleſia. 7. quæſtio. 1. Nouacia- d
nus, habens duo latera, ſcilicet dextrum clericorum mi
niſtrantium, qui ad ſpiritualem vitam pertinent: ſini-
ſtrum laicorum tractantium neceſſaria terrenæ vitæ.
Item eſt duplex poteſtas, ſcilicet ſpiritualis, quæ caput
habet ſummum pontificem, & ſecularis caput habens
regem. ad hæc, de æta. & qua. cap. pen. 90. diſtinct. duo.
ſpiritualis autem prior eſt temporali in tribus, in digni
tate, vel maioritate, inquantũ ſpiritus maior & dignior
eſt, quàm corpus, de tranſlat. capit. 2. vnde Abraam pa
triarca vt minor obtulit Melchiſedech decimas vt ma-
iori, Gen. 40. benedixit etiam illi Melchiſedech vt ma-
ior. facit ad Hebræos 7. & 21. diſtinct. denique, in fin. ſe
cundo eſt prior inſtitutione. vnde ſacerdotium Melchi.
præceſſit l. ſcriptam. de hoc ſup. de conſtit. tranſlat. fa-
cit Exod. 28. in fin. Item per ſacerdotium deo iubente
ordinata fuit regalis poteſtas. 1. regun. §. in fi. ibi dixit
dominus ad Samuelem, conſtitue ſuper eos regem. ad

idem. Exod. 17. tertio eſt prior poteſtate, vel auctorita-
te, quia ſpiritualis terrenã inſtituit, & iudicat, vt hic ne
ſcitis &c. & ipſa ſpiritualis ſi deuiat, à nemine iudica-
tur. 1. ad Corinth. 2. 6. ſpiritualis iudicat omnia, & ipſe
à nemine iudicatur quod de papa omnino verum eſt 9.
q. 3. nemo, & c. aliorum, excepta hæreſ. 40. diſt. ſi papa.
hoc autem ipſe Hoſt. inducit. probat primò per ordinẽ
ſcripturæ etiã legis humanæ, in auctẽn. quo oportet, in
princ. colla. 1. C. de ſacro. ec. l. fi. C. de ve. iu. enu. l. 2. §.
ſed quia. Priores enim & maiores inferioribus præponũ
tur. C. de no. C. fa. l. vna, poſt medium, de ma. & obe. c.
1. & c. ſtatuimus. Secundo ratione ſubiecti, ſ. animę, quę
præponenda eſt omnibus humanis rebus. C. de ſa. eccl.
ſancimus. i. quanto quis melioribus præeſt &c. in Auct.
C. de defen. ciuit. §. nos igitur. per quod dicitur, ꝙ etiã
omnia tẽporalia ſibi ſubſunt. Nam anima facta eſt ad
dei ſeruitium. Reliqua vero ad ſeruitium animæ. & di-
ci ſolet, qui habet ruſticum, habet & bouẽ, & ſic regens
animas nõ excluditur ab his, quæ ſunt animabus ſubie-
cta: non ſic è conuerſo. ff. de redhibi. ac. iuſtiſſime. Ter-
tiò naturali ratione. Nam ſicut filius dei eſt contra na-
turam conceptus, & incarnatus, & natus ex virgine, ſ. in
momento deum verum & verum hominem concipien-
te & habente in vtero. vnde Hier. 9. Mulier circundabit
virum, ſic iuriſdictio ſua, quam reliquit Petro, & ſucceſ-
ſoribus Petri. ſup. & ꝯ naturam iuriſdictionis trahit ad
ſe ſpiritualem quæſtionem incidentem in foro ſeculari,
ſupra de or. cog. tuam. quod eſt omnino contra naturã
iuriſdictionis. C. de iudi. quoties, C. de ord. iu. adite. Iu-
riſdictio enim ſpiritualis tãquàm filia ſimilis eſt gene-
rationi, & natiuitati filij Dei. Conſueuit enim filius eſſe
patri ſimilis. ff. de redhibi. quod ſi noli. §. quia manci-
pia. Quartò ratione fortitudinis, ſupra de translat. in-
ter cor. vnde quãtumcũq; ſit ſpiritualis acceſſoria prin-
cipali, tamẽ ei tanquàm princeps & dominus domina-
tur, de iureiu. debitores. Quintò quia princeps nedum
ſubeſt papæ, ſed etiam ſuo ſimplici ſacerdoti, qui ipſum
ſoluit, ligat, & iudicat, infra de pę. & remiſ. omnis. cum
tamen nullus clericus, quãtũcunque minimus exiſtens
clericus, & vtens clericali priuilegio, alicui laico in ali-
quo poſſit perſonaliter ſubeſſe, ſupra de for. comp. ſi di
ligenti, quod patet in conſtitutione hac edictali, no. de
iudic. cleri. Sextò fulcitur hæc diuerſis auctoritatibus
95. diſtinctio. cum ad verum, infra eo. duo ſunt, de ma.
& obe. ſolitæ, vbi de hoc, & no. ſupra eod. §. per totum.
Septimò diuino oraculo, & antiquitate, diuturna con-
ſuetudine approbata. de tranſlat. quanto. Octauò, ex vi
fidei: ſicut enim ponere duo principia eſt hæreticum,
24. quæſt. ſi. c. pe. ver. Cerdoniani, ſic ponere duos gene
rales vicarios & ſibi æquales in terris hęreticũ videtur,
quò ad ius pertinet. ne igitur hæreticus videaris, hæc ſit
tua fides, quòd ſicut vnus eſt deus immutabilis, de ſum.
tri. c. 1. ſic & vnus eſt vicarius ſuus in terris generalis,[d]
cuius nauis eſt ſtabilis. nam & ſi quãdoq; fluctuat, non
mergitur. 24. q. 1. nõ turbetur. & ſic inferior hierarchia
conuenit ſuperiori. Nonò ratione vnitatis, quæ diuiſio-
nem non recipit. 24. quæſtio. 1. loquitur. Igitur, cum ſit
vna eccleſia ſimul collecta, vnũ baptiſma, vnus Deus,
vna fides, vt ibi, & 7. quæſtio. 1. nouationis, non poteſt
vna ſponſa generalis habere niſi vnum ſponſum gene-
ralem. de hoc ſupra de præbend. cum non ignores: nec
vna filia niſi vnum patrem, nec vnum corpus niſi vnũ
caput. Remittit etiam ad ea quæ not. in ſumm. eod.
titul. §. qualiter. primo reſpon. & dicit etiam illa ſup-
plenda per hoc [Ad Corinth.] i. ſexto capitu. [Angelos]
ideſt ſacerdotes, vt 36. diſtinctio. §. ecce, ibi, Labia &c.
24 Goff. [Iudicabitis] per hoc † infert Hoſtienſ. quòd car-
dinales participant in plenitudine poteſtatis, expo-
nens ſcilicet tu Papa, & Cardinales [Teſtante] in hiſto-
ria, quibus non eſt fas eccleſiam introire. Hoſtienſis

[Man-

25 [Manzeres] i. de † scorto nati. ff. de sta. ho. l. vulgo [In
decimaru] scilicet si sequantur vicium, vel delictum pa-
a rētum: alias non [Canone] 56. dist. per totum , de filijs
presbyterorum, per totum [Successionem] ad materiā
successionum remisi s. de succes. ab intestato, super rub.
[Paterna] non dicit materna. vide remis. quam dedi
26 s. eo. tanta, super vlt. glo. ¶ Glos. 1. † signat cōtrariū, &
soluit. ¶ Secunda gl. respondet per quæstionem, an pa-
pa quò ad successionē legitimet, arguit q̄ nō, ponit opi.
Io. soluit cōtrarium, & subdit tertiam opi. ¶ Glo. vt ij.]
signat cōtrarium, & soluit. ¶ Gl. & sic] & sequēs miscea-
tur. & respondet per q. ¶ Vlt. gl. signat cōtrarium, & ibi
27 remittit. ¶ In gl. † 2. l. 2.] de manumissione, & adoptio
ne loquitur [& ibi. l. 1.] vide de elec. cum inter can. su-
per glo. sed nonne. ¶ In glo. 95. ibi, cui] vide de tor. c. 1.
super vlt. glo. ¶ In gl. cui standū, ibi. l. pe.] vide de elec.
cum causam, super 1. glo. ¶ In gl. ff. de, ibi, est receptū]
vide de elec. innotuit, super 6. glo. ¶ In gl. no. quod, ibi,
si consul] vide hanc, & seq. de proba. ex literis, super gl.
2. [& ibi, nec quicquam] vide de offic. l. q̄ translationē,
super 1. glo. ¶ In glos. vlt. ibi, auct. licet] hanc & se. vide
28 in c. cum haberet, super vlt. gl. ¶ In † gl. 1. in fi.] vel cor
rupta est ibi litera. vt not. 25. qu. 2. in Galliarum. & hoc
tenet Host. dicens s̄m Ber. Prouin. quod c. Artaldus, lo-
quitur de quadā ciuitate, quæ destructa est, quæ vocaba
tur Arlet, & forte de illa loquitur s. de testa. c. 1. de Are
laten. verò habetur ff. de insti. l. habebat. ff. de vsuf. l. co
29 dicillis. 1. respon. ¶ In † gl. 2. ibi, iurisdictionem] vnde
& licet concedatur, q̄ legitimare possit; non tamen per
hoc probatur, quòd habeat in temporalibus contētio-
c sam, secūdum [c] Goff. [& ibi, indirectè] & per consequē-
tiam, quod non liceret principaliter. ff. de pœnis. l. mor
tis, in prin. C. si aduer. transl. l. 1. C. de tempo. in inte. re.
l. petendæ, in fi. Goffr. & hoc colligitur infra de procu.
f qui generaliter, in princ. [f] & in fi. libro sexto, [& ibi, ho-
nores] C. Na. contra [& ibi, temporales] non tamē quò
ad successionē: sed quare in illis, & non in isto, non inue
nio rationem. Goff. dixit Host. quòd tenenti hanc opin.
bene occurret ratio, quia. s. per prædicta nemini præiu-
dicatur, sed potius reipub. prouidetur, ar. ff. de decu. ge-
neraliter. §. spurios, & l. spurij. ff. de testi. l. 1. per secūdū
verò prouidetur iuri priuato & odioso eum alterius tri-
bulatione, qui succederet, si hoc nō esset, quod vitari de
bet. 25. q. 1. §. si ergo, ver. finem, & in auct. de mā. prin.
§. oportet, col. 3. [& in fi.] de hoc 10. dist. ca. 1. 59. dist.
30 capi. 1. d. c. vno. dic † opi. glos. veram in prole genita ex
coitu non matrimoniali saltem ex affectu, vel consensu.
Cum enim papa non possit facere, vel supplere matri-
monialem cōsensum, vbi non fuit, ergo nec talem prolē
legitimare poterit, nisi quò ad suum forum, nisi locus es
set de temporali iurisdictione ecclesiæ : vel nisi eo tem-
pore, quo fungitur vice imperij, quo poterit, sicut impe-
rator posset. facit de fo. cō. sed cle. de re iud. pastoralis,
ad fi. Si verò proles genita fuit ex coitu matrimoniali, li
cet de facto tantum cōtracto, tūc distingue, quia matri
monium esse nō poterat impediēte lege diuina, vt quia
vxoratus cum secūda cōtraxit, vel cōtraxit cum nepte,
vel his similia. dico idem quod s. Si vero matrimoniū
esse nō poterat impediēte l. canonica tātum, vt quia cō
traxit cum cōsanguinea, vel affi. in quarto gradu, vel ꝯ
publicam honestatem cum cōsanguinea sponsæ, subdi-
stingue, quia aut pa. vtitur verbo legitimationis, legiti
mans. s. matrimonium, & prolem; & tunc quò ad vtrun
que forum sit proles legitima, cum impedimentum a l.
can. inductum papa tollere potuerit, vt dixi in glo. secū
dum omnes, quod nō posset imperator quò ad spiritua
lia, vt ibi dixi: aut simpliciter vtitur verbo dispensatio-
nis; & tunc solum ad illa prohibita admittetur, in qui-
bus est dispensatum, cum tales dispensationes sint odio
sæ, de fi. presbyt. c. 1. in fi. libro 6. licet ob. si dicas etiam
in gradibus prohibitis l. diuina papam ex causa dispē-
sare posse, de rest. l. spo. literas, in princ. vbi de hoc. nam
licet approbet illa vt nunc, nō ex tunc: cōtracta vero ꝯ
l. can. approbare poterit vt ex tunc, omne dedi. nec mi-
rum, si plus in his potest, quàm in illis. facit quod no. de
os. dele. ex parte. 1. cum concor. & facit clem. de immu.
ecc. quoniam. De prole verò genita ex coniugio cōstitu
ti in sacris, vel professi, videtur, cum illud lex canonis
dirimat, papa illam possit legitimare, vt est dictum, nisi
dicas , q̄ ius naturale ex voto impedir ꝯhere, licet ius
canon. cōtractum dirimat. de hoc supra de cle. coniug.
cū olim, & dixi s. qui cle. vel vo. rursus, super gl. 2. ¶ In
gl. vt puta ibi, mariti] 7. q. 1. sicut. ¶ In glo. maximè, ibi,
secundùm Io.] & Host. ¶ In gl. dicebat, ibi, maxime] cū
concor. Host. ¶ In gl. vt ij. ibi, non valet sentētia] hodie
dic vt in conci. Vien. de iudic. dispēdiosam. ¶ In gl. no.
31 quòd, ibi, ipse Deus) quasi † spes sit bonum prolis, qua
quis sperat prolem ad Dei seruitium informādam . vn-
de dicebat Bam. proles. i. spes prolis procreādæ ad cul-
tum dei. alij restringunt hoc ad matrimonium Ioseph ,
& Mariç. ¶ In gl. maxime, in fi.] hoc ideò, quia post pro
hibitionem cohabitauit, & suscepit prolem : alias vera
esset proxima superior gl. vt dixi in tex. post Host. ¶ In
glo. de facto, ibi, imperio] imò papæ, Innocē. & dicebat
32 † Host. q̄ recognoscere debet imperatorem dominum
in temporalibus. 63. d. Adria. qui Dei vicarius est in tē-
poralibus, vt patet in his, quæ no. s. eod. ca. 2. Est tamen
sub pa. vt patet in his, quæ no. infra in versi. Paulus. nun
quid ergo mortaliter peccant Franciæ, Angliç, Hispani
reges hanc subiectionem non recognoscentes. 11. qu. 3.
qui resistit. & nunquid hæc subiectio à subditis nisi for-
san nomine Romanæ ecclesiæ potest præscribi, vide q̄d
le. & no. s. de præscri. cum ex officij. forte quādiu exiga-
tur vtrunque, possunt excusare, sicut no. in decima. s. de
deci. cū homines, in fi. Host. ¶ In gloss. ff. de insa. 2. q. 7.
33 nos si. ¶ In gl. no, quòd, in fi.] dicit † Host. q̄ in tali casu
nullus hoc facere potest nisi imperator alij præiudican
do, vt j. no. is autē qui de iure id facere posset, & si face
ret curialius abstinendo, & ad papam recurrēdo, ar. C.
de pigno. l. 3. non tamē cautius, ar. 7. q. 1. Pontifices. 13.
q. 1. §. 2. ver. ad hæc callida, & si. ¶ In glo. illos tantum,
34 in fi.] Host. dicit † hanc gl. esse contra tex. quo dicitur ,
Nos solum &c. & est si. quod dixi s̄m eum , supra de te-
sti. in nostra. sed defendi potest gl. quia tex. loquitur de
iurisdictione temporali certis casibus exercenda . ¶ In
gl. s. cum, ibi, licet] & ibi no. casus de hoc, quorū aliquos
35 notauit hic Hostiē. ¶ In gl. idest † ibi, iudices] qui olim
sedebant in portis, iuxta illud psal. Saluum me fac. Ad-
uersus me loquebantur, qui sedebant in porta. Gof. qua
re iudices olim sedebāt in portis ciuitatū , vide in Hie.
super Zachariam. D. vocatur iudex porta: quia facilem
aditum præstare debet intrare volētibus. ff. de offi. præ.
obseruandum, vel quia sicut porta quandoque claudi-
tur, quandoque aperitur, sic iudex quandoque cessat, su
pra de ferijs. per totum. quādoque ius reddit. ff. de iu. &
iu. l. pe. quādoque loquitur, quandoque tacet, & audit.
44. dist. sic rector: vel sicut porta restringit, sic reprimit
delinquentes, ff. de vsuf. æquissimum : vel portas ponit
pro magistris, qui docent, & aperiunt scripturas, secun-
dum Host. ¶ In gl. interpretatur, in fi.] & infra de hære.
statutum, 2. lib. 6. ¶ In gl. ipse, in fi.] & infra de elec. fun-
damenta, lib. 6. ¶ In gl. vlt. in fi.] & plenius in Spec. eo.
tit. ver. quid de natis.

ADDITIONES.

a ¶ Promoueri. Intellige tamen in ciuilibus sibi concessis, de quo in c. 1. de fi presby. li. 6.

b ¶ Hæreditate . De hoc videbis in gloss. 2. & super illa Ioan. And.

c ¶Proprij. In his ergo, quæ soli principi sunt reseruata, non est prorogabilis iurisdictio alterius iudicis, qui aliàs habeat iurisdictionem, sed inferiorem, & de laico vide Bart. in l. s. §. 8; post, ff. de noui ope. non.

d ¶Generalis. De potestate, & præeminentia papæ dicitur super laicos. vide Io. And. post Inno. de iudic. nouit, in glo. 2. & super illa. & de fo. com. licet, in glo. hic est vnus casus, & Bart. in extrauaganti ad reprimendum, in princ. in gl. sed quomodo, cũ totius orbis.

e ¶Secundum. Quasi legitimatio sit voluntariæ iurisdictionis, quæ extra territorium exercetur, vt not. de offic. l. nouit, & est prorogabilior, contra con emtiosa. C. de eman. li. l. 1.

f ¶Principaliter, ergo in terris imperij non potest, cum legitimando ad spiritualia in consequentiam veniunt temporalia; hoc innuit ista opin. Io.

SVMMARIVM.

1 Proles ex secunda vxore, viuente prima, suscepta quando legitima, quando alio interueniente impedimento, nu. 5. 7. & 8.
De hæreditate agitur in foro ecclesiæ & quando.
2 Filius legitimus patri illegitimo succedit. ex persona patris spurij nil petere potest, nu. 3.
Linea descendens semper est omnibus præferenda, nisi quid obsit.
3 A spurio ortus petere non potest, quod pater non poterat.
4 Matrimonium in facie ecclesiæ quod dicatur contractum.
Ignorantia ex re occulta, vel remota.
5 Parentum alterius bona fides facit prolem legitimam, secus, si ambo sciebant impedimentum, & quod, & nu. 8.
Decretalis cum inhibitio, in quo impedimento habeat locum.
Fauorabilis est constitutio inducta in animarum fauorem, vt constitutio, cum inhibitio.
Filij legitimi non succedunt, nisi sint & liberi, in fi.
6 Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 7.
Filius natus ex patre seruo, vel matre serua, qui putabantur liberi, cuius erit conditionis, & quando legitimus, & nu. 8.
Dos restituitur mulieri, separato matrimonio etiam ob errorẽ conditionis.
8 Additio glossarum.
Mulier potest esse tutrix, non procuratrix etiam pro filio.

C A P V T XIIII.

1 Ex tenore. C. Si †coniugatus viuẽte prima in facie ecclesiæ contrahit cum secunda ignorante, legitima erit ipsorum proles. & sunt duę partes. in prima iudicum cõsultatio. in secunda respõsio, & eius ratio ibi, Intelligentes [Hæreditatem] hic specialiter videtur agi de hęreditate, & sic contra, supra eo causam. 2. So. papa habet in Beneuento temporalem iurisdictionem. si. hora de ap. si duobus, Gof. vel reus noluit hoc excipere secũdum Vinc. & dic. i. hæreditatem debitam quondam R.
2 marito, filius† enim legitimus bene succederet patri illegitimo [Pupillo] ex persona ipsius R. quatenus. s. ipse si viueret, petere posset. Nam linea descẽdẽs, nisi aliud obsit, semper est omnibus pręferẽda. C. de suis, & l. auten. in successione. Host. [Aduersa] forte patruus pupilli, vt s. eod. lator [Eius] viduæ [De adulterio] & sic cum
3 esset † spurius, si viueret, de hæreditate aui sui, scilicet patris nil petere posset, & sic nec filius ex ipsius persona. sic s. eo. causam [Pater] auus pupilli, & de ipsius hæ-
4 reditate agebatur [In facie ecclesiæ] sed qualiter† intelligitur matrimonium contrahi in facie ecclesiæ; dicũt quidam, ex quo fit publicè coadunatis amicis, & nemine excluso; & sic vtuntur Lombardi, siue Italici, arg. C. de nup. si vicinis. imò secũdum alios seruata solennitate bannorum, infra qui ma. accus. pos. ca. si. quod verius credo, secũdum Innoc. vt patet supra de clande. despõsa. c. si. Hostiẽ. [Ignaram] forte cum prima contraxerat clam, supra eo. per tuas. vel palam, tamen in terra remo-
ta, supra de eo, qui du. in matrimonio. veniens, & c. 1. infi. Host. [Aliam] primam forte matrem istius, à quo petebatur hęreditas. Host. [putarentur] forte enim postea fuit accusatum matrimonium. & separatum [Prolis] &
5 matrimonij, quamuis putatiui [Legitimum] ergo † bona fides alterius parentum facit prolem legitimam: secus, si ambo scirẽt impedimẽtum, supra de clan. despõ. c. si. vet. par. ex hoc intelligas de quolibet impedimẽto canonico, cui tamẽ parẽtes renunciare nõ possent. hoc dico, quia licet conditio seruilis sit impedimẽtum perpetuum, Si tamẽ sciẽtes hoc impedimẽtum contrahũt, erit matrimoniũ, & filij erunt legitimi. Nam & ex post facto esset hoc idem, supra de coniugio seruorum. ca. 1. & 2. Quid si ambo parẽtes sciũt impedimẽtum aliud ab isto, sed in facie ecclesiæ cõtrahunt, vel alter tãtum scit hoc, vel aliud impedimẽtum, & clãdestine cõtrahunt, demum matrimonium separatur, nũquid filij sunt legitimi? dixit Goff. quod sic, ar. ff. so. mat. si cum dotem. §. fi. & quia proles fauorabilis est, vt hic, & quia decre. cum inhibitio, non facit mẽtionem nisi de impedimẽto proximitatis, & hoc tenuit Vinc. scilicet illam dec. locum solum habere in impedimẽto graduum. cõtrarium puto, quia eadem ratio est in quolibet impedimẽto canonico, vt ibi no. & quia ex quo cõcurrit canonicum impedimẽtum, proles nõ est fauorabilis, nisi matrimonium in facie ecclesiæ sit contractum, vt hic, & ibi. Dic ergo, quod sunt illegitimi. illa enim cõstitutio & si videatur odiosa, quia pœnalis, fauorabilis est: quia inducta in animarum fauorem, ideo ipsius pœna non est restringẽda, sed dilatãda, vt vitentur pericula, & in prole puniantur parentes mãdatum ecclesię contemnẽtes. ff. quòd me. causa, isti quidem. C. sol. mat. l. 3. sed nec filij legitimi semper succedunt, nisi sint liberi, quod dic, vt not. supra eo.
6 tanta. ¶ †Gl. 1. posset respon. per ob. ¶ Vlt. glo. notat, &
7 remittit, quęrit, soluit, alleg. in contrarium. ¶ In † glos. 2
vlti. ibi. l. 3.] si libera ignorãter contraxit cum seruo, separato matrimonio propter errorem, filij ingenui non sunt, sed spurij: mulier tamẽ dotem, & omne, quod sibi vir debet, recuperat [& ibi. §. vlt.] si mulier errans in cõditionem cõtraxit cum seruo, quem putabat liberum, habet quasi priuilegium dotis in peculio viri, vt pręferatur alijs creditoribus, domino creditori non nisi in his, quę in dotem sunt data, vel de dote comparata.
8 ¶ In † glos. 1, ibi, tutrix] procuratrix enim esse non posset etiam pro filio. ff. de procu. l. fœminas, Innocẽt. ¶ In glo. vltim. ibi, esset seruus] in matre serua, quę putaretur libera, procederet quęstio, in patre non. sed secundum Io. & Vincent. quorum fuit hæc glosi. videretur procedere in seruo: quia propter errorem mulieris non fuit matrimonium. sed licet lex 3. C. so. ma. dicat illum spurium, fatetur tamen illum ingenuum. vnde dico, quod si in facię ecclesię libera ignoranter contrahit cum seruo, licet postea separetur matrimonium propter errorem, ex quo contractum fuit seruata forma cõcilij, cum inhibitio, filius est liber, & legitimus. Si vero liber eadem forma seruata contrahit cum serua, licet propter errorem separetur matrimonium, proles erit serua, non legitima. Idem in vtroque casu cum scienter contrahitur, lex non obst. quia secundum canones esse potest matrimonium cum seruo, de coniug. ser. capitulo primo.

SVMMARIVM.

1 Proles legitime reputatur etiam ex coniunctis in 2. & 3. gradu, & quibus, iuncto conie r. & quando.
Inter infideles etiam coniunctos 2. vel 3. gradu contrahitur matrimonium.
Matrimonium sine affectu matrimonij non est.

Ad

Ad adulterij excusationem, legitimationem prolis qua attenditur.
Ob vtilitatem publicam quadam tolerantur, vt hic, in fi.
2 *Dictio semel posita, ponitur propriè, & impropriè.*
3 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 4.*

CAPVT XV.

1 **Gaudemus.** Breue est, summa vel diuisione nō indigens [Secūdo] in † linea æquali [Vlterior] idem in
vxore fratris premortui ducta ad suscitandum semen,
infra de diuor. c. fi. [Affectu] quia nec aliter esset matrimonium, supra de condi. appo. c. fi. sed nec semper est
matrimonium, puta quando repudiata contrahit, vel
is, qui repudium misit: tamen quia tali ritu vtuntur, &
opinio ipsorum est, quòd matrimoniū teneat, & quòd
proles ipsorum sit legitima, ecclesia etiam in hoc ipsorum opinionem sequitur quò ad ea, quæ præcesserunt
conuersionem, & in hoc casu potissimè locum suum vendicat mens huius litteræ, & pro hoc faciunt verba, opinionem, & affectum, veritas se licet habeat in contrarium. Nam inter Christianos talia attenduntur quò ad
excusationem adulterij, & legitimationem prolis, vt supra cap. proximo. & patet supra eo. per tuas. Host. [Post
fidem] idest conuersionem quia baptizati sunt. vnde
& fidem recepisse præsumuntur. Hostiē. [Publica] quia
citius conuertentur, nec a filijs, vel vxoribus, nec ipsorum occasione sic de facili retrahentur, infra de diuor,
gaudemus. Host. [Volumus] de æquitate, & gratia, in
primo casu, quem ponit gloss. in secundo ponit ius secū
2 dum Host. quasi velle debemus, & sic † dictio semel posita, ponitur propriè & impropriè, sic supra de rescrip.
3 capitulum secundum Host. † Gloss. 2. quærit, & soluit, &
duas lect. ponit. ¶ In glos. 2. ibi, qui in prouincia] alias
diuus. vide de eo, qui duxit, cum haberet, super gl. quan
4 doque. ¶ In † gl. 2. ibi, legitimi] secundum Vinc. & pro
hoc facit littera, secundum opinionem,

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
2 *Matrimonium accusare quibus liceat, vel contra illud testificari, alia iuris loca præter hunc titulum ostendis, num. 3. 4. & 6.*
3 *In eius accusatione qui præferantur, & qualiter procedatur, nu. .. item idem potest esse accusator, & testis, num. 6. sed nō semper ibid.*
Præferantur qui cæteris.
3 *Accusatio purificatur testimonio.*
4 *Accusator etiam testis hic potest esse, & quando.*

Qui matrimonium accusare possunt, vel contra illud testificari. Rub.

1 Viso † de matrimonijs, & ipsorum impedimentis, bene est, vt dicamus de ipsorū separationibus, vel diuortijs. & qui solent & debent fieri regulariter accusatione præmissa, & probatione rite facta, ideo præmittit
Rubricam, Qui matrimo. accu. &c. secundum Gofr. &
Host. vel sic secundum Host. quia regulariter proles suscepta ex legitimo matrimonio legitima est, Ex illegitimo verò illegitima, videamus quomodo matrimonium, quod legitimum creditur, quandoque illegitimum declaratur, vt sic proles interim suscepta de qua
supra tit. prox. vidimus, reputari debeat legitima, co-
2 gnoscatur. habetur † hæc materia. 35. q. 6. per totum.
conuenit, de test. quoties, & c. sicut, & ca. super eo. 2. in
litteris, series, ex tenore, cum in tua, licet ex quadam,
& de testi. co. c. 1. & cap. cæterum, & ca. præterea. de eo,
qui co. con. de illo. Dicebat autem Innoc. super hac ru-
3 brica, quòd † quilibet accusare poterat matrimonium
ad plenum diuortium, non tamen quò ad torum, vbi
non admittitur nisi maritus, dicebat Giul. eod. titul. in
princ. quod ad accusationem impedimēti matrimonij,
quod prouenit solum ex defectu, non ex peccato, vt frigiditatis, arctationis, vel maleficij, non admittuntur nisi coniuges, idem in impedimento erroris secundū eū.
Sed & in primo casu secundum Innocē. qui sunt de consanguinitate coniugum, præferuntur extraneis vt plurimum, hoc placet, sed quòd consanguineis tacentibus
nō admittātur extranei, hoc displicet, vt scripsi in Spe.
eod. titu. super versic. repellitur ergo, sed & inter extraneos præferuntur antiquiores & maturiores vicini. 35.
quæst. 6. cap. 1. & 2. & infra eod. videtur. Item tam maritus, quàm vxor accusare possunt infra eod. insuper. Om
4 nes † autem, qui repelluntur ab accusatione, vel qui ad
eam admittuntur, & a testimonio repelluntur, & ad illud admittuntur, dummodo sint aliter idonei ad testi-
5 monium reddendum. Item not. quòd si fiat † accusatio
super fœdere matrimonij, puta quia dicatur, esse inter
coniuges consanguinitas, vel aliud impedimētum, proceditur li. non conte. secus, si propter adulterium agatur ad tori separationem, supra, vt li. non conte. ca. 1. &
6 c. quoniam. §. porrò. Item in † causa matrimoniali idē
potest esse accusator, & testis. 35. q. 6. si duo, & eod. episcopus, in synodo, & ca. de parentela, supra de testi. co.
præter ea omnino vide quod scripsi in Spe. eo. tit. super
versic. in causa, & hoc verum, vbi quæritur de cōsanguinitate coniugum. vt ibi, & melius supra de consangu. &
affi. c. 1. supra de spon. cum in tua, nam tunc etiam consanguineus, & mater potest esse accusator, & testis, infra eo. videtur. supra de testi. super eo. in fi. sed si nō quæreretur de consanguinitate, sed de alio impedimento,
scilicet an contraxisset cum ea, tunc licet communiter
sint admittendi pater, & mater ad accusationem, & testimonium, tamen in hoc casu si propter potentiam alterius cōiugum habetur suspectum testimonium, repellentur a testimonio, sed non ab accusatione, supra de testi. super eo, in princ. & idem videtur, si dicitur primò
cum alio cōtraxisse, vel votum emisisse, vel de spirituali cognatione. Nam in his si suspectum sit alicuius testimonium, repellam illum, arg. prædi. decre. super eo. In
consanguinitate autem est speciale, quòd nunquam debet haberi suspectum testimonium alicuius consanguineorum. Inn. in hoc vltimo. Host. contra, infra eod. videtur. vt ibi dicam.

SVMMARIVM.

1 *Cum de matrimonij fœdere agitur reo absente contumaciter, possunt recipi testes, & qui, & ferri sententia, & quando, num. 4.*
2 *In matrimonio contrahendo potest apponi, & seruari debet pactum de habitando cum sponsa in certo loco, nisi noui quid accidat.*
Nouus casus frangit pactum.
3 *Cum fratre spirituali contractum matrimonium separatur.*
Ad domum denunciatio non fit, si scitur, vbi sit citandus.
4 *Amici, & affines monendi sunt.*
5 *Epilogus, & suffragium glossarum. nu. 6.*
Numerus testium vbi non adijcitur, duo sufficiunt.
Pluralis locutio duorum numero contenta.
Suppletio glossarum, & nu. 8.
Aut, pro &. §. 2.
8 *Largo canonicus Bononien. decretorum doctor citatur.*
Lite non contestata in causa matrimoniali quando procedi possit.
Bernardi glossatoris additiones allegantur.

CA-

CAPVT I.

1 Relatum. C. Cum † agitur de fœdere matrimonij reo absente contumaciter,
possunt super impedimento ma-
trimonij recipi testes, dummodo legitimi, & ad dicta
illorum ferri sententia, & sunt duæ partes. in 1. consul-
tatio. in 2. respon. ibi, cæterum [Permansit] & sic consu-
matum præsumitur, supra de spon. ad id, quod [Exiuit]
2 quid si pactum fiat † in matrimonio, quòd sponsus sem-
per debeat trahere moram cum sponsa in certo loco, &
a in certa domo? seruandum [a] est pactum: quia in tradi-
tione cuiusque rei potest apponi pactum. C. de pac. cō.
§. 1. multo fortius in traditione mulieris. & vide quod
super hoc not. supra de spon. Gemma. & hoc verum, ni-
si nouus casus emergat, propter quem oporteat à pa-
cto recedi, vt per hoc c. potest poni exemplum, & ar. su
pra de excep. pastoralis. ff. pro socio, si cōuenerit. & dua-
bus l. seq. & de hoc plenius in sum. de coniug. seruo. §. &
an cōsensus, ver. vlt. [Dicitur] ex parte mulieris, quæ pe
tit matrimonium separari. Pe. & Abb. [Leuauit] & sic est
3 frater † spiritualis sponsæ, propter quod est matrimo-
nium separandum, vt supra de co. spi. per totum [Quæsi
tus] forte etiam denunciatione facta in ecclesia, supra
de clan. desp. c. fi. Host. [Inueniri] vbi inueniri potest,
quia scitur vbi est, non mittitur denūciatio ad domū,
Vincē. argue ad hoc decre. de cle. nō resi. ex tuæ [Quin-
quennium] de hoc supra de spon. in præsentia [Et in-
fra] quæris. an possis testes recipere, & sententiam fer-
4 re. Pet. & Abb. [Appareant] sup. audiendi † sunt, non ta-
men & admittendi sunt ad dicta testium audiēda, nec
recipienda, ante, quam iuuenis fuerit requisitus, & huic
subauditui cōtinuatur quod sequitur, sed postquam iu-
uenis &c. Host. [Fuerit] i. fuit, vt præcedit. vel ideò hoc
dicit: quia amici, & affines monendi sunt, secūdum ea
quæ no. supra tit. 1. perlatum, quod forte adhuc factum
nō erat nisi semel, & ideò sequitur cū indulgētia, quia
circa maiora periculum vertitur. de hoc supra de con.
5 & af. c. 1. de spon. cum in tua. ¶ Glos. 1. quærit, & soluit.
¶ Glo. 2. etiam quærit, & soluit. ¶ Vlt. gl. signat contra-
rium, & soluit. solutioni obijcit, & respō. opinionem po
6 nit, & inducit simile. ¶ † In glo. 1. ibi, inter illam in fi.]
vide hanc & sequ. de censi. c. pen. in 1. gl. [& ibi, vbi nu-
merus] sequitur, testium non adijcitur, duo sufficiunt,
pluralis enim locutio &c. ¶ In glos. 1. ibi, ex prouincia]
vide de spon. de illis, super 1. glo. ¶ In glos. vltim. ibi, si
quis] vide de hære. excōicamus, super 1. glosf. ar. quod.
7 ¶ In † gl. 1. ibi de quot annis] non video, quare se in hoc
glo. fatigat [& in fi.] de regu. iur. pluralis, lib. 6. ¶ In gl.
2. ibi, vnaquæque) vbi de hoc, & tenet hic Gosfr. quod
ibi Io. & ad id all. Host. de voto, quod super. §. fi. & c. se.
a §. quod aut (& ibi, potest dici) secundum [a] Laut. ¶ In
glo. ita quod, ibi, aut) nisi ponatur aut, pro &, ff. de ver-
bo. sign. sæpe. vix. n. aut nunquam posset esse notorium
b [b] hoc impedimentum. Host. ¶ In gl. vlt. ibi, & inueniri)
dixit Tanc. quòd iste impediebat, ne ad eū posset perue
nire citatio (& ibi. si quis suo) & infra de regul. iur. non
debet aliquis, lib. 6. (& in fin.) vel ibi etiam proceditur
8 contra contumacem, scire † debes, quòd dom. Laigo
can. Bon. decretorum doctor, qui paulo ante, quam in-
ciperem audire iura, decesserat, dixerat, quod hic de-
ficiebat additio Bernardi satis longa: sed hæc inten-
dit, quòd iura, quæ dicunt, quòd lit. non conte. in cau-
sa matrimoniali proceditur contra contumacem ad
testium receptionem, & ad diffinitiuam, locum ha-
bent, cum constat de contractu, sed allegatur impe-
dimentum, per quod petitur diuortium, & sic loqua-
tur hic, & vt lit. non conte. quoniam. §. porrò, & supra,
tit. 1. perlatum. Si verò de matrimonio non constat,
& is, qui in coniugem petitur, negat contractum, non
procederetur hoc casu propter contumaciam rei ad
testium receptionem, vel diffinitiuam, & sic loquitur,
vt li. non contest. tuæ. ad contextum non potui: quia
constat, quod non fuit Ber. cuius additiones originales
suas omnes vidi. Item quia in parte secunda continet
falsum, cum §. porrò. generaliter loquatur quando de
fœdere matrimonij, vel maritali copula agitur, & ra-
tio ibi reddita etiam eo casu vrget. Item hodie etiam
parte non contumace committitur contestatio per cle.
de verb. sign. sæpe.

ADDITIONES.

a ¶ Seruandum. Vide Cy. in l. fi. C. de ce. bo. in l. ob æs. C. de act. & oblig. & l. obsides. ff. de test. a. & de iureiur. ex rescripto.

b Secundum. Vide Io. An. in Spe. de do. post diuor. re. §. 2. ver. quid si vir, & per Cy. & doct. in l. 1. C de vxo. milit.

c ¶ Notandum. Probat autem hoc c. quòd in notorio requiritur partis citatio, de quo vide Io. And. de ele. bonæ, in gloss. de fil. presby. & super gl. & ita, & per ipsum in aucten. de coha. cler. & mu. de iureiurando, ad nostram, el 3. & de re iu. cū olim, & per mo. der. in cle. pastoralis, de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio, & testimonium in causa matrimoniali fieri præsentialiter debent, nu. 2. quod & in alijs faciendum, ibid.*

Accusatio pro denunciatione hic non habet locum in matrimonio contrahendo.

Denunciatio quare fiat, & qualiter, & vbi habeat locum.

Adminicula legitima quæ hic intelligantur, ad dictio. legitima, & num. 6.

4 *Epilogus, & suffragium, & additio glossarum, nu. 4. 5. & 6.*

CAPVT II.

1 A nobis. C. Accusatio † & testimonium in cau
sa matrimoniali præsentialiter, &
non per litteras fieri debent. & in pri
ma parte ponitur quæstio. in secunda responsio, ibi ad
hoc [Accusatione] proprius dicitur denunciatio, quam
accusatio: quia ad hoc debet dirigi accusantis intentio,
vt cessent a peccato, nec aliter interest eius. & melius
est, quod fiat in scriptis, supra de restit. in integ. ex lit-
teris. in fin. præstatur autem iuramentum de veritate
dicenda. in matrimonio autem contrahendo non ha-
bet locum accusatio, sed denunciatio, supra de de-
spon. imp. ad dissoluendum. Innocen. [Voce propria]
2 quamuis † iurati, sed solum dictum suum in scriptis por
rigunt, quod non sufficit: imò requiritur, quòd præsens
præsentem accuset. . . quæst. 8. per totum, & 3. quæst. 9.
per totum, sic & præsentia testis requiritur, supra de co-
ha. cle. tua. C. de transitum. apud eloquentissimū: quia
iudex habet considerare vocem testis, & mentis trepi-
dationem. ff. de quæstio. de minore. §. 2. & ideo manda
tur iudici, quod præsentialiter ipsum testem examinet,
de consang. cap. 1. & si alius, quam iudex causæ testem
recipit, debet certificare illum, cui dictum testis remit-
tit, quantam fidem ei debeat adhibere, supra de restit.
in integ. constitutus, in fi. de quo dic vt no. in sum. de te-
sti. §. super quibus, versic. sed quid si testes, & sequenti-
3 bus. vel dic [voce propria] idest non † iurati, quia non
testimonijs &c. & in talibus iurandum est, vt dicitur
supra de test. quot. Hostiē. [Solam] sine examinatione,
vel sine iuramento, vt præmissum est, ad idem, de
spon. pretere. c. 2. [Legitima] scilicet iuramentum præ-
stitum, & examinatio cum diligentia facta, conueniēs
numerus testium. 3. q. 9. testes, supra de testib. quot. &
caput. in litteris, & c. licet ex quadam, supra de consan.
&

4 & 1 Ti.tua.Hostien. ¶ Gl.1.ponit duas lect. ¶ Gl.2.no.
5 præsumptionem nō probare &c. ¶ In † gl.2.ibi. §.item
diuus] vide de off.deleg.super quæstionum, super gloss.
6 nisi causa. ¶ In † gl.2.ibi, suffragia] forte fama, secundum Ala.& Vin.qui allegant eadem iura.

SVMMARIVM.

1 *Consanguinei, & parentes testificari possunt in causa matrimoniali, & quo casu, num. 7. præsumuntur melius scire proximitatem, num. 6.*
Facti horum nomine qui contineantur species, vers. & potes.
Quia, pro quòd.
2 *De auditu auditus testimonium in quibus valeat.*
Tabellio in numero testium est præ cæteris admittendus.
Factum pro præsumptione facti ponitur, ad dicti. sciunt.
Emancipatus filius potest vxorem ducere sine cōsensu patris.
3 *Pater non recipitur testis in causa filij, nec contra, præterquā in casibus, & quibus.*
Matrimonium est contractus; & quæ sint eius specialia, remittit, num. 4.
Quando sit locus huic decretali.
Consanguineos disiungi fauorabile est.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
In adulterij accusatione præfertur maritus.
Patri tunc tempora non currunt.
Nuptiæ consistere quando non possunt, in fin. nu. 2. in fi.
In ambiguis pro dotibus respondendum, ibid. & pro matrimonio standum, num. 7. in fi.
7 *Additio glossarum.*

CAP. III.

1 Videtur. C. In † causa matrimoniali. super cōsanguinitate, & contractu testificari
possunt consanguinei, & parentes. &
tria facit. 1. ponit dictū. 2. ibi, Iō, ipsius rationes. 3. ibi
Quia vero, soluit quoddam contrarium. & potes sic incipere casum. Petebam quandam in vxorem, ad probandum contractum inducebam parentes meos, ipsa
ad probandam consanguinitatem inducebat suos, quærebatur, an essent admittendi[Quod]alias, quia. & tūc
expone pro quòd sic. 3. quæst. 5. quia suspecti[Parētes]
idest pater, & mater, & superiores, vt auus, & proauus.
Pe. & Abb. infra de ver. si. nam & rex[Sexus] idest tam
mares, quam fœminæ, vel idest tam sponsi, quam sponsæ[Dirimendum] propter consanguinitatem, vel quia
aliud matrimonium prius contraxerat. Innoc. [Cōsuetudine] q. d. hoc ius est consue. approbatum, nō desuetudine abrogatū, 4. dist. §. leges. Hos. [Approbatur] quia
aut de consanguinitate agitur, aut de cōtractu. si de parētela ideo &c. Si de contractu, qui melius &c. [Recita-
2 tione] & in talibus † valet testimonium de auditu auditus, supra de consang. tua, de testib. licet ex quadam
Host. [Melius] & ideò tabellio in numero testiū est præ
cæteris admittēdus. ff. de rest. dominus. Host. [Sciunt]
i. scire præsumuntur[Nullum] hoc non habet locum in
filio emancipato. ff. de ritu nup. filius emancipatus. Ho.
3 [Filij] fallit † in testamento, de hoc 2. q. 4. §. 1. quidam
alij casus no. in Spec. de teste. §. 1. post prin. vbi satis de
hoc[Contractibus]alijs. nam & matrimonium contractus est, vt supra de condi. appo. super eo. Host. [Prærogatiua] not. hic Host. quædam † specialia in matrimo-
4 nijs, quæ videas supra vt li. non cont. cap. 1. super gl. 5.
[Fauorabilis] per hoc loqui videtur solum, cum agitur
de matrimonio cōiungendo, vel respicit vtrunque, quia
5 fauorabile est consanguineos disiungi. Vincen. ¶ † 1. 2.
4. pe. gl. tr[illegible] vacillando, an ad probandum contra
6 eum parentes admittantur. ¶ In † gl. 2. ibi, de tutela]
auunculus, qui tutor est, non præsumitur ignorare minoris ætatem tam ex officio tutelæ, quam ex proximitate sanguinis[& ibi, si filiū] vide de acc. nulli, super 1.
gl.[& ibi, etiam] vide de proba. per tuas, super gloss. 2.
[& ibi, si maritus]maritus in accusatione adulterij præfertur patri mulieris, & tunc patri non currunt tempora. ¶ In gl. 30. ibi. l. 2.] quæ sic dicit, Nuptiæ consistere
non possunt, nisi omnes consentiant, & qui coeunt, & in
quorum potestate sunt. ¶ In gl. vlt. ibi, in ambiguis]infra sequitur, pro dotibus respondere melius est. ¶ In
7 † gl. 1. in fi.] imò dum dicitur infra, & quorum est interesse, ita &c. ¶ In gl. ibi, canonibus]sumitur enim lex pro
canone, pro cōsuetudine, pro regula, pro ratione, vt no.
1. quæst. 1. ventum, ad fi. [& in fi. & l. 1. §. fi. ¶ In glos. ex
hoc in fi.] de hoc 3. q. 5. in fi. summæ & 14. q. 2. in fum.
dicebat Host. aut sponsus filiæ nobilior, & ditior est ipsa filia, & tunc siue quæratur de contractu, siue de consanguinitate. suspectū est testimonium matris, nam &
in gradibus computandis deierare posset ponendo primum gradum pro secundo, vt sponsus cum filia remaneret, supra de testi. series. si est inferior, tunc in vtroq;
casu admittitur. si est par, arbitrarium, vt tamen iudex
attendat, vtrum mater & filia affectent multum matrimonium, & tunc repellat: vel eis displiceat, & tunc veritatem dicere cogat, vel indifferenter se habeant, &
tunc attenta & considerata qualitate personarum, &
dictorum, & vultus mutatione, ac mentis trepidatione
admittat, vel repellat, vt patet in his, quæ no. de despō.
impu. attestationes, & de testi. in nostra. Item & de calumnia caueant, infra eo. significāte. sed caueat, quod semper in dubio stet pro matrimonio, vt innuit mens verborum sequentium.

SVMMARIVM.

1 *Inuita desponsata contra matrimonium quando audiatur. numer. 2. & 4.*
Reclamatio contra idem quando & vbi faciendum, & nu. 2. & 4.
Episcopus hic suo officiali, & alijs æquiparatur.
Iudex ordinarius si deficiat ad extraordinarios, & quos recurrendum.
3 *Pubertas per numerum annorum probatur.*
Pupillo non currit præscriptio, & si currat, restituitur, excipitur in causa nuptiarum, vt hic.
Lex & si dura videatur, seruanda, & ratio, in fi.
4 *Matrimonium ex quibus præsumatur, seu ratificetur.*
5 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 5. & 6.*
Pro facto accipitur aliquando, quod esse potest, iuncta gl.

CAPVT IIII.

1 Insuper. C. Inuita † desponsata prius ea sponte cognita contra matrimonium non
auditur. & in prima ponitur consultatio, in secunda ibi, hoc itaque, responsio[Contraxit] &
eam traduxit, vt patet per sequentia[Cognita]sine coactione. alias secus Innoc. quod dic, vt not. supra de spō.
cum locum, & cap. seq. & de despon. imp. continebatur
Hostien. [Proclamauit] post fi. 12. anni satis, cum iam
2 fuisset pluries cognita, vt prædixit[Sentimus]ergo † &
nos ita sentire oportet supra de re. iud. in causis, infra
de hære. ad abolendam, fatuum est ergo contra hanc
decret. glossare, quod tamen quidam præsumpserunt,
vt inf. dicam. Host. Matrimonium] pro eo, quòd metus
in sponsalibus interuenit. Si enim aliud impedimentū proponeret, audiretur [Attingēs] scilicet quò ad sui
complementum, tunc enim reclamandum est per tres
dies ante, vel post. de hoc supra de despon. impu. attestationes secūdum Hostien. [Reclamauit]scilicet corā
episcopo

episcopo, supra de despon. impu. duo, & cap. de illis, &
cap. continebatur, vel coram eius officiali, supra de fri-
gi. capit. 1. & si non potest habere illorum copiam, re-
currat ad presbyterum, & tandem ad vicinos bonæ fa
mæ, argum. in his, quæ no. de fri. laudabilem, vt tamen
quam cito poterit, coram episcopo veniat, & ei pu-
blicet, argum. supra de appell. si iustus, infra de senten.
excom. de cætero, in fi. secundum Hostien. [Anno] com
3 pleto, & dicit † Hostien. hunc text. expresse contra illos
esse, qui dicunt, quod per numerũ annorũ non proba-
tur pubertas, de hoc supra de despon. impub. cap. 2. &
3. sed contra hunc text. opponitur. certum est, quod nõ
currit præscriptio ei, qui negligens non est, & cui nil po
test imputari. Pupillus autem habet iustam causam
ignorandi ætatem suam, ignorat enim quid videat.
C. de fal. mo. l. 1. ad fin. ff. de arbit. diem proferre. §. co-
ram, nec debet sapientum iura tractare, C. de testamen-
to mi. l. fi. sed nec illi currit temporalis præscriptio, imò
ipso iure reseruatur illæsus: & in illis, quæ sibi currunt,
restituitur, C. in qui. cau. in integ. resti. non est necessa.
sancimus, sed & semper debet esse iusta ignorantia ex-
cusata, infra de cler. exc. mi. apostolicæ, & infra cap. fi.
nec tenetur scire iura. ff. de probat. cum de indebito.
§. 1. & infra cap. 1. Quare ergo non auditur puella, licet
circa 12. an. non reclamauit? Respon. speciale est in
hoc casu matrimoniali propter vitanda pericula ani-
marum, ar. supra vt li. non conte. c. fi. §. 1. & in fauorem
matrimonij, supra eo. videtur. §. fi. sicut & illud, quod
tales facti puberes habent personam standi in iudicio
etiam per procuratorem, de restit. spol. ex parte. quod
dic, vt de iudi. cap. fi. lib. 6. nec currit præscriptio pupil
lis nisi demum factis puberibus, vel circa, vt hic patet,
& supra de despon. impub. de illis. 1. & 2. quando iam
sunt plusquam doli capaces, quibus etiam delictum im
putatur, infra de delict. pue. cap. 1. & sic non ob. l. supe-
rius inductæ, quæ loquuntur in pupillis, maximè non
doli capacibus. possunt etiam tales certificari de an-
nis audiendo a parentibus, qui consueuerunt sæpè hoc
referre, Tali die complebit filius tot annos. 22. quæst.
5. hoc videtur. tamen considerata veritate hoc est spe-
ciale, quòd talibus potius parentum, quam sua taci-
turnitas imputatur. Parentes enim melius scire possunt
metam annorum suorum, quam ipsi, prouideant ergo
eis, si vident ipsos dissentire, sicut sæpe faciunt ducen-
do eos coram episcopo dicendo, Domine talis filia
mea, vel consanguinea venit coram vobis, & reclamat
contra sponsalia, quæ contraxerat cum tali, nec possum
eam inducere, quod velit in ipsum matrimonialiter
consentire, finaliter si dicas, quod hæc iura iniusta, &
quam dura sit, Respondere possum, tamen reipublicę
expedientia, vel ad minus sic scripta. vnde & sic opor-
tet illa seruari. ff. qui & a quibus ma. prospexit. 6. quæst.
4 3. scriptum, Hostien. [Accedente] supra non † reclama-
uit, quod potuit, vt præcedit sed ipsum tradictia com-
pleuit t. ibus diebus post completionem elapsis, quare
contradicere non potuit: imo fuit præsumptum matri-
monium, etiam si cognita non fuisset, quod dic, vt su-
pra de despon. impub. de illis, infra vide quod dixi eo.
tit. capit. vlt. super versicul. nubilis, multo minus potest
contradicere, ex quo semel etiam copulę consensit. Præ
sumitur autem consensisse, ex quo circa carnis copulã
violentiam allegatur, quod dic vt supra de spon. is, qui
fidem, secus ergo, si fuisset iuncta cognita, vt ibi not. &
probat 16. quæstio. 3. prima, in fin. & 1. quæstio. 1. con-
stat, Hostiens. [Ratihabitione] præsumpta ex duobus
scilicet ex lapsu temporis, & carnis copula, sic supra de
spon. ad id quod de regula. cum virum. licet vnum per
5 se sufficeret, vt supra not. Hostiens. ¶ † Vltim. gloss. ar-
guit, quod ratihabitio &c. ¶ In gloss. pen. ibi, minorẽ]
6 vide de spon. ad id quod, super gloss. 2. ¶ In † fi. 1. glo.]

ad idem de con. dist. 3. peruenit. & iuxta vulgarem mo
dum loquendi, quem habent boni seruientes, qui domi
nis aliquid præcipientibus, respondent, factum est. fi.
ff. de reg. iur. qui actionem habet. tamen hoc probatum
non releuaret. & ideò nec probandũ est, supra de offic.
deleg. cum contingat, Host. ¶ In gloss. vlt. in fi.] de hoc
tractauit hic Goff. quod vide plenius de reg. iur. ratiha-
bitionem, lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Accusans propter quæstum, præsertim matrimonium repelli*
tur, & peccat num. 1. & ex officio num. 4. & qua alia de
causa repellatur, num. 4.
2 *Lucro præferre debemus maritalem concordiam.*
Calumnia, & corruptio vt probetur, & nu. 3. & quando ca-
lumnia præsumatur, nu. 3.
3 *Dolosus, vel calumniosus nemo præsumitur, & qui potissi-*
mum.
4 *Denunciatio debet esse sine crimine.*
Matrimonium non accusatur nisi ab vxore, a cæteris denun-
tiatur.
Animæ periculum vbi vertitur officium suum debet iudex in-
terponere etiam non petente, & inuita parte, vt in fi.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 9.*
Doli sui quis præmium ferre non permittendus.
7 *Suppletio glossarum.*
Nocumentum quærius vbi est, & vtilitas tua est, non repel-
leris, secus si tibi nihil conducat, & supra nu. 6.
Quæstus turpis quando præsumatur accusatoris. §. 1.
In matrimonij contractu an gratia conferatur, remissiue, ver.
moderni.

CAP. V.

1 Significante. C. Repellitur † accusans ma-
trimonium propter quæstũ,
& in prima parte ponitur fa-
cti narratio. in secunda causę commissio. 2. ibi, Cum igi
tur, dicebat Host. ad extorquendam pecuniam, vt pa-
tet ex facto, calumniosa accusatio, calumniæ probatio,
seu euidens præsumptio, calumniatoris repulsio [Ipsius]
mulieris, videns forte maritum multum accensum in
ipsius amore, secundum Hostien. [Extorqueret] licet
2 in hoc mater † grauiter peccet, si tamen filia esset con-
sentiens, magis diceretur peccare: quia temporali lu-
cro præferre debuit maritalem concordiam, C. de in-
stit. & substit. reprehendenda. C. de condi. inser. leg. 2.
ff. de inoffic. testam. l. filia, supra de iureiur. Quintaual
lis [Opera] quia forte publicatis testibus apparet nil
probatum, vel falsi testes, quos inducebat, reuelauerũt
hanc iniquitatem ante testimonium. postea enim nõ
crederetur eis, supra de testi. sicut [Pecuniam] quod for
3 te fecit tractare per † aliquem mediatorem, quod for-
te potest probari ad hoc. ff. de proxene. l. 2. & 3. vnde &
sequitur, si est ita. Hostien. [Si est ista] scilicet quod
calumniosè mouerit hanc accusationem, sed quomo-
do constabit de hoc, cum nemo præsumatur do-
losus, vel calumniosus, ff. de probat. quoti. §. qui do-
lo. supra de præsumpt. cap. fin. & mater minus, quam
extraneus, vnde & est cæteris præferenda, & sic est
contra. supra eod. videtur. Sol. dic, quòd probabitur
per testes, cum quibus tractatum habuit, & quos cor-
rumpere conabatur, vel per mediatores, per quos
pecuniam postulabat, vt dictum est supra, vel quia
publicatis attestationibus, per quas nihil probaue-
rat, vult alios producere testes, sed non audietur, quia
a præsumitur calumnia [a] contra ipsam, arg. supra de do-
lo, finem, infra de pœnis, calumniam. Host. [Ab accu-
4 satione] forte † generale est, vt nullus admittatur ad ac-
cusatio-

tiones , per quas nihil approbauerat, vult alios pro-
ducere testes : sed non audietur : quia præsumitur ca-
a lumnia [a] contra ipsam, argum. supra de dolo, finem,
infra de pœnis. calumnia. Hostiens.[Ab accusatione]
forte generale est, vt nullus admittatur ad accusatio-
nem, si constat, quòd mala intentione ducitur, vel for-
te locum habet tantum in denunciatione, vbi denun-
tiatio debet esse sine crimine.7.quæst.1. in grauibus.
Matrimonium enim propriè non accusatur nisi ab vxo
re, nam cum sit publicum crimen, non admittuntur, ni-
si quorum interest. sed denunciari dicitur crimen, in
quo manent, argum. infra cap. proxi. supra de despon.
impub. ad dissoluendum, Innoc.[Repellentes] etiam
ex vestro officio in hcc casu, vbi imminet periculum
animæ, ex quo constat de calumnia, quamuis etiam nil
obijceret aduersarius, de excep. exceptionem, vel ex-
presse consentiret. ff. de postu. quos prætor, supra de ele
5 ctio. cum nobis, Host. ¶ † Gloss. 1. ponit duos casus, qui
bus &c. ¶ Gloss. 2. alleg. 1. concor. dat simile, arguit, &
6 tenet contrarium. ¶ In † gloss. 1. ibi in fundo] vide de
simo. nobis. super gloss. 3. [& ibi, ita demum] in pœnali
stipulatione compromissi tacitè intelligitur, ne quis do
li sui præmium ferat[& ibi, aut licet] ibi vxor nocet na-
turalibus, qui succederent in duabus vncijs, & sibi non
7 prodest; quia excluditur ab agnatis. ¶ In † gloss. 1. ibi,
licet] ad idem infra de concess. præben. c. pe. lib. 6. sed
ibi, sibi prodest: quia citius consequitur præbendam, li-
cet non illam, in qua nocet[& ibi pœnitentia] solemnis
[& ibi, sequentis] quia non iteratur. 50. dist. quamuis.
¶ In gl. 2. ibi, prohibentur] ibi dicitur præsumi turpem
quæstum accusatoris, qui duo iudicia habet cõtra duos
reos, & ibi de hoc[& in fi.] moderni theologi hoc abhor
rent. de hoc 1. q. 1. quicquid inuisibilis, & 32. q. 2. ho-
norantur. & de hoc dixi de sacra vn. c. vno, circa princ.
versi. de secunda, & vide quod dixi de simon. cum in ec
clesiæ.

ADDITIO.

a ¶ Calumniam. An quis eo solo præsumatur calumniari, quòd nõ
probauit, sentit iste, quod sic etiam in matrimoniali causa. vide
Bar. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infa. & in l. 1.
ff. ad turpil.

SVMMARIVM.

*1 A matrimonij accusatione, qui non repellatur post denuncia-
tionem nu. 4. 5. 6. 8. 10. 11. 12. 13. 14. 15. & 16. facilius
impeditur, quàm soluatur, nu. 2.*
Diuisio decretalis, & eius partes vbi.
2 Bannum quibus modis accipiatur, & quo hic.
*De Edictis varijs vbi tractetur, & generalia quando habeãt
locum.*
Actio generalis quo casu admittenda, in fi.
4 Ignorare qui credantur, nu. 5. 6. 11.
*Post termini lapsum qui admittantur ad accusationem, nu. 5.
6. 10. 11. 13.*
5 In annis teneris quis dicatur constitutus.
*6 Specialibus præmissis clausula generalis subsequens omnia cõ-
prehendit.*
*7 Legitima causa quæ sit ad arbitrium iudicis pertinet, nisi spe-
cificetur.*
Arbitrio iudicis committitur quod non specificatur.
8 Suspicio in teste, & accusatore quæ repellat.
Accusator impropriè dicitur in matrimonialibus causis.
9 Epilogus, & suffragium, & additio glossarum, nu. 10. 11.
12 Ad synodalia statuta astringuntur omnes de diœcesi.
14 Tempus si nullum sit præfixum, quando veniendum.
Benedictio matrimonialis quando & vbi fiat.
*15 Decretum cum causa cognitione interpositum seruandũ: alias
non est decretum.*
Communio quid dicatur.
*16 Sententia an opus sit hic, vt nullus post termini lapsum audia
tur.*

CAPVT VI.

1 **Cum in tua.** C. Repellitur † ab accusatio-
ne matrimonij, qui denun-
ciationis tempore tacuit, ni-
si denunciationem probabiliter ignorauerit, vel iuret
de nouo didicisse, quæ nunc malitiosè nõ obijcit. & pri
mò ponitur quæstio. 2. ibi, super quo, distinguens solu-
tio. & secundum membrum ibi, alioquin, quod primò
soluit, causam interserens. Secundo excipit ibi, nisi. ex-
ceptionem amplificat ibi, quia, & causam reddit ibi,
Quoniam. & vt dicit gloss. pars huius, de spons. cum in
tua, & alias duas ibi addam [Post contractum] nõ ideò
2 dicit, quia ante contractum † facilius auditur. facilius
enim impeditur, quam soluatur, supra de spons. cum in
tua, & capit. præterea [Banna] i. denunciationes. alibi
ponitur pro mandato sub pœna pecuniaria facto. 16.
quæstio. 1. statuimus. Gostr. Erant autem banna, quòd
scientes impedimentum intra certum tempus defer-
3 rent, de clande. despon. cap. si. de varijs † edictis vide
quod dixi de except. dilecti, in gloss. ergo erat. dicebat
autem hic Innocent. quòd locum habent generaliter
edicta, vbicunque plures admittũtur ad agendum, vel
contrahendum, vel aliquod simile, vt in restitutione,
in matrimonio, in adoptione, & in natalibus, supra qui
fi. sint leg. lator. ff. de adopt. nam ita. C. si. vt se ab hære-
dit. ab. auct. ibi posita. Et est ratio, quare in talibus pro
ponitur sic generale, quia nescitur, quæ certa persona
debeat citari, sicut dicitur de electione actionũ. ff. quo-
4 rum leg. l. 1. §. 2. [Feriore] adeò quod † furiosus erat,
vel quasi, scilicet factus erat phreneticus, supra de reg.
sicut tenor, & capit. sicut nobis, supra de succes. ab inte-
stat. cap. fin. Hostiens. [Exilium] potest esse exemplum
verbi præcedentis, vt sic hoc acciderit ex infirmitate,
vel est exemplum per se, & sic intelligitur de furioso ha
bente dilucida interualla, qui denunciationis tempore
inciderat in furorem. Cod. de cur. fu. l. penult. 3. quæst.
9. indicas. 7. quæstio. 1. quamuis triste, Hostiens. [Tene-
5 ris] puta † minor 14. secundum quosdam: vel forte suf-
ficit, quòd sit doli capax, infra de delict. pue. capitu. 1.
quia cuilibet, qui peccare potest, dictum est illud, Si pec
cauerit & cap. 2. quæstio. 1. si peccauerit. 24. quæstio. 3.
tam sacerdos. aliàs regulariter non admittitur minor
agens, institu. de curato. §. item inuiti, secundum Inno.
6 [Alia † causa] quæcunque sit illa. præmissis enim clausu
lis specialibus, hæc generalis omnia comprehendit. sic
supra de rescript. sedes, de commo. cap. vno. ff. de neg.
gest. negocium. ff. si quis cau. sed & si quis. §. quæsitum.
Hostiens. puta excommunicatus erat illo tempore, &
sic non fuisset admissus ad accusationem, Petr. & Abb.
7 [Legitima] ad arbitrium † iudicis, ex quo non specifica
tur aliter. sup. de offic. dele. de causis. nec enim possunt
omnia specificari. ff. de legi. non possunt. ff. de præs. ver-
bis. l. 4. Hostiens. [Tunc] scilicet quando præstant iura-
mentum tale, nec aliàs sunt suspecti: aliàs cõtra. sup. de
spon. cum in tua [Illos] à quib. audiuit [Culpabilis] not.
8 † quòd quamuis in causis matrimonialibus testis suspe
ctus repellatur, & si culpabilis non sit, supra de testi. li-
cet. non tamen accusator, imò necesse est ad hoc, vt re-
pellatur, quòd suspicio ex culpa propria oriatur, vt hic,
& supra eo. significante, secundum Iacobum. Nam in
causis matrimonialibus impropriè dicitur accusator,
9 supra de procu. tue. Hostiens. ¶ † Gloss. 4. obijcit, & sol-
uit, ¶ Antepen. gloss. alleg. tres concor. quærit, arguit
pro, & soluit contrarium, finis respondet per quæstio.
¶ Penult. gloss. inducit duas concor. & elicit vnum no.

¶ VI.

¶ Vlt. gloss. ponit diuersitatem, quærit de ratione ip-
sius, & soluit. iterum quærit, arguit prò, & contra, ponit
20 opin. Io. ¶ † In gloss. antepe. ibi, diffamari] vide in ca.
licet, super 1. gloss. ¶ In gloss. vlt. ibi, vitia] vide de re
stit. spol. sæpe, super gloss. pe. [& ibi, cùm quidam, in fi.]
ff. fundus est per fideicommissum restituendus libertis,
quos volet hæres, si antequam prætereat iustum tem-
pus, quo poterat hæres eligere, mortui sunt alij liberti,
d. betur superstiti [& ibi, si filius. 2.] vide de testib. cum
venisset, super gloss. 3. [& ibi, promisso] vide de ætat. &
qua. præterea, super vlt. gloss. [& ibi, ab eo] vide de re-
nunc. post translationem, super glo. statim [& ibi, quod
dicimus] vide de elect. quia propter, super gloss. 1. incó
tinenti [& ibi. §. vlt.] incipit, sed quod simpliciter, vide
de loca, potuit, super 7. glo. ¶ In gloss. 1. in fi.] & de te-
21 sti. cum in tua, & de deci. cum in tua. ¶ In † gloss. 1. in
fi.] dixit Hostiē. quòd hæc gloss. cadit competentius su-
per ver. ex: stebat. vnde exponit, vel alias etiam in præ-
sentia non potuit; vt quia surdus erat, nec intelligebat
quid ageretur, supra de spon. cum apud: quia nullo mo-
do audiebat. C. qui test. fa. poss. discretis. ¶ In gloss. sed
quomodo, ibi, impedimentum] vel sciebat consangui-
nitatem, sed non comprehendebat, quòd illa impedi-
ret matrimonium. ¶ In gloss. & ideò in fi.] & per hæc in
22 ra † arguit Host. qp omnes illi, qui sunt de diœc. astrin-
gantur ad statuta synodalia. ¶ In gloss. & ita, ibi, licet]
& de test. præsentium, lib. 6. [& ibi, tua] & ibi, hoc tenet
Ber. & Host. præcise, quando fit denunciatio ad pecca-
tum corrigendum [& ibi, dicas,] secundum Ioā. & Vin.
& ibi, dixi forte] hoc dixit, quia Io. & Vincē. non posue-
runt illud, forte [& ibi, non prodest] idem Phil. [& ibi;
23 præiudicat eis] quin † ipsi, vel alter ipsorum possint im
pedimentum deferre, & matrimonium accusare [& in
fin.] quid de illo, qui tacuit, quia alius contradicebat,
quem postea docet fuisse præuaricatum, non nocet.
ff. de præua. l. 3. Hostien. alias verò, si illum non doceret
præuaricatum, non audiretur, secundum Innoc. etiam
illud ignorasset. scilicet alium accusasse, de hoc infra
de accus. de his. ¶ In gloss. pe. ibi, eliditur] tu dic, quòd
iuramentum non elidit hanc præsumptionem, quia
non præstatur hoc super eo, de quo erat præsumptio, sci-
licet super ignorantia edicti publicè propositi, sed su-
per ignorantia impedimenti. ¶ In gloss. vlt. ibi termi-
24 nó] quid si nullum † tempus fuisset præfixum, veniat
tunc infra modicum tempus. tamen cum quodam tem
peramento est hoc intelligendum per iura, quæ infra
ad hoc alleg. gloss. secundum Innoc. & Hostien. & vide
quod dixi de appell. cum parati, in glos. forte certum]
& ibi, Io. dixit] & Vinc. & ibi, integra] ad hoc infra de
præben. si tibi. Goff. dicebat eum admittendum vsque
ad diem solemnis benedictionis, quæ habet consuma-
tionem præuenire matrimonij, 30. quæst. 5. cap. 1. & 2.
& cap. sponsus, quod reprehendit Hostien. dicens cum
gloss. & forte Gof. habuit eundem intellectum secundū
illorum locorum consuet. vbi in benedictione, vel post
matrimonium contrahitur [& ibi, admitti] etiam si in
bannio fuerit dictum, quòd post terminum non audire-
tur. argum. op. ff. de opti. le. mancipiorum, & l. si optio.
a §. fin. secundum Innocen. [a] secundum quem, vbi decre
25 tum † cum causæ cognitione interponitur, est omnino
seruandum. C. commi. epi. l. ea, quæ, elapso etiam tem-
pore a lege constituto, non liceret aliquid proponere.
C. de adult. ob commissa, etiam si lex sit municipalis.
ff. de decre. ab or. fac. l. fi. vbi verò decretum interponi-
tur sine causæ cognitione, potius censetur comminatio,
quàm diffinitio. C. comm. epi. l. interlocutio. & idem
Hostien. & vide quod dixi de restit. in integ. capit. 2.
super gloss. non videtur, & super vlt. gloss. & quod dixi
de procur. in nostra, super gloss. vlt. ver. ad hoc dicen-
26 dum, & cum ver. sequen. [& in fi.] ad hoc supra † qui fil.

sint leg. lator. C. de remiss. pi. si eod. C. si vt se ab hæredi-
ta. ab. auct. ibi, posita. Dicunt tamen quidam senten-
tiam hanc scilicet, quòd nullus de cætero contra illud
matrimonium audiatur, necessariam esse ad hoc, vt nō
audiatur. C. de ingenuis ma. diffamari: sed ad hoc pro-
desset sententia: quia & si matrimonium non sequitur,
post sententiam non audiretur: secus, si non esset lata
sententia, vt dictum est, secundum Innoc.

ADDITIO.

a ¶ Innoc. Vide gl. in c. si tibi absenti, de præben. lib. 6. & ad mate-
riam faciunt iura de purgatione moræ loquentia, de quo in ca.
mora, de reg. iu. lib. 6. & vide gl. post tempus, in c. quia diuersi-
tatem, de conc. præb. & plene Bart. in l. si insulam. ff. de verbor.
obligat.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio, seu dispositio tituli.*
Diuortia dupliciter fiunt.
2 *De eis vbi tractetur alibi, quàm in hoc titulo.*

De diuortijs. Rubr.

1 Viso † qualiter matrimonia coniungantur, & accu-
sentur, videamus, qualiter dissoluantur, & sic de di-
uor. quæ fiunt quandoque quò ad vinculum, quando-
que quò ad mutuam seruitutem tantum, vt infra pate-
2 bit. habetur † materia 28. quæst. 1. & quæst. 7. per totū.
33. quæst. 2. 35. quæst. 6. ab isto, & duobus capitulis seq.
& quæst. 9. per totum, congruit Rubricæ, de transla. c.
2. & vlt. de testi. Albericus, de iureiuran. Quintauallis,
& capitul. sequen. de regula. veniens, de excess. prælat.
quam sit.

SVMMARIVM.

1 *Consiliata pro machinata.*
Homicidij non tenetur defendendo commissi.
Glossa olim facta de contextu posita.
2 *Decretali huic quando locus.*
Viri famæ, & multo fortius vitæ parare tenetur vxor.
3 *Cum vxore insidiatrice vitæ an & quando teneatur vir co-*
habitare.
Machinata in virum in quam incidat pœnam, ad dicto. con-
iugij.
4 *Machinatio sola sine adulterio an dirimat matrimonium po-*
stea cum interfectore contractum.
5 *Epilogus, & additio glossarum, nu. 6.*
Matrimonium quæ crimina dirimant, remiss.

CAPVT I.

1 Si qua mulier. Breue est [Consiliata] & † sic machinata, supra de eo qui du. in ma. significa-
sti. Host. [Illorum] qui de consilio vxoris ipsum vole-
bant occidere [Defendēdo] ideò non tenetur, de hom.
c. 2. [Post mortem vxoris] hæc olim erat gl. Alani. alias
dici oportebat decre. correctam, & loqui secundum le-
ges, quæ etiam non tenent. C. de repu. cōsensu, in auct.
de nupt. §. occasionem, & in auct. vt li. ma. & aui. §. quia
2 verò. Vincen. dicebat † decret. loqui, cum mulier pro-
pter adulterium insidiabatur viro: quę enim famæ viri
parcere tenebatur, multo fortius ipsius vitæ. ff. de adul-
ter. si adulterium. §. si liberto. & hoc dicebat, propter
an. quæ dicebat, quòd hoc casu vir poterat dimittere
vxorem

vxorem [Insidiatrix] vitæ mariti: alias mediatrix, nun-
3 quid † cogetur vir habitare cum vxore, quæ sic insi-
diatur, nec refrenari potest: non puto, ex quo nulla po-
test cautione mederi, imò potest ejci, & restitutionem
petenti obstabit hæc exceptio, supra de restit. spol. lit-
teras. §. si. attamen, quamdiu viuet, contrahere non po-
terit, infra capit. proxim. [Pœnitentiæ] sic supra de eo
qui. co. con. transmissæ, Host. [Coniugi] scilicet istius, in
quo modo est, si maritus contra eam velit excipere, &
post mortem sine spe cuiusque alterius. & dicit Hostiē.
4 hoc esse contra opin. Gof. quòd sola † machinatio sine
adulterio, non dirimat matrimonium postea cum in-
terfectore contractum. hoc no. de eo qui du. ca. fi. nam
si sola machinatio tollit beneficium huius coniugij, &
cuiuslibet alterius, vt hic contra decret. vltimam. de
spon. fortius debet dirimere matrimonium tam inique
contractum [Subiecta] post mortem mariti. Pe. & Abb.
5 ¶ † Glo. 2. arguit, alleg. 4. iura signat vnum contrariũ,
6 & ibi remit. finis soluit quęstionem. ¶ In † gloss. 2. in fi.]
idem Hostien. qui circa crimina, quæ dirimunt, remit-
tit ad ea, quæ no. in sum. de matrimonijs. §. qualiter im
pediatur, ver. sunt & alia quædã, & seq. & de spon. §. fin.
veri. item decimò.

S V M M A R I V M.

1 *Coniuges propter alterius crimen non separantur, excipitur casus.*
Ob fornicationem spiritualem an separetur matrimonium etiã quò ad solutionem debiti, & nu. 2.
2 *Sanctorum & Apostolicorum interpretationi standum.*
Factum pro conatu ponitur. ad verb. traxerit.
3 *Additio glossarum.*

C A P V T II.

1 Quæsiuit. C. Coniuges † propter alterius cri-
men non separantur, nisi spiri-
tualiter fornicentur; & tunc du-
rat coniugium eis etiam separatis. & sunt tria dicta. se-
cundum ibi, Verum, tertium ibi, in viris [Crimine]
quodcunque sit illud. de vitio sodomitico dicam, in-
fra de adult. maritis [Viri] idest a viro commisso. mul-
to minus propter proprium, supra capit. proxim. [Ni-
si] non excipit a dictis, sed dicendis. Innocen. imò a
dictis, inquantum dixerat, vel alio crimine [Fidei
suæ] sunt qui dicunt, quòd pro spirituali fornicatio-
ne non separatur matrimonium nisi quò ad mutuam
seruitutem. vnde tali sententia non obstante quo ad
solutionem debiti omnino remanent obligati, & præ-
cipue mouentur ex eo, quod solam causam fornicatio-
nis excepit. & constat, quod loquebatur tantum de
carnali. Hostiens. dicit hanc opinio. erroneam, nam
dominus non expressit specialiter carnalem, sed po-
tius indistinctè locutus est, vt patet Matth. 19. ergo
indistinctè debet intelligi. ad hoc supra de priuileg.
2 quia circa: & sancti † & apostolici interpretati sunt, hoc
idem intelligendum de spirituali, vt 28. quæst. 1. vxor,
& capit. seq. ad hoc infra eod. de illa, de conuer. con-
iug. capit. fin. & eorum interpretationi stari oportet,
vt patet qui fil. sint legit. per venerabilem. §. rationi-
bus, de celeb. miss. cum Marthæ. §. 1. de conuer. coniu.
ex publico, & cap. ex parte. & in fidei fauorem expedit
sic sentire: alias timeri posset, quòd infidelis conten-
tus de debiti solutione non curaret ad fidem reuerti, &
si debito se videret fraudatum, facilius reuertetur, vt
colligi potest infra eod. gaudemus, secundum Host.
[Infidelitatis] idem, si ad aliud peccatum, inf. eo. quan
to. quod dic vt ibi. Innocen. [Maleficium] idest ad cor-
ruptionem fidei, idest idolatriam. T. [Traxerit] i. con-
trahere. Innoc. (Alij) primo viuente, supra cap. proxim.
(In viris) supra de spon. ex parte (Sententiæ) ponendo,
3 scilicet casum èconuerso. ¶ In † gl. 1. ibi, supra c. proxi.
quod dic vt ibi dixi. ¶ In gl. vlt. in fi.) & infra eo. gaude
mus, versic. si ergo.

S V M M A R I V M.

1 *Vxorem vir non potest dimittere sine iudicio ecclesiæ etiam propter notorium impedimentum, an propter fornicationẽ, num. 3.*
De matrimonij impedimento etiam sola fama deferente potest episcopus inquirere, & confessiones coniunctorum, & quorum nu. 5.
2 *Episcopus, ergo discretus, & ratio, Ad eius officium quæ pertineant circa matrimonium nu. 6. & 12.*
Talis quis præsumitur esse, qualis esse debet in eo officio, cui præponitur, nisi euidenter appareat contrarium.
3 *Suspicio violenta comparatur facto.*
Fornicariam vxorem qui admittit scienter absque reconciliatione, puniendus est.
Debitum coniugale quibus casibus hic liceat viro denegare vxori, etiam excommunicato.
4 *Vxor superinducta non excommunicanda, nisi discedat à viro, nisi sit quieta, vel vocata, vt intersit.*
Impedientem quemlibet executionem iudicis potest excommunicare iudex.
Inter publicum, & manifestum differentia.
Consanguinitas, vel parentela quorum dicatur notoria.
7 *Grauitas quomodo adhibeatur si eam adhiberi mandetur.*
8 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 9.*
10 *Additio glossarum, & nu. seq.*
Ordo iuris an, & in quibus seruandus in notorijs.
11 *Diuortij sententia an & quo casu sit pœna.*
Spoliatus in causa matrimoniali quando sit restituendus.

C A P V T III.

1 Porrò. Casus, Vir non † potest dimittere vxo-
rem sine iudicio ecclesiæ etiam propter
notorium impedimentum coniugij, e-
tiam nemine opponente episcopus potest inquirere. 2.
ibi, Pręterea (Eam) scilicet vxorem (Cognatam) idest
consanguineam. Hostien. vel propriè: quia forte fuerat
vxor fratris ipsius vxoris defunctæ, vel forte, & ipsa, &
vxor comitis defuncta, fuerãt prius vxores duorum fra
trum, & sic allegabat secundum, vel tertium genus affi-
nitatis, quod bene habebat prohibitionem secundum
hæc tempora, supra de consang. non debet (Proponit)
sed non probauit, nec ad iudicium ecclesiæ super hoc
recursum habuit, vt sequitur: aliàs iusta est causa peten-
2 di diuortium. Hostiens. (Prudentia) ex quo † episco-
pus, ergo discretus, quia talis debet esse, de consangu.
capitu. primo, in fin. nisi propter euidens factum appa-
reat contrarium, supra de tempo. ord. vel non est. Ho-
stiens. (Notoria) per publicam famam, aliàs vix posset
esse notorium. Innocent. Hostiens. contra per id, quod
sequitur in fin. (Absque iudicio) duas huius iuris causas
3 ponit gloss. dixit Hostiens. quòd † communis est opi-
nio, quòd etiam propter fornicationem non licet viro
relinquere vxorem, nisi sententia prius lata. Ipse ta-
men dicit, quòd quò ad debitum reddendum iam est
sententia lata à iudice Iudicum, qui ob causam forni-
cationis ipsam iubet relinqui, vbicunque est fornica-
tio, vel fornicationis suspicio, scilicet violenta secun-
dum Io. 32. quæstio. 1. dixit. aliàs, si non reconciliatam
scienter cognosceret, puniendus est. ea. quæstio. si quis
vxorem. & c. seq. quò tamen ad aliam mutuam seruitu-
tẽ potest hoc facere, non tamen est necesse. vnde secun-
dum

dum Aug. dominus hoc permisit, non iussit. quæst. 7. ca.
1. & capit. 2. & capit. alias, & cap. sequen. de eo, qui cog.
discretionem, versic. nam & si. & ideo propter hoc non
est recurrendum ad alium iudicem. primo quia semel
concessum est. ff. de condi. insti. quæ sub cond. §. fin. 28.
distinct. de his. secundò si contra pronunciaret, non va
leret sententia, vt in præ. capit. de his, & 31. distinct. in-
ferior. quantum ad lucrandum dotem dominus nec iu-
bet, nec permittit: quia nec de hoc loquitur, & ideò
est ad iudicem recurrendum, de hoc infra titu. 1. ple-
runque. vbi tamen quò ad debitum, & mutuam serui
tutem, etiam ob causam fornicationis sine auctorita-
te ecclesiæ vxor relinquitur, semper ecclesia ipsam au-
diet, donec sibi fuerit de adulterio facta fides, infra ca-
pit. sequen. quia non iudicat de occultis, infra de simo-
nia, in fin. vir autem aut eam reconciliabit, aut, ex quo
de fornicatione certus est, in pace sustinebit excommu-
nicationis sententiam, infra de senten. excommun. in-
quisitioni, de adulte. si vir. dicit tamen se de hoc spacio-
sius tractasse in sum. de adult. §. quæ pœna, versicul. sed
nūquid hoc fieri, & se. [Separari] debitum verò denega
re debebit, si conscientiam habebat de parentela, li-
cet pro quacunque notoria consanguinitate non debe-
ret vxorem dimittere. iudex tamen, ex quo notorium
est, ipsam non restituet quò ad thorum, infra capitu.
proxi. supra de restit. spol. litteras. Innocen. [Superin-
4 ductam] conuicta: † vel saltem citatam ad causam, vt
intersit. si. 7. quæstio. 1. præsentium, & capit. eum, qui.
3. quæst. 6. hoc quippe. 3. quæstio. 1. in primis. Vincen.
[Astringas] idem in quolibet alio impediente, supra
de offic. delega. cap. 1. Hostien. [Cognatam] expone,
vt supra [Seu publica] dixit Vincen. quid publicum per
famam: manifestum per euidentiam [Quod] scilicet
parentelam esse manifestam, vel publicam. Pet. & Ab-
ba. [Primo] vt frater, & soror [Secundo] vt filij duorum
fratrum. hæc autem potest dici notoria: quia fratres
& filij duorum fratrum euidenter se ostendunt vicinis.
vlterius verò non sic, vt patet de consang. & affi. non
5 debet. quando ergo † fama est de aliquibus, quòd pri-
mo, vel secundo gradu sibi attinent, & ipsi hoc faten-
tur, & iurant, potest sine calumnia tale matrimonium
dirimi, & sic nulla alia probatio recipiatur, & sic potest
intelligi 35. quæstio. 6. si duo. quod dic vt no. supra de
despon. impu. attestationes. & vide quod dixi de eo,
qui co. con. super eo, super gloss. 1. sed & si sola fama sit
de vlterioribus gradibus, episcopus hoc potest ex offi-
cio suo inquirere, & cogere, inde testificari eos, qui ve-
ritatem nouerint. 35. quæstio. episcopus in synodo, de
testi. co. præterea. supra de offic. ord. cap. 1. & 2. & quæ-
stio. 1. Deus omnipotens. & qui hoc scit, denunciare
6 dēt, de co. spi. tua. [Officij] ad quod † pertinet pro ma-
trimonio stare, infra eod. ex litteris, & colludere vo-
lentibus resistere, de eo qui co. super eo. & illicitum
etiam inuitis coniugibus dirimere, & veritatem inqui-
rere, supra de spon. sicut, & capit. cum in tua. Hostien.
7 [Grauitate] præmittendo † denunciationem, de qua
supra, qui fil. sint leg. per venerabilem, versic. præterea.
& ne de facili notorium repute, quod est occultum,
vel econtra, de appel. consuluit, infra de rescript. cum
contingat, & quod non sit promptus ad matrimonia
separanda, supra de testib. licet ex quadam, in fin.
8 ¶ † Gloss. 1. arguit, alleg. tria iura, & 4. in contrarium,
& soluit. ¶ Gloss. 2. reddit duplicem rationem. ¶ Glo.
3. allegat. 3. concor. signat vnum contrarium, & soluit.
9 ¶ † In gloss. 1. ibi, proinde, in fin.] 3. nullæ sunt partes
10 iudicis in confessum. ¶ In † gloss. 1. ibi quo ad senten-
tiam] & citationem, vt ipse no. de iureiuran. ad nostrā.
in gloss. 1. alias. 2. & de pur. ca. capit. penult. [& in fin.]
Vincen. dicebat Hostien. in examinatione non est ser-
uandus ordo iuris, vt in contrarijs. nisi id fiat ad caute-
lam, de elect. bonæ. 1. §. contra: vel nisi sit notorium in
vna terra & non in alia, vbi quidem dantur 8. dies tan-
tum ad probandum, die obiectionis non computato,
infra de senten. excommun. solet, de except. pia, lib.
6. In sententia verò semper seruandus est ordo iuris, vt
hic, & de sent. excommun. sacro, de appell. cum spe-
11 ciali, ff. ad l. Aquil. proinde. in fin. ¶ In gloss. † 2. ibi, pœ-
na est] propriè cum sit propter adulterium: alias pro-
priè dicitur sententia [& in fi.] fuit gloss. Vincen. & di-
cebat Ala. & Vincen. & Hostien. hoc esse perpetuum, vt
restituatur spoliatus, vbi matrimonium est contractum
auctoritate ecclesiæ, vel post facto approbatum: se-
cus, vbi contra interdictum ecclesiæ. ibi enim eccle-
sia neutrum in possessione tuetur. ¶ In gloss. 3. in fin.]
vel hic Papa loquitur positiuè: vbi dicit, quòd si etiam
12 parentela &c. ¶ In gloss. 4. in fin.] 1. in fi. ¶ In † gloss. &
si non esset. ibi, officio suo] sicut & discordes bene con-
iunctos ex officio suo reconciliat, & ad cohabitandum
compellit, supra de spon. ad id quod [& ibi, prohibeat]
de iureiur. ad nostram. 2.

SVMMARIVM.

1 *Vxor repellitur petens restitutionem mariti, si notoriè fornicata est, nisi in casu, & quo nu. 4. & 9.*
2 *Credendum non est omni spiritui.*
Præsumptio violenta parificatur certo.
Incestus esse quando dicatur.
3 *Fornicatio notoria quæ.*
4 *Restitutio nunquam facienda, vbicunque est notoriū & quid.*
5 *In correlatiuis non fit vnum sine reliquo.*
Vir, & vxor correlatiua.
Adulterium coniugum per quam viam possit concurrere, alia de eo vide nu. 8.
6 *Epilogus, & suffragium glossarum num. 7.*
Negocia sua committentis minori imputatur.
Desertus dicitur, qui sponte exiens, rediens non admittitur, in fin.
Compensatio fit doli. §. 1.
Mora vltima nocet, ibid. in fi.
8 *Additio glossarum, & nu. 9.*
Adulterium præcedens spoliationem non præiudicat restitutioni, secus, si sequatur, & quando compensetur, nu. 9. & supra nu. 3. de eo alia nu. 5.
A possessione est separata causa criminis.
9 *Probatio facti notorium.*

C A P. IIII.

1 Significasti. Casus. repellitur † vxor, petens
restitutionem mariti, si notoriè
fornicata est, & maritus conti-
nuit. Et communis diuisio. 2. ibi, consultationis [Sugge-
2 stum] nimis fuit credulus. non † enim credendum est
omni spiritui. 86. distin. si quid. nec licet marito etiam
ob hanc causam illam dimittere, nisi illud sit certum,
vel saltem præsumptio violenta sit inde. 32. quæst. 1. di-
xit. & ideò iuste excommunicatur secundum Hostien.
[Suo] viri, vel mulieris, vtroque casu fuit incestus, de cō
3 sang. capitul. 2. [Sobole] ex quo † de sobole constat, non
potest esse non notorium. si in 11. mense a tempore,
quo vir eam dimisit, peperit. in authen. de restit. & ea
quę pa. in 11. mense. §. vnum siquidem, colum. 4. Hosti.
[Nec] sub. ideo [Postulat] siue agatur petitorio, siue
4 possessorio, iuste denegatur † ei restitutio, cum adul-
terium esset notoriū. sic quod non poterat inficiari su-
per terram testimonio gradiente. 28. distinctio. priusquam.
nec est speciale in matrimonio, imò vbicun-
a que est notorium [a] facti actu permanentis, vt hic,
vel

vel iur.nunquam facienda est restitutio. & sic potest in-
telligi ff. de doli excep. dnlo, & hoc verum, quando
notorium est iudici, vel alijs, & non iudici, sed proba-
tiones sunt in promptu: secus, si terminus diffusus &
prolixus petatur secundum Innocen. & Hostien. supra
de restit. spol. literas, ver. præterea [Viro] debuit dicere
5 virum sibi: sed correlatiua sunt, † nec sit vnum sine reli-
quo. Hostié. [Materiam] per subtractionem necessario-
rum, vel per subtractionem debiti [Recipiendam] qui-
nis sine iudicio ecclesiæ illam dimiserit. de hoc supra
cap. proxi. & infra de adult. cap. penult. in fi. [commisis-
se] hic venit adulterium viri per viam replicationis an
verò per viam accusationis possint concurrere, vide
6 quod no. trigesima quęstione sexta. nil iniquius. ¶ † Gl.
1. obijcit, & de eo opinionem ponit, quam reprobat.
quærit, arguit negatiué: soluit contrarium. iterum quæ
rit, & soluit. ¶ Gl. 2. quærit, & soluit. ¶ Vlt. gl. signat con
7 trarium, & remittit. ¶ In † gloss. 1. ibi, cum mandato]
imputatur domino, qui minori commisit negocia sua
[& ibi, cum mulier] vide de eo, qui co. consan. discretio-
nem, super gloss. 1. [& ibi. §. in hac] pc. est. vide de testi.
sicut, super gloss. 3. [& ibi. l. 1.] alias 2. §. si publico. vi-
de de or. co. ca. 2. in gloss. penult. [& ibi. §. vlt.] incipit,
qui ad nundinas, vide hanc, & ss. de resti. spo. olim. 1. &
2. gloss. vt scias [& ibi. §. siue autem] deiectus dicitur,
qui sponte exiens non admittitur. ¶ In gloss. vlt. ibi.
§. sed & si] si stipulator dolo promissoris, & econtra non
steterunt in iudicio, fit compensatio [& ibi. §. index] vi-
de de eo, qui co. con. discretionem, super glos. 1. [& ibi,
Marcellus] vide in decret. dilecti, statim allega. in vlt.
gloss. in gloss. prima [& ibi, concedebat] vt not. in capi-
tulo si tu abstines. & idem Hug. & Bam. [& ibi, est ve-
rum] secundum Vincen. T. & Ioan. Idem Goffredus &
Phil. [& ibi, inuitam] Idem, si volentem [& ibi, spolia-
ta] facit, quod not. de infan. & lang. capitulo vno, &
idem not. de restitu. spolia. literas, in gloss. 2. & de adul.
intelleximus, in gloss. & in Spec. de spon. §. fi. in ver. 1. &
in ver. ibi se. tractat de expensis, de quib. sequitur in gl.
[& in fi.] hoc verum, quia vltima mora nocet. ff. de peri.
8 & com. rei ven. l. illud. Hostien. ¶ In † glos. 2. ibi, quòd
non] secundum Ala. etiam Tan. Hosten. Goff. autem se-
cundum Ioan. not. hic & supra de eo, qui du. in ma. ex
literarum, quòd hæc decr. loquitur de adulterio, quod
secutum est spoliationem, per quod sibi præiudicat mu
lier spoliata in restitutione consequenda. adulterium
verò præcedens spoliationem sibi non obstaret: quia
separata est causa criminis a possessione. C. de dona. in-
ter vi. & vxo. si maritus, de restit. spol. item cum quis.
ad hoc supra capit. proximo, vide de hoc quod not. de
adult. capitulo fina. ¶ In gloss. vlt. ibi, prius] dicit Inno
9 cen. quod † ad hoc vt hoc casu replicatio adulterij viri
repellat exceptionem ipsius viri de notorio adulterio
mulieris, necesse est adulterium ipsius etiam esse noto-
rium. dicebat Hostien. cum gloss. quòd non fiet resti-
tutio, donec viri adulterium sit probatum. & forte eun-
dem intellectum habuit Innocen. cum probationem
efficiatur notorium, de verbor. signific. cum olim. vn-
de postea submittit, quòd audientur probationes mu-
lieris, & fiet restitutio si probatur adulterium viri. Di-
cunt autem, quòd cum propter adulterium mulieris
vir petit diuortium, & mulier excipit de adulterio vi-
ri etiam non notorio, audientur vtriusque probatio-
nes, de adult. cap. penult. & vlt.

ADDITIO.

a ¶ Notorium. Vide Ioan. And. de fil. presbyt. constitutus, super
secunda gloss. & in capitulo in litteris, de restitu. spolia. & Bart.
de restitu. spolia. in rub. & optime de materia vide in decis. Ro.
in l. naturale. §. nihil, ff. de acquir. poss. & vide Ioan. And. in Spe.
in conclu. 22. & an idem sit in reuocatione auctoratorum, vide
conclu. 23.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium separatum propter adulterium mulieris reinte
gratur, si postea fornicetur, & nu. 10. 11.*
Diuisio decretalis erat olim sub alio titulo, nu. 3.
2 *Violentia purgatur etiam paucis diebus, & carnali copula.*
Paucorum numerus saltem duo comprehendit.
3 *In iure, idest coram iudice.*
Confessioni coniugis creditur ad tori separationem.
*De vxoris alimentis vbi scribatur, & an pro eis bona mariti
sint obligata.*
Furtim, idest clam, in fi.
4 *Clandestinum matrimonium multis dicitur modis.*
5 *A correctione non appellatur, & quando dicatur correctio,
iuncto contextu.*
Compensatio mutua fit adulterij.
6 *Debitum coniugale reddere quo casu alterum coniugum alteri
hic episcopus coget.*
7 *Epilogus, & suffragium glossarum, nu. 8.*
Necessitas excusat duobus casibus hic.
*Rei iudicatæ exceptionem iniquissimum proficere ei, contra
quem iudicatum est. §. 1. excipitur in fi. & nu. 11.*
9 *Additio glossarum, & num. 10.*
Confessio an & quando reuocari possit.
10 *Super adulterio lata sententia an & quando transeat in rem
iudicatam, & num. 11.*

CAPVT V.

1 Ex literis. Casus. Matrimonium † separatum
propter adulterium mulieris rein-
tegratur, si vir postea fornicetur.
Communis diuisio. 2. ibi, Vnde fraternitati. Consulta-
tio narrat quinque. 1. allegationem viri de vi, & metu.
2. ibi, Tandem accusationem adulterij, & mulieris con
fessionem, & excusationem. 3. ibi, Cumque, iudicis mo-
nitionem, cui mulier non parebat. 4. ibi, Sane, senten-
tiam, vel ordinationem iudicis. 5. ibi, Memoratus, vi-
ri contractum. & ipsius appellationem [Qui] vir & vxor
2 [Paucis] licet † paucis, purgata tamen esset turpitudo
violentiæ, supra de spon. ad id quod, & capitulo consul
tationi, cum si. & iste numerus saltem duos dies com-
prehendit. 4. quæstione tertia, vbi numerus. quod suf-
ficit, si erant ætatis legitimæ, maximè si in carnis copu-
la concordauerunt, supra titulo primo, in sup. [& infra]
forte hic deciditur, quòd propter causam expressam,
3 supra gloss. proxim. non fuit auditus [In † iure] idest co-
ram iudice, quod fieri debet, quod dic, vt supra capi-
tulo porrò. Hostien. [Confiteri] cui creditur in hoc ca-
su, cum agatur ad tori, non ad vinculi separationem,
de hoc de eo, qui co. con. sup eo. Est & alia inter hęc dif-
ferentia, quæ patet supra vt lit. non contesta. capitu. 1.
[Necessarijs] de alimentis vxoris satis no. in Spec. qui
fi. sint leg. versic. nunc dicamus. & an bona mariti sibi
sint pro alimentis obligata, sicut pro dote, in Spe. de do
na. inter vi. & vxo. §. 2. ver. sed nunquid bona [Prouide-
re] quærit excusationem peccati. sic supra de consuet.
quanto [Ad suggestionem] & falsò, Innocen. [Asserebat]
more muliebri, vel more surdi. Mat. 7. Goffr. Host.
[Iniunxeris] non sententiando, sed consulendo. Inno-
cen. [Inuicé] quia nec diuortium fieri poterat nisi quò
ad torum [Furtim] idest clam, Gofred. vel idest sine
4 tua conscientia. multis † enim modis dicitur matrimo-

nium clandestinum, vt not. de clande. despon. capitulo
finali, Hostiens. & ideò ponebatur olim hæc decret. in
illo titulo, vt patet in secũda compila. [Factum] vtrum
scilicet, dictus vir contraxisset cum alia [Explicans]
scilicet quod cum secunda contraxerat [Appellasse] cui
5 † appellationi non fuit deferendum, cum a correctione
non appelletur, de offi. or. licet. & capitulo secundo, Ho
stiens. [Si res ita] omnia superiora respicit, de rescriptis
olim [Redire] argumentum contra supra capitulo pro-
ximo. Solutio. cum per ipsorum confessionem constet
de adulterio vtriusque, mutua fiat compensatio, supra
capitulo proximo, in fine. & sic concor. secundum Inno
centium & Hostiens. [Compellas] Ioannes. trigesima,
quæstione prima, nolce, in fine. vltima glossa, & trigesi-
maertia quæstione quinta, quod deo pari, in glossa se-
6 cunda, allegat hanc decreta. ad probandum, quòd † si
vir, & vxor promiserunt perpetuam continentiam, &
alter fornicetur, licet reliquus debitum petere non pos-
sit: episcopus tamen illum ad id coget. sed ista decreta.
hoc non probat. vide quod plene scripsi de conuersio.
7 coniug. dudum, super versic. castitatem. ¶ Glossa pri-
ma signat contrarium. ¶ Gloss. secunda quærit, & a-
liam quæstionem infert, quam soluit per l. cui respon-
det, ponit opinionem, & soluit. ¶ Vltima gloss. quærit,
arguit pro, & contra, soluit, ponit opin. Hug. quam re-
probat in fin. not. & remittit, & signat contrarium.
8 ¶ In † glossa prima, ibi. l. vltim.] excusatur pater, qui ex
necessitate victus distrahit filium [& ibi, sed si post]
non committit ingratitudinem filia, quæ post vigesi-
mumquintum annum innupta peccat in corpus suum.
¶ In gloss. vltim. ibi, quod fauore] vide de mu. petitio.
capitulo secundo, super gloss. secunda [& ibi, sed ho-
die] vide de conuers. coniugat. gaudemus, in secunda
gloss. (& ibi, euidenter) sequitur, iniquissimum est profi
cere rei iudica. exceptionem ei, contra quem iudicatũ
est (& ibi. §. vltimo) vide de decũ ex transmissa, super
prima glossa (& ibi, non fraudantur) vide de collusi. ca-
pitulo tertio, super vltima glossa (& ibi, condemnatus)
prodest in hoc vt contra quem licet tunc insolidum agi
non posset, vt le. Paulus (& ibi, nec enim) vide de adul-
9 ter. capitulo finali, super prima glossa. ¶ In † gloss. pri-
ma, ibi, ita ne) & de hoc, infra de fur. capitulo tertio, &
Hostiens. remittit ad summam, de furtis. §. primo, ver-
sic. sed quæritur quare (& in fi.) solue vt ibi, ¶ In gloss. 2.
ibi, videatur) dic quòd forte sic, primò propter pericu-
lum animæ vtriusque, quod in talibus imminet, de po-
stu. bonæ, prim. secundo propter fauorem matrimonij,
supra titulo proximo, videtur, in fi. tertiò propter timo-
rem collusionis, infra de coll. dete. audiuimus. Goffred.
& Hostiens. (& ibi, per tormentum) alias sponte in iure
facta, etiam super crimine præiudicat. ff. de cu. & exi.
re. si confessus, de cle. per inquisitionem, de conces. præ.
capitulo secundo (& ibi, reuocari) vt sic æquiparetur
causa matrimonialis causę liberali. C. de liberis caus.
le. interrogatam, secundum Vincentium, sed hic non
erat causa de fœdere matrimonij (& in fine) imò posset,
trigesimaquarta quæstione secunda, in lectum. vel sine
calumnia hoc potest intelligi sic, scilicet quòd episco-
pus traxit mulierem ad patrem, & ibi fecit primam con
fessionem, & tunc episcopus admonuit illam, vt hic di-
citur, & hoc casu si acquieuisset, bene poterat reuocari.
sed ipsa hoc amplius manifestabat. Sed huic intelle-
ctui contradicit textus, Publicè, sed illud dicitur, quia
coram episcopo, & socijs hoc fiebat, licet accusatore ab
sente. vel dic, quòd adhuc non erat scripta confessio, &
ideo statim, idest antequam contrarius actus interue-
niat, locus est reuocationi secundum ea, quæ not. de
elect. quia propter, super versic. mox. Hostiensis. facit
ad not. de iureiuran. cum in positionibus, in glossa, vt
10 vnum, libro sexto. ¶ In † glossa tertia, ibi, videtur)
contrarium videtur ex illo verbo, scilicet priuatim.
nam si fuisset sententia, non fecisset id priuatim, sed pu
blicè. & fuit quædam industrialis prouisio, vt verum
probaret, an ex collusione id factum esset. Goffred. Ho-
stien. [& ibi, sententia) ita quòd ipsius sententiæ dein-
ceps non obstabit exceptio, secundum Hostiens. Dicit
enim hoc casu potiora mulieris iura. Nam pro ipsa fa-
cit vinculum matrimoniale, quod nunquam fuit ru-
ptum, vt not. supra capitulo secundo, ius naturale, à
quo firmatur, instit. de iure natura. circa princip. quod
semper stabile permanet eodem titulo. §. sed natura-
lia, & Cod. de ve. iu. enu. lege secunda. §. sed quia au-
ctor ipsius. quod dic, vt supra de frigi. capitulo finali,
continentiæ periculum, supr. de eo, qui co. consang. Ior
danę, & qui fi. legi. perlatum. Apostoli præceptum, con
tra quod nulla debet obstare exceptio regulariter, de
coniug. lepro. quoniam. Pro viro facit adulterium à
muliere commissum, sed deletur exceptio propter ma-
riti adulterium, supra capitulo proximo, in fine. exce-
ptio rei iudicatæ, quæ cum de iure ciuili sit, non est mi-
rum, si ab alijs tanquam fortioribus eneruetur. imò nec
sententia lata propter adulterium transit in rem iudica
tam, donec separata propter adulterium ingressa sit
monasterium, & professa, cum prius maritus eam re-
conciliare possit inuitam, vt not. in glossa sequenti,
quod non posset, si in rem iudicatam transiret. danda
est igitur pro muliere sententia, cuius iura sunt potiora.
Cod. de edic. diui. Adria. tol. lege finali, de post. præla.
bonæ. secund. ad finem. de his plenè in summa eodem
11 titulo. §. quot modis, sub §. generaliter. ¶ In † glossa
vltima ibi, condemnatus) prodest in hoc, vt contra
b quemlibet tunc insolidum agi non possit[b]. Goffred.
(& ibi, vt Lauren. dixit) sequens Pet. His. Idem hic Vin-
cent. & Goffred. Phil. Idem Hostiens. donec religio-
nem ingrediatur, & professa sit. placet Bartho. in domi
ni. trigesimaquarta. vnde dixit Goffred. supra de eo,
qui du. in matri. ex literarum, quòd lata sententia super
crimine nocens innocentem non poterit de mona. re-
uocare. alleg. decre. vltimam, de conuer. coniug. arguē
do de spirituali fornicatione ad carnalem. dicit etiam
ibi, quod ante sententiam etiam innocens ingredi non
posset. intelligit cap. Agathosa, quando super fornica-
tione est lata sententia, aut quando is, qui reuocat, agit
petitorio: quia repellitur prætextu adulterij: secus, si a-
gat restitutorio: quia tunc non repelletur obiectu crimi
nis, de restitutio. spoliatorum, item cum quis. C. de do-
nationibus inter virum, & vxorem, si maritus. ad decr.
supra proximam respondebat, vt ibi dixi super glossa se
cunda (& ibi, vbi de hoc) & trigesimasecunda quæstio-
ne. 7. Apostolus, & vigesimaseptima quæstione secun-
da, Agathosa [& in fi.] dic vt infra de regu. iur. factum
legitimè, libro sexto.

ADDITIONES.

a ¶ Bona. Et ibi vide Io. And. d. Cy. Bal. & do Bar. de Sali in l. quæ
in vxo. C. de neg gest. & Bart. post Di. in l. si cum dotem. §. si
autem ff. sol. mat.

b ¶ Possit. Ex vi sententiæ. primæua enim actione potest, & ibi vi
de Bart. in l. Paulus, alle. glo.

SVMMARIVM.

1 *Vxor à viro lapso in hæresim si diuertat, quando redire cōpel
latur ad eum. Quod si ob aliud eius diuerterit mortale peccat
tum.*

tum.num.1.
2 *Diuortij sententia non obstat ei, pro quo lata est: sed ei, contra quem, & nu. 3. distinguitur, & quando transeat in rem iudic. nu. 3.*
3 *Inter fornicationem spiritualem, & carnalem quæ differentia.*
Reconciliatio coniugum excluditur & quomodo, in §.
4 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 5.*

CAPVT VI.

1 **De illa.** Casus. Si † vxor à viro lapso in hæresim
propria auctoritate diuertit, ad eũ re-
uersum redire cõpellitur: secus, si per
iudicium ecclesiæ fuerat separata. secunda ibi, Si verò.
hæc decreta. loquitur de his, quorum alter ad hæresim
labitur. Idem credo de duobus, quorum alter conuerti-
tur [Declinauit] quæsiuisti, si marito reconciliato cogẽ-
da sit, vt ei cohabitaret. Hostiens. [Maximè] benè maxi-
mar secundum Hostiensem: quia idem est, si alia inten-
tione discessit [Nullatenus] argument. supra capitulo
2 proximo. Solutio. ideò vir † compellitur eam recipere:
quia post sentẽtia[m] vir commisit adulterium. vnde se[n]-
tentia non debet sibi prodesse, cum quasi fecerit contra
eam. at hic conuersus post latam pro se sententiam ni-
hil fecit contra ipsam. vel in cõtrario nulla fuit lata sen
tentia, sed tantum continentia indicta. aliàs idem esset
ibi, quod hic. Quid si idcirco fuit diuortium ideò, quia ip
sum trahebat ad homicidium, vel latrociniũ, vel aliud
mortale ab hæresi? Dicunt quidam, quòd idem, quod in
hæresi: quia nullam, vel vilem causam inuenies, quare
non idem sit in omnibus. Alij dicunt, quòd pro alijs cri
minibus nunquã ferenda est sententia separationis per
petuæ, sed tantum donec pœnituerit. In hæresi verò hoc
conceditur propter periculum fidei, & sic diuersimodè
intelligunt, infra capitulo primo, & vigesimaoctaua,
quæstione prima, idolatria: sed dictum in princip. glos.
a plus placet Innoc.[a] vide quod dixi de conuer. coniug.
ad apostolicam, super prima glossa. Dicit etiam, quòd
licet de iuris rigore post absolutionem non debeat co-
gi redire, & quod bene semel diffinitum est, nõ debeat
retractari, sexta quæstione quarta, quod semel: tamen
iudex ex officio suo adulterantem post sententiam co-
get redire ad adulteram, argument. de iureiurand. tua
nos, & capitulo quemadmodum, & supra capitulo pro-
ximo, nec facit iudex contra sententiam. Sentẽtia enim
fuit talis, quia absolutus fuit reus ab impetitione mulie
ris. vnde tunc in hoc casu faceret contra sententiam, si
mulieri iterum petenti virum fieret ipsius restitutio,
aut vbi vir, pro quo lata est sententia, repetit mulie-
rem, non fit contra sententiam, imò esset iniquum, si sen
tentia prodesset ei, contra quem est lata, ff. de exceptio
ne rei iudicatæ, euidenter. Si verò viro accusante vxo-
rem adulteram feratur sententia diuortij, tunc quia vir
accusans non potest absolui, locum habet hæc decreta.
Cautè tamen & prudenter ageret iudex, si hoc casu sic
pronunciaret, sententiã diuortij inter vos ferimus pro-
pter adulterium mulieris, quamdiu viro accusatori iu-
stè placuerit, secundum Innocent. Hostien. verò remit.
ad ea, quę not. supra capitulo proximo [Compellendi]
3 voluit † dicere Hostiens. differentiam esse inter spiritua
lem fornicationem, & carnalem, de qua quò ad ipsarũ
compensationem, not. hic Goffred. & vtriusque dictum
posui, supra de conuersatione coniugato. capitulo fina-
li, super glossa secunda. Dicebat etiam hic talem inter
illas differentiam esse, quia si propter spiritualem for-
nicationem coniunx dimittat coniugem, licet non sit
lata sententia, non coget ecclesia fidelem adhærere in-
fideli, argumento vigesimaoctaua, quæstione prima, si
infidelis. sed in carnali distinctione cogitur secundum
quosdam, sed remittit, supra capitulo porro. Reconci-
liato verò ad fidem omnino cogitur adhærere, vt hic
infra capitulo proximo, in fine. si autem per ecclesiam
sit latum diuortium, in spirituali non cogitur redire ad
reconciliatum, si vult religionem intrare: aliàs cogi-
tur, in princip decreta. fin. de conuers. coniugato. in car
nali semper cogitur, nisi fuerit professa. debet enim epi
scopus monere maritum, vt recipiat vxorem. si nõ vult,
tradet illam mona. ad pœnitentiam peragendam, re au
tem integra, idest ante ipsius professionem, maritus il-
lam educere poterit: post professionem non poterit,
per decreta. gaudemus, de conuer. coniuga. & ibi, dixit
super versi. collocare. ad hoc eodem titul. ex publico, ff.
de opt. lega. mancipiorum. dicit ergo Hostiens. ex prę-
dictis patere duo requiri, vt sententia diuortij lata pro
pter adulterium mulieris transeat in rem iudicatam,
scilicet quòd sit lata, & quòd per modũ prædictum mu-
lier sit professa. nec primum solum sufficit, nec secundũ
solum viro in seculo remanente, & illam repetente, nisi
& ipse adulteratus esset, de conuer. coniugatorum, ve-
niens, & dixi, eodẽ titulo, ex parte, primo, vel dic, quod
quò ad virum, pro quo lata est, transit in rem iudicatã,
nisi intra decem dies mulier appellauerit quò ad mu-
b lierem[b], contra quam lata est, non transit, ff. de exce-
ptio. rei iudica. euidenter. reconciliatio tamen exclu-
ditur per sententiam, & professionem simul iunctas, &
imputet sibi vir, qui ante professionem reconciliare no
4 luit, supra de officio delegati, cum super. ¶ Glossa † pri
ma dat simile. ¶ Glossa secunda reddit rationem.
¶ Vltima gloss. signat contrarium, ibi remittit, & sol-
5 uit. ¶ In † glossa secunda, ibi, quòd autem] & 50. d. fer-
rum. ¶ In glossa vltima, ibi, standum est] vnde dicit
Ala. hic vetus correctum per illud nouum. Philipp. di-
xit illud intelligendum secundum hanc distinctionem
[& in fine] hoc adde, quod ibi no. vbi etiam posui quod
dam dictum Goff. hic not. & Host.

ADDITIONES.

a ¶ Innoc. Et idem ipse not. supra eo. quæ sunt in gl. idem, si aliud, & idem gl. fi. in c. Idolatria.

b ¶ Mulierem. Idest quò ad repellendum virum illam petentem. & vide supra c. proxi. in gl. ita. & super glo. fi.

SVMMARIVM.

1 *Coniugale vinculum non dissoluitur altero fidelium coniugum in hæresim lapso, & nu. 8. Conuerso verò infideli ad fidem, quando sit idem, & numero 2. & 4. 10. & 11. an opus sit termino.*
2 *Consulere sedem apostolicam super dubitabilibus commendabile, eiusdem se supponere correctioni, vel approbationi idem.*
3 *Relictus hic quis, & quæ dicatur.*
Discedere dicitur in infidelitate remanens.
4 *Ob infidelitatem soluitur vinculum inter consanguineos, & affines.*
5 *Matrimonium fidelium fortius matrimonio infidelium, & ratio, & difficilius soluitur illud, quàm hoc, an sit ratum inter hæreticos, fuerunt tamen baptizati ab hæreticis, nu. 7. claudicat quandoque, nu. 8. & 10.*
Baptismus est primum fidei sacramentum, & eius vis, præsertim in matrimonio, numero sexto, nunquam perditur.

ibidem.
Ratum pro indissolubili.
6 *Mors & matrimonium, & omnia alia soluit, & quando matrimonium sit inseparabile, num. 7.*
7 *Praepositio, pro, auget.*
8 *Iure suo quis priuatur sine culpa sua, nu. 10. §. 1.*
Quaestio vna soluitur per aliam.
9 *Epilogus, & suppletio glossarum nu. 10.*
11 *Bigamus non est conuersus ad fidem retinens coniugem, quam ante eam habebat.*

C A P. VII.

1 Quanto. Casus. Vinculum † coniugale non dissoluitur altero fidelium coniugũ
in haeresim lapso: sed si vnus infide-
lium coniugum conuertatur ad fidem, & alter nolit si-
bi cohabitare, vel non sine Dei blasphemia, vel pecca-
to mortali soluitur coniugium, & conuersus contrahe-
re poterit. Et communis diuisio. 2. ibi, [Nos igitur,
quae distinguit, & secundum membrum prosequitur,
ibi, Si vero, rationem diuersitatis ponens ibi, Nam &
si obstaculum soluens. ibi, Nec obst. subdens duplicem
rationis effectum ibi, Per hanc [Transeunte] melius di-
ceret, Cadente, vel Labente, vt patet in inferioribus.
Hostien. [Per tuas] O tu Hugo Ferrar. episcope, de quo
dixi supra, quanto te nouimus. Commendabitur ta-
2 men in an. quia † super dubitabilibus sedem apost. con
suluit. & quia sententiam, quam docuerat, per ipsam
sedem corrigi vult, vel approbari, sicut Ioachum, de sum
ma Trinita. capitulo secundo, in fine, secundum Hostiē.
[Distinguimus] ad dandam pleniorem doctrinam. sic
supra de sacra vnc. cap. vno, in princip. Hostien. [Alte-
ro] coiugũ, qui remanet in infidelitate [Nullo modo]
volente habitare, quod est infra, Vel repete, Volente
3 cohabitare, sed non sine &c. [Relinquitur] in † fide, id-
est is, qui conuersus est, qui ideo dicitur relictus: quia
per rectorē imo per rectum iter, siue callem incedit. vn-
de is, qui in infidelitate remanet, cū ipsum sequi debe-
ret, dicitur cum relinquere & hoc respectu, & is, & qui
fidelis efficitur, vel fidelis remansit, dicitur relinqui, at
tenta hac ratione, sicut si duo deberent ire Romam.
itinerans versus occidentem diceretur alterum relin-
quere, qui rectè itineraret versus orientem [In hoc ca-
su] scilicet cum alter infidelium conuertitur [Aposto-
lus] prima ad Corinth. 7. [Discedit] patet, quòd in in-
fidelitate remanens dicitur discedere, vt supra dictum
est [Frater] idest quilibet Christianus. 11. quaestione
tertia, ad mensam. Petr. & Abba. [Seruituti] alicuius
4 † vinculi filialis, fraterni sororij, seruilis vxorij debet
etiam potius sequi patrem patrum, sponsum sponso-
rum, & dominum dominorum. 11. quaestione tertia,
non semper, & capitulo Iulianus, secundum Hostiens.
Et repete, in hoc casu intelligimus [Soluit] etiam si quae
ratur de vno fideli lapso quò ad mutuam seruitutem, si
tamen confitetur haeresim, vel de ipsa cōuincitur: alias
contra, sexta quaestione prima, §. verum. Soluit ergo
inter fideles ius mutuae seruitutis: inter infideles ipsum
vinculum. Hostiens. [Verum] infra capitulo proximo
5 [Verum † & ratū] ergo fortius, & sic difficilius soluitur,
de transla. capitulo secundo. Baptismus enim primum
fidei sacramentum est firmum & stabile fundamentū,
quo posito, quod semel habitum nunquam amittitur,
vt hic, & de consecrat. distinctione quarta, sicut & alio
rum sacramentorum superposita aedificatio firma est,
secundum Goffred. & quasi inseparabiliter conglutina-
ta ei adhaeret. & ideo indissolubile est hoc matrimo-
nium superaedificatum. sicut & ipsum fundamentum.
hoc tamen fundamento deficiente, & si verum sit aedi-
ficium, est tamen debilius, prima quaestione prima, cū
Paulus. & ideo primum non soluitur nisi per mortem,
quae omnia soluit. secundum verò dissoluitur, secun-
dum Hostien. & dic [Ratum] idest indissolubile, secun-
dum Innocen. [Existit] si quis diceret, vnde procedit
haec ratificatio? Respondet: quia sacramentum &c. &
6 hoc intendit, quòd † baptismus receptus nunquam per
ditur propter characterem impressum. intantum ra-
tum facit sacramentum coniugij, vt ipsum inter coniu-
ges perduret durante illo, scilicet baptismi sacramen-
2 to, secundum Pet.[a] & Abba. vel secundum Hostiens. id-
est coniugij, idest quamdiu coniuges viuunt: quia nec
vltra est matrimonium. Mors enim ipsum, sicut & om-
nia alia soluit, in authen. de nupt. §. deinceps, colla.
quarta, de secundis nupt. capitulo penultimo, & vlti-
mo [Perduret] idest perfectè & inseparabiliter duret.
7 vel durabiliter perseueret. & sic † praepositio auget.
quod dic, vt supra de consuetu. capitulo tertio. & hoc
intelligas post consumationem, ne sit contra, supra de
conuer. coniuga. ex publico: sed quid de his, qui fiunt
haeretici, fuerunt tamen baptizati, licet ab haereticis,
& postea contrahunt, nunquid ostenditur aedificatio sa-
cramenti matrimonij, ratum matrimonium inter ta-
les? Solutio. aut fuerunt baptizati in forma ecclesiae,
& sic ratum est matrimonium inter tales contractum.
facit de haere. decreuit, libro sexto, aut fuit seruata for-
ma, & tunc iure infidelium omnino censentur. nec po-
tuit ratum esse matrimonium, cum baptismi non reci-
piunt sacramentum, secundum Innocent. de summa
Trinitate, capitulo primo, §. sacramentum., de scisma-
ti. capitulo primo, & facit ad id, quod scripsi
de condi. appo. capitulo finali, super prima glossa [Obij
citur] seu obijci posset, & ideo praecedit, forsan, secun-
8 dum Hosti. [Incidatur] vel † qualitercunque impotens
reddatur per canon. quam alleg. gloss. ad idem, supra
de frigidi. ex literis, de iureiuran. quemadmodum, &
§. quòd si. [Responsionem] quae diximus, quòd alte-
ro fidelium in haeresim lapso relictus non potest contra-
here. Hostien. vt hac occasione relictu contraherent, &
ab ipsa haeresi post contractum coniugium resilirent,
& ad alia vota forte sibi magis grata transirent [Ip-
sa] haeresi [Coniugibus] remanentibus in fide [Per
hanc] sic soluitur vna quaestio per aliam, de frigidis.
9 fraternitatis, §. per hoc. ¶ Gloss. † scilicet qui] repeti
posset per quatuor quaestiones. ¶ Vltima glossa ponit
10 opinionem Lan. quam reprobat. ¶ In † gloss. secunda,
in fine] Ioann. ibi, dixerat, quòd si vxor in fide relicta
contraheret, non redderetur viro ad fidem reuertenti.
¶ In gloss. scilicet, qui conuertitur, ibi matrimonium]
claudicat tamen quò ad effectum reddendi debiti ab
illo, qui non potest exigere, de conuer. coniuga. quidā,
de eo qui cog. con. transmissae. & quia quandoque tene-
tur vnus ad matrimonium, & non alter, de eo qui du.
in ma. capitulo primo, de desponsa. impu. continebа-
tur, & capitulo de alijs, Hostiens. Goffred. [& ibi, infra
capitulo proximo] vbi hoc tenet Vincen. (& ibi, habita
11 re] & tutum † esset secundum Hostien. quòd iudex assi-
gnaret terminum infideli, argumen. qui filij sint legit.
lator, de conuer. coniuga. ex publico (& ibi, §. penult.)
& est simile, infra de praebend. si tibi, primo, libro sexto
& in fine) vir tamen non est bigamus: quia non diuisit
carnem in plures, secundum Vincen. Tan. & Goffred.
¶ In gloss. magis, ibi, si refugientes) & de electio. quo-
rundam, libro sexto. ¶ In glossa vltima, ibi, Lau. dixit)
hoc placet Philip. Iacob. de Albe. & Abbati, vt vitetur
correctio. Idem Innocen. alternatiuè tamen, vide quod
dixi supra c. proxi. in vlt. gloss.

ADDITIO:

a ¶ Pet. Contra, quia baptiſmus durat etiam poſt mortem, & tamen matrimonium morte ſoluitur, vt not. gloſ. 32. q. 7. c. licet, & ideo videtur melior expoſitio ſequens.

SVMMARIVM.

1 *Pagani ad fidem conuerſi, quam poſſint iam ductam retinere vxorem, vel dimittere, & contrahere, nu. 1. 5. 10. & 15.*
Arctantur l. canonica, & imperiali, & quando, nu. 19.
2 *Vir infidelis ſanctificatur per vxorem fidelem, & è côtrario.*
3 *Inter infideles quando contra Deum contrahatur coniugium, & ſeparari queat.*
Eos ligat diuina conſtitutio, canonica etiam & imperialis, quã do, num. 19.
Præſertim, pro maximè.
4 *Propter fidei fauorem pœnæ reſtringuntur, & priuilegia dilatantur.*
Dotis priuilegium ob id etiam competit.
5 *Per baptiſmum coniugia directè non ſoluuntur, licèt quandoque per conſequentiam.*
Vxorum pluralitas ſimul damnatur in omnibus hominibus, nu. 6. 10. & 20.
6 *Homines omnes arctantur naturali iure, rationabili, & diuino, num. 19.*
Ius naturale, & ratio naturalis quando cœperunt.
Coſta vnius conuerſio in fœminam, quid ſignificet, & cur è coſta formata ſit, nu. 7.
7 *Reuelatio diuina omnes aſtringit.*
Nuptiæ plures ſucceſſiuè non damnantur.
8 *Excuſare quæ nos poſſint ab illicitis, & exempla, nu. 9.*
Matrimonium licitum, verum & ratum quandoque ſeparatur.
9 *Adulterium prohibitum & lege naturali ante Moſaicam.*
10 *Filios ſuperducta ad fidem conuerſa legitimat eccleſia.*
11 *Matrimonium, ſeu ſponſalia ſi contrahantur cum pluribus mulieribus in vno, & eodem momento a catholico, quæ earum erit vxor, vel ſponſa.*
Sponſalia prohibentur, vbi prohibeatur matrimonium.
12 *Repudij libellum, an vnquam licuerit ſine peccato mittere & lege Moſaica, & quando, & qualiter ſententia formabatur, & qualiter dabatur, nu. 13. & cur permiſſum, ibid.*
Sententia in permiſſorijs quomodo ferenda.
14 *Abſque creatoris contumelia, quid non fieri quando dicatur.*
15 *Per hanc an ſoluatur ipſo iure matrimonium.*
16 *Epilogus, & ſuffragium gloſſarum. nu. 17.*
Hæreticorum bona ad quos deuoluantur.
Poſſeſſio quæ iuſta, nu. 21.
Famæ quæſtus in ſeruitute factus cui obſtet.
18 *Suppletio gloſſarum.*
Perſonæ quæ diuina lege prohibita contrahere inter ſe matrimonium.
19 *Iuris ignorantiam etiam paganus allegare non poſſit.*
Lex canonica reſpicit animas, & conſiſtit in iure,
Imperialis corpora. & conſiſtit in facto.
20 *Coniuges ad impares in quibus iudicentur, §. 1.*
Auctoritate legis quis excuſatur ab adulterio, & quo caſu hic.
22 *Per baptiſmum quæ tollantur ante ipſum contracta.*
Irregularitas contrahitur etiam ſine peccato, eit. ſi.

CAPVT VII.

1 Gaudemus. Caſus. Pagani † coniuncti in gradu prohibito l. cano. tantũ, conuerſi ad fidem non ſeparantur. & ſi paganus prius plures vxores habebat, poſt fidẽ ſuſceptam adhærebit primæ: etſi repudiata vxore
cum ſecunda contraxerat, etiam poſt baptiſmũ dimittet ſecundam, & adhærebit repudiatæ, etiam ſi repudiata cum alio cõtraxiſſet: ſecus, ſi fornicata fuiſſet. & ſunt
tres partes, ſicut tria principalia dicta. 2. ibi, Quia verò.
3. Qui autem. & pars huius, ſupra qui filij ſint leg. gaude
mus (Remanere) ſic [Separari] nõ, vt infra ſequitur [Exi-
ſtat] verum, ſed non ratum, ſup. c. proxi. [Dicens] prima
ad Cor. 7. [Frater] ideſt Chriſtianus. Petr. [Dimittat]
2 quia † ſanctificat, vir infidelis per vxorem fidelem, & e
contra, vt dicit idem Apoſtolus. quia igitur non eſt di-
mittenda, patet, quod eſt vxor legitima, de ſpon. c. 1. & c. 2.
ex parte. Hoſt. dixit autem Pet. hic loqui de conſilio, po
a teſt enim illam dimittere, ſi vult [a] 28. q. 1. iam nunc, &
q. 7. c. vlt. Dimiſſa verò cum alio non poteſt contrahe-
re, nec ipſe niſi in caſibus, infra §. qui autem. Idẽ Abb.
[Quò ad eos] quia, ſcilicet tales ſunt ritus ipſorũ [Qui]
ſcilicet iudæi, pagani, vel quiuis alij extra fidem poſiti
3 [Conſtitutionibus] patet a contrario, quod inter † fideles,
qui conſtitutionibus arctantur, contra Deum contrahi-
tur, vbicunque canonicum impedimentum obuiat, &
ſic epiſcopo tales ſeparanti non obſtat auctoritas euan-
gelij, Quos Deus coniunxit &c. ſupra e. porrò, §. 1. ſecũ-
dum Hoſt. & dixi de conſang. de infidelibus, in gl. qua-
re [Non arctantur] licet enim ſint creaturæ Dei, nõ ſunt
creaturæ eccleſiæ. vnde diuina conſtitutio ligat eos, ſed
non canonica [Apoſtolum] primo ad Corin. 5. [Foris]
ſcilicet extra fidem eccleſiæ. Petr. & Abb. [Præſertim]
ideſt maximè. nam & idem videtur hæc conſideratio-
4 ne remota, & argumen. propter † fauorem fidei pœnas
reſtringi, & priuilegia dilatari. & ſic argue. quod talis de-
bet habere priuilegium circa dotem, argum. de cõuer.
infide. c. 2. ad ſi. Nam ſi Imperator hoc priuilegium da-
re poteſt, C. qui po. in pi. ha. l. aſſiduis, multo fortius ip-
ſe, argum. 30. q. 3. ita diligere, & facit quod dicam ſu-
per 3. gloſ. ſed contra, C. de hære. l. 1. & auth. ibi po-
ſita, in auchen. de priuileg. do. hære. mu. non præſtan.
colla. 8. Solu. & ſi verba contradicant, non tamen mẽs.
Illa enim iura quò ad verba perſequuntur etiam omnes
non baptizatos: ſed quò ad mentem puto, quòd ſolum
illos perſequantur, qui ſemel profeſſi ſunt fidem catho
licam, & poſtea præuaricati ſunt, & etiam omnes excõ-
municatos. aliud ergo dicendũ eſt de iudæis, qui ab ec
leſia tolerantur, & de paganis, qui baptizantur, ne per
contrariam interpretationem a conuerſione retrahan-
tur, vt ſupra no. ad hoc infra de appellatio. quidam, in
fine, ff. de leg. 3. non aliter, ff. de legi. l. ferre. nam & in
fauorem fidei ſunt. vnde locum habet, C. de legi. quod
fauore. & hoc probatur in præ. auchen. de priuileg. do.
§. penult. ver. ſi ſint eis inagreſſibilia &c. & hoc eſt etiã,
quod dicit lex antiqua. Lapſis enim, & errantibus ſub-
uenitur, ideſt iudæis, & paganis. perditis verò, hoc
eſt ſanctum baptiſma prophanãtib. nũquam, C. de apo
ſta. l. hi qui, in fine [A cuius] ſcilicet fidei. & ſic conſtrue,
A cuius perceptione viri poſſunt facile reuocari per
vxores timentes ſe deſeri [Fideles] nunc, ſed olim pa-
gani. Pet. ſi. exponitur ſupra de eo, qui co. con. tranſmiſ-
ſæ. Hoſtienſ. [Copulari] ideſt matrimoniali copula
5 vti [Non † ſoluantur] optima ratio. & hoc eſt verum di-
rectè. Quandoque enim per quandam conſequen-
tiam coniugia per hoc ſoluuntur, vt patet, ſupra ca-
pitulo proximo, verſiculo, ſi cum, ſecundum Ho-
ſtienſ. [Fœminas] notabiliter non dixit vxores, quia
vna tantum eſt vxor, vt infra patebit. Petr. [Diuidant]
quod eſſe non poteſt, vt patet ſupra de conditio. ap-
po. capit. fina. [Omnes] prima q. cui reſpondet, quod
non, quia damnata eſt hæc pluralitas, vt ſequitur [Hoc]
ſcilicet habere plures vxores [Chriſtianæ] & certè omni
ritui humani generis debet eſſe inimicum. Nam om-
6 nes † homines arctantur naturali iure, rationabili, &
diuino, quia, velit nolit, homo ſubiectus eſt Deo, cuius

est terra &c. supra de decimis, tua nobis: & hæc plu-
ralitas tali iure reprobatur, Hostien.[Ab initio]scilicet
creationis humanæ, cum qua ius naturale, & natura-
lis cœpit ratio. 5. distinct. in princip. [Vna costa] supra
vnius hominis, ad designandum, quòd debet esse vnus
vnius, vt scilicet nec vnus plures, nec plures vnam ha-
bere debent, quod probat ipsa psalmatio. quæ ratio om
nes homines astringit, cum sit naturalis. & not. quòd
7 † de costa, vt collateralis appareat, formata fuit Eua.
non de capite, ne videretur domina, nec de pede, ne vi
deretur ancilla, vt not. 33. quæstio. 5. nec illud (Diuina)
idest diuina inspiratione prolata, supra de biga. debi-
tum, quæ omnes astringit, de consang. & affini. de infi-
delibus. Hostien. [Testetur] Gen. 2. in fi. [Propter hoc]
scilicet sacramentum coniugij [Nec dixit] supra homi-
nes, sed homo, nec dixit &c, (Insimul] bene dicit, quia
8 † nec damnamus octogamos. 31. quæst. 1. Deus mascu-
lum & c. quòd si dormierit. [Quæ] diuina reuelatio. In-
noc. [Mos] vt in matrimonijs, arg. sup. de cog. spi. super
eo. In alijs verò fas, arg. infra de regulis iuris, quod non
est licitum. Pet. & Abb. exponunt [Mos] idest consuetu-
do, vel ius [Fas] idest dispensatio. Excusat ergo quan-
doque diuina reuelatio, sicut & consuetudo: quando-
que ius scriptum. vnde diuina reuelatione quandoque
matrimonium licitum verum & ratum separatur, supra
de conuer. coniu. ex publico, de spon. commissum. Ho-
stiens. [Iacob] qui mentitus est se esse Esau. & est histo.
Genes. 25. & 27. [Israelitæ] quando vnusquisque a pro-
ximo & proxima sua petijt vasa aurea & argentea, vt
Aegyptos spoliarent. Exod. 3. & 12. [Sanson] iudicum.
16. in fi. concussis columnis interfecit tria milia Phili-
steorum vtriusque sexus, & vt ibi dicitur, multo plures
interfecit moriens, quam viuens [Patriarchæ] Abraã,
& Iacob, Genes. 16. 19. & 30. [Viri iusti] vt Dauid 2. re-
spon. 11. A. & Ioiadas sacerdos. 2. parabo. 24. Hostiens.
9 [Adulterio] sed contra, non † potuissent commisisse
adulterium, cum tempore ipsorum licerent omnia,
cum lex data non esset. & sic obstat de constitu. Nam
& concupiscentiam. Sol. licet lex Mosayca non esset
b data, erat tamen lex naturalis, [b] quæ etiam vole-
bat, quòd quilibet homo suæ & non alienæ vxori adhæ-
reret, & sic secundum ipsam esset adulterium, nisi di-
uina excusaret reuelatio, per quod patet primæ quæstio
nis supra positæ sufficienter responsum. Hostiens. [Sen-
tentia] damnans pluralitatem vxorum [Veritatis] id-
est Christi, qui est via, veritas, & vita. Io. 14. [Euange-
lio] Matth. 19. Mar. 9. Lucæ. 16. sunt hæc verba, sed non
ad literam: quia in Matth. dicitur nisi ob for. in Mar.
10 & Luca nil dicitur de fornicatione. Alias tamen † ec-
clesia filios superductæ ad fidem cum illis conuersæ le-
gitimat, supra qui filij sint legitimi, capit. fin. quod ab
hoc loco fuit decisum, vt patet in originali. Vincent.
[Fortius] sequitur, argumen. a maiori [Vtroque sexu] vt
non liceat homini vni plures habere mulieres, nec vni
mulieri habere plures viros [Iudicentur] patet ergo,
quòd paganus conuersus non tenebit omnes vxores,
sed tantum primam. & per hoc sint solutæ ambæ quæ-
stiones propositæ supra & hoc si viuat prima. sed quid
si mortua sit, & ipsa viuente cum omnibus alijs con-
traxit, & ipsas cognouit? videtur, quòd neutra sit vxor,
argum. supra de eo, qui du. in ma. cap. fi. sed contra, su-
pra eod. 1. respon. & infra §. fin. per quæ videtur, quòd
si prima postea illum sequatur, cogendus sit postea in
illam consentire, cum talis damnatio sit de iure cano-
nico, cui non subsunt pagani, & hoc potissimè in fauo-
rem fidei est dicendum, argumen. supra eod. princip.
11 ¶ Quid † catholicus contrahat cum pluribus mulie-
ribus, in vno & eodem momento dicens, Ego con-
sentio in vos omnes, & mulieres vno ore, vel per pro-
cu. respondent, & nos in te. videtur vxor illa, quam
primò cognouit, argumen. de condi. appo. de illis. dic
contra, quod mutuò se impediunt, ff. de vsufruct. l. quo-
ties. & idem, si sponsalia sic sint contracta: quia vbicun
que matrimonium prohibetur, & sponsalia, ff. de spon.
oratio. & ideò carnalis copula non potest ratificare
id, quod omnino illicitum est. 27. quæst. 2. nuptias, se-
cundum Goffred. quod est verum secundum Ioã. etiam
si vna sola ex illis sit apta, cui con. Vincen. Goff. & Phil.
cum illi soli non intendat se obligare insolidum, imò
æquè alijs se obligare volens agit contra ius vitæ indi-
uiduæ. 32. quæstio. 2. solet. vnde non est matrimonium,
argument. ff. de seruis expor. si venditor, ff. de contra-
hen. emptio. cum in venditione, sicut nec solus liber
est arbiter, si compromittatur in liberum, & in seruũ,
ff. de arbit. Pedius, licet sit argumen. contra, C. qui te-
sta. fa. pos. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de do-
nat. sancimus, de conse. distinct. 4. si non sanctificatur.
& adde quod dixi de spon. ex literis. 2. super gloss. 2. &
facit persimile, quod dixi de cler. non resid. quia non-
nulli, in gloss. magna, ver. quid si episcopus, & remittit
Hostiens. ad ea, quæ not. in summa, de despon. impub.
12 §. fin. ver. quid si iurauisti, & c. sequen. [Ritum † suum]
q. d. si vtuntur de facto, quod tamen non licet, nec vn-
quam licuit sine peccato libellum repudij mittere, li-
cet hoc lex vetus permitteret propter maius pericu-
lum euitandum, quæ etiam requirebat, quòd sacer-
dos præsens esset ad sciendum, an causa iusta subesset:
quia nec illud indistinctè permittebatur, sed certis ca-
sibus tantum. sed nec dabatur diuortij sententia: nec
debebat etiam hoc, quod minus est, dicere, permitti-
mus, quòd vxorem tuam dimittas: sed poterat sic di-
cere, lex permittit, quòd ipsam dimittas: non tamen
sine peccato facies hoc. & sic esset hodie ferenda sen-
tentia in omnibus permissorijs, secundum Innocent.
sic not. si. de iureiuran. mulier, qui cle. vel vo. veniens.
secundum Hostien. [Repudiauit] sine causa secundum
Innoc. sub. & aliam duxit, non tenet secundũ matrimo-
nium. & si ducere velit, non potest hoc facere. Hostien.
13 & † dabitur libellus repudij cum his verbis, Res tuas te
cum habeto, ff. de diuor. l. 1. secundum Pet. de quo su-
pra in procemio [In euangelio] dicens Matt. 19. B. Moy
ses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimitte-
re vxores vestras. ab initio autem non sic fuit. dico au-
tem vobis, quod quicunque dimiserit vxorem suam,
nisi ob for. causam, & aliam duxerit, mechatur. ergo nõ
licet alicui dimittere vxorem suam nisi ob causam for-
nicationis. 32. quæstione prima, dixit, cum si. Hostiens.
[Ea viuente] alias secus, de secundis nupt. capit. penul.
14 & fi. [Creatoris] quia † vult eum Christum dimittere,
vel idolum colere, nec aliter vult ei cohabitare, se-
cundum Petr. [Peccatum] vt quia vult, quòd vt prius
de lenocinio viuat, vel socia latrocinia exerceat, vel
receptet. Petr. & Abb. [Restitutionem] viri conuersi ad
fidem, qui vxorem reiecerat, secundum Innocen. [Pe-
tenti] vxori infideli. Innoc. [Iniusta] facta, scilicet pro-
pria temeritate, supra eo. porrò, quod dic vt ibi [Huius-
modi] scilicet vt Deum relinquat. quod dic, vt dixi su-
pra cap. proxim. ver. si enim [Prædictas] tres, de quibus
est dictum. & exponit Ioan. Vincen. Phil. sed non placet
Goffred. primo antequam prædictę causę interueniant,
post quas licitè contrahitur cum alia, qui dicit, quòd
hic mutat casum, & non respicit superiora, quando
non vult cohabitare, sed quando conuertitur. nisi
15 † enim dicatur, ipso iure, per contumeliam solui ma-
trimonium, accidet iniquissimum, quòd quis eodem
tempore habebit duo matrimonia, & duas vxores,
quod supra negatum est [Ille] idem, si duxerit, licet
mortua sit, secũdum Innoc. in auct. de nup. §. deinceps,
colla. 4. & supra c. proxi. §. si verò alter. Hostiẽ. [Ducat]
de licentia ecclesię. quod dic, vt no. de despon. impub.

cap.2.Hostien.[Compelletur]ex hoc videtur, quod nõ
erat solutum matrimoniale vinculum, quod quidam
concedunt, alij contra.potest dici, quod non soluitur
aliquo modo inter fideles, supra capit.proxim. versic.
si verò, sed nec inter infideles, nisi auctoritate ecclesiæ
infideli ad conuertendum, vel habitandum cum con-
uerso sine contumelia creatoris dies fuerit assignata. &
sic potest intelligi prima opin. Si verò assignata fuerit,
& elapsa, soluitur, & sic intelligitur secunda, & de hoc
supra capit.proxim. sed & si dies sit elapsa, & conuerso
data ab ecclesia contrahendi licentia, aduc audietur
mulier, si cõuertatur re integra, vt hic, argum.ff.de ces-
c si.bonorum [c] is qui.si verò, pendente compulsione, de
qua loquitur ista litera, contrahit cum alia, tenet ma-
trimonium secundo loco contractum, cum iam solutũ
esset primum vinculum, vt no.si.de despon.impu.de il-
lis.& de eo, qui du.in ma.cap.1.& cap.veniens.Hostiẽ.
[Euangelica]Lucæ 16.[Obijcere]peccat ergo in Deũ,
16 sed non in virum. ¶ Gloss.† hic pluralis]signat contra
rium.¶ Gl.hic habes]addit tres similes casus,& remit
tit. ¶ Pe.gl.respon.per quæstionem, an ipso iure, an per
sententiam dissoluatur. ponit duas opiniones,& secun-
dam approbat.iterum quærit,& soluit. ¶ Vlt.gl.reddit
17 rõnẽ, quærit opponẽdo,& dupliciter soluit.¶ In†gl.pe.
ibi, idem de Nestorianis]bona hæretici deuoluũtur ad
filios catholicos. & si qui sunt hæretici, & redeunt, suã
partem recuperant absq; ratione fructuum, & admini-
strationis. ¶ In gloss. vlt.ibi, iustè possidet]qui auctore
prætore possidet[& ibi.l.pe.]non obest famæ mulieris
ipsius quæstus in seruitute factus.si tamen seruus ordina
rius peculiaria mancipia habuerit prostituta, etiã post
18 libertatem notatur, vt in §.Pomponius.¶ In fine 2.gl.]
ex his patet, quòd secundus gradus collateralis in li-
nea inæqualis prohibitus erat.in æquali verò non.& sic
intellige, & corrige, quod nota.30.quæstio.3.pictã-
tium, & quod no.supra de restit.spol.literas, in gloss.
videtur, quæ fuit Ioan.13.personas le.diuina prohibi-
tas ponebat Hostiẽ.per hos versus, Nata, soror, neptis,
matertera, fratris, & vxor. Et patrui coniunx, mater,
priuigna, nouerca, Vxorisq; soror, priuigni, nata vtrius-
que, Atque soror patris, coniungi lege vetantur. Ter-
minabatur autem, quod dicitur de vxore fratris, se-
cundum id, quod habes infra capit.proxim.¶ In glos.
19 3.in fine]vt dicit † hic Hostien.bene arctantur infide-
les, si iniuriosi existunt Christiano, & fortius, si contu-
meliam inferunt fidei, vel cultui diuino, tunc enim per
iura præallega.coguntur satisfacere per subtractionem
participationis Christianorum: subiacent etiam legi-
bus imperatorum sub imperio degentes, cuiuscunque
sint sectæ, & ipsas necesse habent seruare: alias, si res
exegerit, gladio ferientur. C.de Iudæis.l.2.& leg.ne-
quis, & l.Iudæi, & de paganis.l.fina. Cum autem lex
humana persequatur contrahentes contra leg.diui-
nam, in hoc delinquentes per sæcularem iudicem pu-
nientur, sicut esset in pluralitate vxorum, vel si quis du-
cat personam per l.diuinam prohibitam. & sic intelli-
ge, quod posset hic pro contrario signari. C.de incest.
nupt.leg.3.& Cod.de Iudæis, nemo Iudæorum: nec
in talibus excusatur paganus, vt dicit præ.l.3.C.de
incest.& probatur, ff.de his, qui no.infam.quid ergo,
& l.liberorum, etiam prætextu ignorantiæ iuris, cum sit
contra ius gentium,& naturale.ff.de adult.si adulteriũ.
1.respon.& §.1.& 2.hoc est diuinum, quo omnes ar-
ctantur, de consuetu.cap.fin. Rationem verò diuersita-
tis, quare infideles subiaceant etiam directè legi impe-
riali, & non canonicæ, ostendit censura diuersa, pri-
ma enim respicit corpora, & consistit in facto, quo sic
possunt arceri corpora infidelium, sicut fidelium. Se-
cunda verò censura respicit animas, & consistit in iu-
re, infra de verbor.signific.quærenti; quia non potest
arceri nisi fidelis, & obediens Christianus, vt patet
hic,& supra de re.eccle.non alien.si quis. In eo, tamen,
quòd infidelis subiacet leg. Imperiali, patet, quod sub-
iacet leg.canonicæ mediatè, cum & imperator, & lex
sua subsit canonicæ, saltem in talibus. & ideò quod lex
canonica per se non potest, per sæcularem iudicem ex-
ercebit.infra de Iudæis, postulasti, cum si.& patet ex
his, quæ dixi supra qui fil.sint legit.per venerabilem.
§.rationibus, secundum Hostien.secundum quem ex-
pone, quod dicit, Ad nos, quò ad excommunicatio-
nis sententiam proferendam in tales, & quò ad fi-
dem, & quo ad spirituale consortium, vt hic patet,
& secunda quæstio.prima.multi, vbi sunt hæc verba.
& adde quod dixi, qui fil.sint legit.capitu.fin.¶ In gl.
20 hic pluralis, ibi, quòd si dormierit]successiuè possunt
esse plures, vt ibi; sed non simul, vt hic. ¶ In glo.quò,
ad ibi, & fidem seruandã]hoc est pro Bart.Brix.& con
tra Ioan.in his, quæ not.12.quæstio.secunda.si qua cum
seruo.& facit quod no.in Spec.de adult.§.1.versic.sed
d nunquid [d] [& in fine]vnde & maritus reuocat votum
vxoris, non econuerso, ead.quæstio.noluit. Item ac-
cusat vxorem de adulterio, quod non committitur si-
ne dolo.32.quæstio.prima.§.hic in mulieribus.Goffr.
¶ In gloss.idest, in fine]melius diceret, idest in duo-
bus vltimis casibus, secundum Hostien.& Abbat.¶ In
gloss.hoc habes, ibi, restitutio]dicit Vincen.hoc nul-
lum speciale: quia ipsa sibi dat impedimentum bla-
sphemando[& ibi, vbi de hoc]1.quæstio.prima.in sum
21 ma.¶ In gloss.ex hoc, ibi, alij]Gan.¶ In † gloss.vlti.
ibi, iuste possidet]excusatur ergo hic ab adulterio,
quod non committitur sine dolo.34.quæstione secun-
da.in lectum, ff.de adult.l.penult.quod intelligas etiã
dictum in fauorem fidei, & quantum ad conuersos.
alias non conuersi secundũ legem humanam punien-
di essent. non obstat iuris ignorantia, vt dixi secun-
dum Hostien.super gloss.4.[& ibi, deinde]vbi de hoc,
22 & 28.quæstio.prima.capitulo primo[& ibi, sine † pœ-
nitentia]non tamen debet adultus propter hanc cau-
sam differre baptismum. ea.dist.quando quis[& ibi,&
sic ius actionis]vel exceptionis, secundum Vincent.si
quis baptizatur, tenetur pecuniaria pœna ob delictum
præcedens. ff.de oper.liber.vt iurisiurandi, dolus tan-
tum remittitur. ff.de liber.leg.aurelio, §.Caius[&
ibi §.Pomponius]& leg.penultima.sic & si religionem
ingredieris, non per hoc amitto accusationem meam,
imo ipsam intentabo contra mon. quod possidet bo-
na tua, institutio.de acquisiti.per arro.§.final.Gof-
fred. Dicebat etiam Innocent.& Hostiens.per baptis-
mum tolli non debere ius, quo ligata erat adultera,
ne virum repetere possit: quia per baptismum pecca-
ta dimittuntur, & non lex.vigesimasexta distinct.acu-
tius, deinde, & capit.vna.vnde de quolibet furto, &
homicidio ante baptismum commisso poterit accusa-
ri, & puniri post baptismum: quia licet per ipsum re-
mittatur peccatum quò ad Deum & quò ad leg.promo
tionis, vt talis promoueri possit, licet crimen noto-
rium fuerit.25.dist.primum, & §.1.& de hoc infra de
homic.presbyterum; remanet tamen ligatus quo ad
temporales pœnas, sicut & post penitentiam, per quam
etiam dimittuntur peccata.& sic intelligitur, de conse-
crat.distinct.4.sine pœnitentia, scilicet spirituali.tolli-
tur etiam infamia, quæ surgit a peccato, per bapt.sicut
& ipsum peccatum, vt in præ.cap.denique.Irregulari-
tas tamen non tollitur, quæ super peccato non funda-
tur, vt si iudex iustè pronunciauit aliquem occiden-
dum. non enim sic irregularitas est sequela peccati, si-
cut infamia. sic enim irregularis est sine peccato occi-
dens, sicut cum peccato, ne cler.vel mon.sententiam

ß.d.cap.1.& 2.de hoc in Specu.tit.3.§.iuxta,versi.pen. & vide quod ibi dicam, Host. in his remittit ad ea,quæ no.in sum.de homi.§. qua pœna, versic.lingua,& sequ. vel plane secundum eum tollitur per baptismum peccatum quò ad deum,& satisfactionem sibi faciendam, non quantum ad satisfactionem fiendam homini:quia nec dimittitur peccatum & c.14.q.3.si res.

ADDITIONES.

a ¶ Vult.hoc verum,si indicio ecclesiæ fuerunt separati;aliàs cogi tur,vide glo.si & super illa Io.And.supra c.proxi.& in c.de illa,in glo.noluit dicere.

b ¶ Naturabi.Idest diuina, qua auctrice in tempore innocentiæ, creatum est matrimonium, de vo.c.1.li.6.& illo iure ipsa etiã animorum coniunctio orta est,quam violare nõ licet,& vide Io.And.de fri.literæ,in glo.no.sacrarum.

c ¶ Bonorum.Facit quod no.gl.& super illa Io.And. in ca.cum in tua,qui ma.accusa.pos.in gl.fi.

d ¶ Nunquid.Vide Io.And.de proc.tuæ.super gl.1.& per doct.maxime Sal.in l.5.C.de adult.

SVMMARIVM.

1 *Pars huius decretalis vbi.*
Cum conuersis nouiter ad fidem ecclesia dispensat in matrimonio cum relictis fratrum contracto, & quando,nu.2.
Infirmatio hic qualiter sumatur.
2 *Dispensatio conceditur aliquando ad præterita, non futura vt hic.*
3 *Additio glossarum.*

CAP. VIIII.

1 Deus qui. Aliàs is qui.& † pars huius de vi.& ho.cle. Deus,qui, & de pœ.& remiss. Deus qui.& breue est,ponens dispẽsationem ecclesiæ cum nouiter conuersis, vt vtantur matrimonio cum relictis fratrum contracto secũdum l.Mosaycam[Ritus]sic & ritus Græcorũ,supra de bapt. licet,de tempo.ord. quòd translationem [Infirmationem]i.debilitatem in fide, Phi. vel.i. fragilem ruditatem,quare de facili turbari possent, secundum Hostiẽs. [Contractis] ante baptismum. Pet. [vtantur] post baptismum.Pet.& Abb.[sine prole]duo ergo requirebantur, scilicet quòd frater defunctus esset, & sine [a] prole. [Mosaycam]deutero.25.Ruth.4.D.[prohibentes] di-
2 spensatur † ergo in contractis tolerandis,sed non in cõtrahendis.Go.fi.supra de consec.ecc.vel alta.aqua.Ho
3 stien.& de iureiuran.quemadmodum.¶ In † glo.2.ibi, olim]& ibi nota,ꝙ illi duo patres habebant carnalem, & legalem,& de computatione Matth.& Lucæ[& in fine]36.d.§.Ioannes.

ADDITIO.

a ¶ Sine. De alijs,qui contrahunt in 2 vel 3.gradu, vel alijs l.canonica tantum prohibitis,permissum erat, de consanguin. & affin.de infidelibus,qui fi.sunt l.gaudemus,& supra cap.proxi. in princ.

SVMMARIVM.

1 *Continuatio tituli.*
Capitula quæ pertineant ad primam, quæ ad secundam partem eius.
2 *Tit.ulo commententia quæ extra ipsum.*

De donationibus inter virum, & vxorem, & de dote post diuor. restit. Rubrica.

1 ¶ Facto † diuortio vir mulieri restituere debet dotem, & mulier viro donationem propter nuptias. ideo post tractatum de diuort. &c. dicebat Hostiens.accidit plerunque, quòd coniuges constante matrimonio sibi donant adinuicem purè & sine causa, aliquando ob causam, & quia celebrato diuortio, de quo præmissum est in proxima rubrica,de his donatio.refertur quæstio,ponenda fuit rubrica de dona. inter vir. & vxor. ad quod pertinet,infra c.si.1.respon.& de dote post diuor.re.ad
2 quod pertinent omnia alia iura huius tit.conuenit † rubricæ de consuet.c.pe.de iureiuran.cum contingat, de emp.& ven.peruenit,de pigno.ex literis,de conuer.côiu.ex publico,versi.ita quòd,de coniugio seruo.ca.2.in fin.decre.prima de adult.non facit ad titulum,facit autem lib.6.de iureiuran.licet,de hære.decreuit.

SVMMARIVM.

1 *Epilogus, & suffragium glossarum nu.2.*
Dotem restituere damnatur maritus, inquantum facere potest,totam verò alij,sed non procedit indistinctè,n.nu.3.& 4.qua actione repetatur,cum matrimonium est nullum,nu.3.eius fructus retinentur pro rata alimentorum in resulta contractus,nu.4.
Restituendi vocabulum cum à lege profertur, etiam fructus sunt restituendi,licet de eis nil dicatur.
4 *Priuilegium, quatenus facere quis possit, quando transeat ad extraneos.*

CAPVT I.

1 Mulieres. Breue est. summa, diuisione, vel glo.non egens.¶ Glos. † 1.distinguit inter scientem, & ignorantem,signat contrarium,& ibi remittit.¶ Secunda glos. 1.declarat textum,secundo quærit,arguit pro,soluit distinguendo.¶ Tertia pars respon.per quæstionem,quid de expensis,quam etiam soluit distinguendo; tunc re-
2 spondet per contrarium.¶ In † glo.secunda ibi,si cum] si cum procura.viri agitur de dote, si fit condemnatio viuo marito,damnatur,inquantum facere potest.Idem in defensore,qui tamen mortuo marito damnatur insolidum[& ibi,in cõdemnatione] cum verbũ, Restituas, à lege profertur, etiam si de fructibus nil dicatur, fru-
3 ctus sunt restituendi.¶ In † gloss.2.ibi,alias inquantũ] hæc glo.est contra textum,qui dicit totam dotem restituendam,& glo. dicit,ꝙ non totam.quare verius videtur,ꝙ ille putatiuus maritus separato matrimonio propter consanguinitatem, vel aliam causam, qua nullum appareat, non habeat hoc beneficium. nam ponendo mulierem ignaram,vt sequitur in glos.iura plus fauent mulieri,quam viro, & meritò: quia rem dedit, vel pretium numerauit.& tractat de damno vitando, infra eodem nuper,ff.de priuile.cre.l.2.§.fi.& l.seq.ff.solu.matrim.l.1.Item nõ subest aliqua causa beneficij: quia nõ est matrimonium,ille non est maritus,nec illa vxor.Itẽ non est dos,nec actio de dote locum habet, sed condictio ob causam, vel sine causa, vt not. infra eodem de prudentia, in glossa prima, cessat ergo maritalis reuerentia, de qua loquitur §.cum autem, quem allegat gloss. cesset ergo beneficium, de appellat. cum cessan-
4 te.cum concor.[& ibi; facere potest] si verus † maritus fuisset, intellige tempore rei iudicatæ, & non transit hoc priuilegium ad hæredes extraneos,eod.titul. l.maritus, & l. sequent.[& ibi,non valet] secus in priuilegio.

ex contractu, puta pro socio, vel simili, vt dixi in præd.
c. Odoardus, super si. vltim. gloss. (& ibi, ante matrimo
nium) vel post diuortium (& ibi, dotis fructus) & ibi no.
nunquid impubes, quæ dedit fundum in dotem, & resi-
lijt, repetens fundum, & fructus, repellatur pro rata ali-
mentorum, & in Spec. eo. §. 2. ver. quid si mulier (& ibi,
salubriter) adde, quod ibi not. (& ibi, & hoc) scilicet
quod dicit text.

S V M M A R I V M.

1 *Matrimonio soluto cogitur vir dotem restituere, & bona diui dere, quæ communiter obuenerunt, & quando, nu. 2. & 4. in fine.*
Proles est legitima ex eo, qui viri loco tenebatur, suscepta.
2 *Diuortium fieri solenniter debet.*
Soluitur quid, vt factum est.
Coniugum quisque sibi, non alteri acquirit, præterquam in casibus, nu. 4. §. fin.
De temporalibus papa se intromittit duobus casibus hic.
3 *Epilogus, & additio glossarum. nu. 4.*
Franciæ consuetudo inter coniuges.

C A P V T II.

1 Significauit. Casus. Soluto † matrimonio
cogitur vir dotem restituere,
& bona diuidere, quæ com-
muniter obuenerunt. & sunt duæ partes. 1. ponit dupli-
cem mulieris querelam. 2. causæ cõmissionem, ibi. Ideo
que [Loco viri] h. d. quia, ex quo apparet impedimentũ
canonicum, patet, ꝙ non fuit vir, sed loco viri habitus
communi opinione, propter quod à crimine excusatur,
& proles est legitima, quod dic, vt de clande. despon. c.
2 vlt. [Solenniter] sicut † ergo solenniter fieri debet con-
iunctio, sic & diuortium, qui fil. sint legi. perlatum. Host.
[Illicitè] cum de iure quilibet, quod suum fuit, debeat
recuperare, infra cap. si. respon. [Possessiones] sup. & res
alias [Communiter] aliàs de iure communi, vnusquisq;
coniugum sibi tantum; & non alteri acquirit, secũdum
Innoc. vt patet instit. per quas perso. §. ex his itaque, &
præ. [Habuerunt] intromittit se papa de possessionibus
forte per denunciationem, vel omnia hæc sunt accesso-
3 ria matrimonij. Vinc. ¶ Glo. 3. dat 4. exempla. ¶ Vlti.
4 glo. respondet per ob. cui dat simile. ¶ In † glo. 1. ibi. §.
ibidem] vide de restit. spo. c. 1. super gl. 1. [& ibi, ex mor
te [vide infra c. vlt. in vlt. gloss. [& ibi, cum putarem] vi
de de pur. vulg. c. 2. super gl. 1. ¶ In gl. 2. in fine] sic 13.
q. 2. c. 1. 16. q. 3. c. 1. sic interdum cõuertitur. 8. dist. quo
iure, in prin. ¶ In glo. 3. in fi.] vel doli, vel iusiurandi ex-
ceptio. ff. ad exhibẽ. in hoc, §. ibidem. Host. ¶ In gl. vlt.
ibi, empta] vel fuerunt simul instituti hæredes, vel lega
tarij [& ibi, & hoc constat] Idem no. de restitu. in integ.
constitutus. vel respicit loci consuetudinem. Tan. Vinc.
Innoc. qualis est in Frãcia, secundũ Host. vbi quicquid
alter coniugũ acquirit constante matrimonio, est com-
mune, & celebrato diuortio per medium talia diuidũt.

S V M M A R I V M.

1 *Ad matrimonij causam delegatus, si ferat sententiam diuortij, pronunciare debet dotem restitui.*
Accessorium venit commisso principali.
Ecclesiasticus iudex duobus modis tractat causam bonorum temporalium, nu. 2.
De spirituali incidenter etiam non cognoscit iudex secularis.
2 *De hæreditate an iudex ecclesiasticus possit cognoscere propter matrimonium & ei accedat.*
3 *Dos quibus casibus non restituitur, & quando secus, numero 5. in princ.*
Quando repetatur constante matrimonio, num. 5. §. 1. & qua actione repetatur, nu. 6. intra quod tempus restituatur, vnde ea cognoscat ecclesia, ibid. §. 1. & supra nu. 1. & 2.
4 *Epilogus, suffragium, & additio glossarum, nu. 5. & 6.*
Dies, pro anno.
Coram ecclesiastico iudice facilius, & melius litigatur.

C A P V T III.

1 De prudentia. Casus. Delegatus. † ad
causam matrimonij, si fe
rat sententiam diuortij,
pronunciare debet dotem restitui. & duo facit. 1. ponit
delegatorum reprehensibile factum. 2. illud emendari
præcipit, ibi, Quia igitur [Distulistis] & malè, sup. de cõ-
iu. seruo. c. 2. Vinc. [Accessorie] ad hoc de re iudi. acces-
sorium, libr. 6. an sit idem in proc. dato ad causam ma-
trimonij, vt tractare possit causam dotis, dixi supra de
offic. deleg. cum olim 1. super gloss. 2. Ratione igitur in-
cidentis, & accessorij cognoscit ecclesiasticus iudex de
temporali dote, & hæreditate, qui fi. sint legi. per tuas.
& cap. ex tenore: secus, si spiritualis incidit coram secu-
lari iudice, de or. cog. tuam. Scripsit autem hic Innoc.
2 quòd † quamuis propter matrimonium cognoscat de
dote, non tamen de hæreditate, qui fi. sint leg. lator, &
cap. causam. 2. Maior enim est coniunctio inter matri-
monium, & dotem, sine qua non consistit, infra capit. 1.
quàm inter filios, & hæreditatem, sine qua filij esse pos-
sunt, vel quia exhæredantur, vel quia hæreditatem adi
re nolunt. Fatetur autem Innoc. iudicem ecclesiæ posse
partem compellere, ne ratione illegitimi matrimonij,
quem super hæreditate molestet, qui fi. sint legi. cap. 1.
putat etiam principaliter iudicem ecclesiasticum pos-
se de dote cognoscere, cũ ad ecclesiam specialiter spe-
ctet defensio dotium, inf. eod. nuper: non tamen retra-
ctaret sentẽtiam secularis iudicis latam super dote, nec
secularis sententiam iudicis ecclesiastici super hæredi-
tate, vt si conuentus coram iudice ecclesiastico taceat
exceptionem fori. 4. q. 6. pulsatus, nisi aliud dicatur ra-
tione feudi, vt no. de iudi. cæterum, de fo. compet. c. an-
tepen. dicit Host. quicquid dixerit Innoc. quod matri-
monium est sine dote, sed dos nunquam sine matrimo-
nio. nec est secundum eum tantum consideranda præ-
dicta comparatio, sicut alia omissa, vt sicut dos sine ma
trimonio esse non potest, sic nec admitti debet proposi
ta à filio petitio hæreditatis ab intestato, nisi ex legiti-
mo matrimonio genitus sit, & si legitimus, ergo hæres,
qui fil. sint le. quod nobis. accedit ergo matrimonio hæ
2 reditatis petitio, sicut & dos, ad quem ergo spectat co
gnitio matrimonij, ergo & dotis, & hæreditatis, si de le
3 gitimatione sit quæstio [Diffinire] an dos ꝓ mulieri de-
beatur, vt quia bona fide nupsit, supra capit. 1. an quia
mala fide nupsit, applicanda sit fisco, vt ibi no. aut quia
adulterium cõmisit, perdat dotẽ, infra ca. proxi. sm. T.
4 ¶ Glo. † 1. quærit, & soluit, secundo dicit, quando resti-
tuatur dos ſm vetera & noua iura. ¶ Gl. 2. 1. probat do-
tem, & eius causam accessoriã matrimonio, & eius cau-
sæ & hoc si incidit: secus, si principaliter mouetur. secũ-
5 do quærit, & soluit. ¶ In † gloss. 1. ibi, l. vlt.] licet videa-
tur repetitionem non dari; quia in pari causa &c. tamen
quia pecunia non stupri, sed matrimonij causa daba-
tur, competit condictio [& ibi. l. 1.] vide de preca. capi.
secundo gloss. 2. ¶ In gloss. 2. ibi. l. 2.] vide de iudici. in-
telleximus, super gloss. prima, (& ibi, quoties) hanc vi-
de in decreta. penult. statim alleg. in pen. glos. & lex se-
quens ponit casum, quem ibi habes in textu (& ibi, vbi,
& l. se.) constante matrimonio, cum vir minus idoneus
est, mulier agit pro dote, & etiam hypothecariam in-
tentat contra possessores bonorum mariti (& ibi, mu-
tus, §. primo,) constante matrimonio mulieri nõ perdi-

turę dos redditur, vt se, & suos alat, vel in emptionē prę
dij conuertat, vt patrem relegatum alat, vel virum egē
tem, fratrem, vel sororem [& ibi, quemadmodum, §. 1.]
constituitur dos traditione rei dotalis facta filio, vel ser
uo, tamen ex periculo mulieris, donec pater, vel domi-
nus ratificet. & ob hoc etiam matrimonio constante,
res, quas tradidit, condicit [& ibi, l. vna] vide de fide-
6 ius. cap. fi. super gloss. 2. ¶ In † gloss. a ibi, sine causa] vel
b alia. Lau. scilicet ob causam, b Phi. sed illa erat priuile-
giata, sicut actio de dote. argumen. ff. de pecu. ex facto,
ff. de priuileg. credi. l. 2. Lau. ff. si quis cautis eum, §. qui
iniuriarum, & supra de voto, magnę, §. cum igitur. Host.
& idem Guil. in Specu. eo. tit. §. fi. ver. sed si matrimo-
nium [& ibi, prima die] idest primo anno tertiam, secū-
do anno aliam tertiam, & tertio aliam tertiam. ¶ In
gloss. 2. ibi, vel quia] sup. non constante [& ibi, innuit] &
supra c. proxi. [& ibi, consuet. ecclesię] etiam principa-
liter, secundum Innoc. supra de pigno. c. ex literis. & est
hoc facilius & melius mulieribus litigare coram iudice
ecclesiastico. ad hoc, de for. comp. cū sit, & c. ex tenore.
secundum Host. [& ibi, procedere] an possint exequi,
vide quod dixi de offic. de leg. significasti, in gl. penul.
cum suis remis. [& in fine] facit de app. cum appellatio
nibus, lib. 6. & quod ibi no. C. de fruct. & litium expen.
l. terminato.

ADDITIONES.

a ¶ Hæreditatis. Quomodo hoc fiat, difficile est practicare: curris autem faciliter. vide Io. And. de ord. cogni. tuam, in gloss. verum communem.

b ¶ Ob causam. Vide gl. in l. 2. & ibi Bart. de Saly. C. de condi. ob causam, & ibi no. etiam quod sequitur. facit quod statutum super dote habet locum in quasi dote.

SVMMARIVM.

1 Dotem repetere quando non liceat uxori, iuncto contextu, nu. 2. & 6.

Viri voluntas æquiparatur iudicio ecclesiæ hic.

2 Adulterium an possit opponere hæres mariti contra mulierē petentem dotem.

3 Epilogus, & suffragium glossarum, num. 4.

Res iudicata non obstat veritate manifesta.

Sententia quo casu faciat ius, ext. fin.

5 Additio glossarum.

Si status idem reddatur, ius idem redit.

Donatum propter nuptias restituitur vxori, & an adulteræ.

6 Matrimonium si probetur nullum, an dos repeti possit ab ea, quæ ipsum amisit ob separationem propter fornicationem.

CAPVT IIII.

1 Plerunque. Breue est [Propria † voluntate] ipsius mulieris timentis forsan
virum, vnde non dicitur spolia-
ri, nisi veniens admissa non fuerit. de hoc supra tit. 1. si-
gnificasti, vel propria voluntate viri. 32. quæstio. 1. di-
xit dominus. & secundum hoc argum. iudicium eccle-
się, & voluntatem viri in hoc ęquiparari, de hoc supra
tit. 1. porrò [Repetere] Valerius lib. 8. cap. 2. narrat, q
Marius virum, qui impudicam vxorem duxerat, vt lu-
craretur dotem, illa repudiata propter adulterium, coe
2 git dotem reddere [Non valebit] an hæres † mariti cō-
tra mulierem ab eo petentem dotem possit opponere
adulterium, vide in Spec. eo. §. fi. ver. quid si mulier a-
git, & de excep. §. dicto, ver. item quęre, ecce. ¶ Gloss.
3 † 3. obijcit, & dupliciter soluit. ¶ Vlt. gloss. quęrit, alle.
pro & contra, & iterum proponit opin. T. & contrariam
4 Lau. quam approbat. ¶ In † gl. 3. ibi, si uxor. in fine] ui-
de de adul. c. fi. super gl. 1. ¶ In glo. 4. ibi, l. vlt.] vide de
concess. præben. literas, super gloss. ult. ¶ In gl. ult. ibi, si
fullo] vide in pri. decr. 2. de pur. vul. super glos. 1. [& ibi
auunculos] l. vlt. est. vide supra c. proxi. super gloss. 1. [&
ibi, C. de re iudic. l. 1.] rei iudicatæ statur. sed si probo il
lum, cui condemnatus sum, recuperasse, quod furto vi-
debatur amisisse, contra ipsum agentem iudicati me
tuebor exceptione doli [& ibi, vxori. 2.] si vsufructum le
gatum vxori hæredes concesserunt, post biennium pro-
nunciatur illicitum fuisse matrimonium, quod præteri-
to tempore mulier fructus nomine perceperat, ab ea re-
petitur, & alia litera ibi habet, quod non repetitur, & lo
quitur de ignorante, vt ibi not. l. 1. vide de preca. c. 2. su
per gloss. 2. [& ibi, cum putarem] vide de purg. vul. c. 2.
super gl. 1. [& ibi, siue in prin.] si iudex eum, qui filius est
pronunciat filiū, sententia facit ius [& ibi, qui in iniriæ]
vide de senten. exc. cum voluntate, super glo. 1. [& ibi,
l. penul.) vide vt lit. non conte. quoniam, super glos. per
famam [& ibi, si vxor. §. 1.] vide de iureiu. quemadmo-
5 dum, in gl. 5. ¶ In † glo. ad quod, ib., pœnitentiam] vel
baptismum [& ibi, remisit] ver. ius redit vt pridem, cū
status redditur idem, Ala. Vinc. ¶ In glo. 1. donationē,
ibi, tenetur] vxori, non adulteræ, de adultera verò dic
vt in auct. vt li. ma. & aui. §. si de adulterio, & C. de adul
6 te. aucten. sed hodie. ¶ In † glo. vlt. ibi, dotem mulier],
Idem, si cum alio viro habuit balneum, de hoc 81. dist.
nō oportet [& ibi, cum effectu] casum conuersum no. Ac
cur. C. de repu. consensu. l. cum separato matrimonio
propter consanguinitatem vir vult dotem retinere, pro
pter præcedēs adulterium mulieris, & tenet q non, per
§. si verò ab initio, in auct. de nupt. ibi etiam, & C. de iu
re do. si dotem verò, nūquid pater, qui dedit dotem pro
filia, nec stipulatus est illam dotem, illam perdat pro-
pter adulterium mulieris, & de hoc in Spe. eod. tit. §. fi.
ver. sed nunquid adulterium. glo. præ. tenet q sic, & im-
putet sibi pater, quod nō fuit stipulatus sibi. Din. q aut
pater viuit, & filia est in potestate, aut nō, per l. 2. §. qua
re si voluntate, ff. so. mat. per quem, §. dicit quæstionem
hanc terminari (& ibi, sine causa) vt dixit Inn. per con-
dictionem sine causa, dos talis repeti non pōt. subest e-
nim causa dotis retinendæ, s. sententia lata, vel per a-
dulterium saltem mente commissum [& ibi, vt Tan.) T.
nō dixit hoc simpliciter, sed dixit. Ego dico, q si in prio
ri iudicio super matrimonio, & dote fuit sententiatum,
nec sit per appellationem reuocata sententia, tunc per-
dere debet dotem. Si vero in priori iudicio nil actum
fuerit de dote, ex quo per sententiam constat, matrimo
nium nullum fuisse, ergo nec fuit dos, nec adulterium,
ergo nec perditur quod tanquam dotem dedit, præci-
pue, quia pœnæ sunt molliendæ, de pœn. dist. 1. pœnæ, &
melius sit fauere repetitioni, quam aduētitio lucro, ff.
de reg. iu. nō dēt. dixit Vin. post Tan. Ego dico, q mul-
tum sibi prçiudicat vir, qui post separationem, & lucrifa
ctionem dotis contendit nullum fuisse matrimonium,
& resticat quęstionem iam sopitam de dote. ex hac opi
nione Vinc. insurgit distinctio, aut post diuortium tori,
vir prouocat ad diuortium vinculi, aut mulier, aut ter-
tius, vt dixi, qui matri. accusa. pos. super rubrica (& ibi,
si vxor, §. 1.) idem Gos. Phi. Inno. & Host. per hanc l. vbi
dicitur, quod nec matrimonium, nec spem matrimonij
violare licet. & bene facit quod no. infra capit. vltim.
in gloss. 1. quod dixi de coniug. seruo. cap. 2. in fine, &
concor. Bart. Brixien. in quæstione domini. mulier quæ
dam, & est 63. (& ibi, vit debet) quod intelligas, vt not.
supra vt lit. non contest. capitul. 1, gloss. (& ibi, posset
committi) Hostiens. summabat has causas quatuor.
prima res iudicata, ex quo non fuit appellatum. se-
cunda. ne sit melior conditio delinquentis, contra
id, ff. de donationibus inter virum, et vxorem, l. ter-
tia, §. primo, de prebendis cum qui, libro sexto. tertia,
quia in pœnis delictorum plus inspicitur opinio, quam
veri-

veritas, vt decre. nuper. quarta, quia mulieres ad recu-
perandam dotem conarentur per falsos testes probare
impedimentum, & talibus obuiandum est, supra titul.
primo, quanto. §. per hanc. ad hanc solutionem facit in
auten. de restitut. & ea, quæ pa. in 11. mense. §. vnum
siquidem, col. 4.

S V M M A R I V M.

1 *Varium quod est non summatur.*
Facti species, ver. Rex Legionen.
2 *Hispani dotant vxores.*
3 *Fideiussio, vel pignora non valent data, ne discedatur à matri monio.*
4 *Dos an & quando restituenda, declarata nullo matrimonio propter impedimentum, & nu. 9. §. 2. & nu. 7.*
Rerum amotarum quo casu non possit agi, in fi.
5 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Pœna incestus propter ætatem, & sexum remittitur, in fi.
7 *Gradus cognationis quis notorius.*
Iuris error etiam fœminis nocet, exceptis casibus.
Regni quæ sunt, alienari nequeunt, in fi.

C A P. V.

1 Et si necesse. Propter † varias lecturas,
de quibus infra dicetur, nó
summatur. ponit autem hic
mandatum præmissa triplici ipsius causa, quarum pri-
ma consistit in facto, reliquæ in iure. 2. ibi, Cum castra.
3. ibi, Ne autem. Rex Legionen. cum filia regis Castel-
læ secundo gradu sibi attinente de facto contraxit, &
quædam castra fortissima amittenda, si alioquo casu
eam dimitteret, ex causa forsan donatio. propter nu-
ptias, tradidit, quæ præstabant impedimentum huic il-
licitæ copulæ dissoluendæ. dicitur, q̃ nec dos, nec dona
tio propter nuptias occasione talis matrimonij dari
potuit. vnde castra non tam ob turpem, quàm ob nul-
lam causam data fuerunt, nec debet in commodum ce
dere, quod potius retorquendum est in pœnam. ideò iu
bet papa, quòd ad prædicta castra restituēda prædicta
puella censura ecclesiastica distringatur, secundum Ho
stien. & remittit Abb. ad id, quod de hoc facto dixerat
2 supra de restit. spo. olim. 2. [Dotem] de † consuetudine
Hispanorum, qui dotant vxores, secūdum Vinc. & Abb.
[Eam] filiam regis Castellæ [Ipsa] castra [Eius] s. puel-
3 læ. Cum † autem liber debeat esse matrimonialis con-
sensus, dixit Host. non valere fideiussionem factam, vel
pignora data, per quæ consensus coactus inducitur. vi-
de quod de pigno. plenè dixi de sponsalibus, Gemma
[Impedimentum] facti: quia rex Legion. non libenter
dimittebat hæc castra [Ne] supr. si aliud diceremus, &
4 castra penes puellam remanerent. Host. [Restitui † vo
lumus] sit pro ratione voluntas, secundum Azo. Hu. &
Iaco. B. secundum quos talia confiscanda erant per iu-
ra quæ alleg. glo. vel legitimis filijs cedunt, & hoc, quā
do scienter contrahunt, nec est aliquis minor. C. de in-
ces. nup. qui contra, & autē. incestas, Pla. dixit, quòd si
sciat sponsa hoc impedimentum, nihilominus repetit
id, quod occasione matrimonij datum fuit, per tres le-
ges alleg. in princ. gloss. Opiniones Io. & Tan. ponit gl.
sed in eo, quod dixit Tan. hoc factum pro bono pacis,
resistit Hostiens. per mentem huius, cum per hoc videa
tur posse minus pacificari, assumente enim rege Legiō.
occasionem, quia non restituuntur castra. rex Castellæ
assumit, q̃ quia restituuntur, pacta non seruantur, & fi-
lia contemni, & vituperari videtur, etiam si dicas pa-
cta fuerunt contra iura. & si moueatur rex Castellæ, non
tamē debet moueri. hoc faciat pro eo, quia in pari cau-
sa turpitudinis &c. infra de reg. iur. in pari, cum suis cō
cor. lib. 6. propter quæ dixit Hostiens. quod papa hic ex
certa scientia approbat sententiam Pla. & ne percute-
ret de hac proxima ratione, dixit non tam ob turpem,
quàm ob nullam, & ne locus esset distinctioni ignoran-
tiæ dixit, ne ad commodum ei cedat &c. denotans per
id scientiam. In dissensionibus verò est opinioni papæ
credendum. de hoc supra qui fil. sint le. per venerabi-
lem, ver. cuius sententiam. & hoc intelligit in gradibus
canonica l. prohibitis; sed quò ad gradus iure gentiū,
natura. siue diuina l. prohibitos, posset locum habere
sententia Azon. saluo quòd ibi nulla possit ignorantia
prætendi. ff. de adult. si de adulterio. §. stuprum, & §.
fratres, nisi forsan occasione ritus. de hoc supr. titul. 1.
gaudemus. sed quamuis sponsus obijcere non possit de
a iure fisci, [a] vt hic, fiscus tamen poterit, quando placue-
rit ius suum repetere: quia nec ei per hanc sententiam
præiudicium generatur, de capel. mo. capit. 2. dixit In-
nocen. quòd castra da. pro seruatione matrimonij, quæ
loco pœnæ data erant, repetuntur: quia nec pœnā pro-
misisse licuit, de sponsa. Gemma. & si dicas, cum data
essent nomine arrharum, potuerunt retineri, Cod. de
spons. mulier. 1. respon. & 1. §. respondetur id verum in
sponsalibus licitis, in illicitis secus, vt ea. l. dicitur. vlti-
mo dixit, quòd bene applicantur fisco, quia rex Legio.
fiscum habebat. hoc vltimum non placuit Hostiens. q̃
fiscus, qui deliquit, habeat hoc ius fisci. ad hoc eod. ca.
[Puellam] contra hanc non posset agi rerum amotarū.
5 ff. re. amo. si concubina. Lau. Vinc. ¶ † Vltim. gloss. ar-
guit, allegat tres leges. in contrarium alias tres. ponit
opin. cui obijcit per hoc cap. secundò ponit opi. Io. ter-
tio opin. T. vltim. dat aliam solutionem. ¶ In gloss. 2.
ibi, si stipulatio] vide hanc & se. de iureiur. tua nos, su-
per gloss. 2. [& ibi. l. 1.] vide de preca. capit. 2. super glo.
2. [& ibi pacta] quæ vide de pactis. capit. fin. in gloss. 2.
[& ibi, auunculo] vltim. l. est. vide supra capitulo 3. su-
per gloss. prima. ¶ In gloss. 3. ibi, siue] vide de fi. de hoc,
super vltim. gloss. [& ibi, itaque fullo] vide de collu. ca.
3. super vlti. gloss. ¶ In gloss. vlti. ibi, auunculo] de hac,
& l. C. vide supra gloss. secunda [& ibi, præfectus] alias
perfectus, si præfectus, vel tribunus cohortis, vel equitū
contra interdictum prouinciæ, in qua gerebat officiū,
duxit vxorem, matrimonium non tenet: consequitur ta
men mulier, quod sibi in testamento relictum erat, si-
cut & cum nubit tutori. Item pecunia, quam in dotem
dedit, hæredi ipsius restituitur (& ibi, cum hic status. §.
vlt.) si senator cum libertina, vel tutor cum pupilla, vel
alias prohibitus contraxit, etiam donatio in sponsali-
bus facta applicatur fisco (& ibi, si aduersus) dissolu-
to illicito matrimonio, exactioni dotis locus nō est (&
ibi, si ignorans) le. 3. est, quam vide, qui filij sint le. c. pe.
super vlt. glo. (& ibi, qui contra) vide supra e. cum inhi-
bitio, super glo. & ita (& ibi, si filium) vide de accu. nul
li, super gl. 2. & ibi de tutela) vide qui ma. ac. po. vide-
tur, super gl. 2. (& ibi. §. stuprum, & §. fratres, & §. ince-
stum) interest errore iuris matrimonium illicitum con-
trahatur contra leges, et ius gentium, vt cum cōsangui-
nea, an contra leges tantum, vt cum adoptiua. Item pœ
na incestus propter ætatem remittitur, & mulieribus er
rantibus in iure, vt §. fratres. & propter illicitam matri
monij coniunctionem excusari solet incestus sexu, vel æ-
6 tate, vt §. incestum. ¶ in ‡ glo. ex hoc auunculo) vbi de
hoc (& ibi, poterant) notorium enim erat in Hispania,
& propter eos prohibuerat copulari. Vin. (& ibi, gra-
dum) s. in secundo, vt patet in an. vnde non poterat non
esse notorium, sup. tit. 1. porro (& ibi, repetitio) hæc opi.
posset esse vera, quando error esset in facto, vt quia pro-
babiliter credebant dispensatum. vnde & in materia q
dam legistæ distinguunt, aut inter consanguineos, vel
affines contracta sunt sponsalia tantum, aut etiam nu-
ptiæ.

ptiæ. primo casu non confiscatur dos, vel donatio, sed repetitur per condictio. sine causa, vt præ. l. auunculo. & facit quod no. in cle. de consang. & affin. eos qui, in glo. non punit. secundo casu aut contrahentes sciebant, & tunc est locus confiscationi, vt in l. qui contra. aut ignorabant, & tunc si fuit ignorantia iuris, locus est confiscationi etiam in fœmina, cum etiam fœminis iuris error noceat, nisi in casibus exceptis. C. de iur. & fac. ignor. l. nec passim. si fuit ignorantia facti improbabilis, idē, vt in l. qui contra. si vero fuit probabilis, excusat. hæc vera, nisi in errore iam cœpto post, quam apparuit, perseueratum fuerit. & facit 34. q. 2. cum per bellicam, & quod dixi, qui fil. sint legi. per venerabilem, ver. præterea, & supra de coniug. seruo. proposuit, & c. si. & de præben. si beneficia, lib. 6. [& ibi, castra] quę etiam erant regni, secundum Vin. vnde alienari non poterant. sup. de iureiur. intellecto. adde quod dixi in textu.

S V M M A R I V M.

1 *Iuris plus in alium etiam in vxorem non potest quis transferre, quam ipse habeat, & qui sint huiusmodi hic, & nu. 2. 4.*
2 *Ad hæredes qui transferre quod non possit.*
3 *Contra iustitiam nec precibus calamitosorum oportet illachrimari.*
Docere mulierem quibus liceat.
4 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
5 *Additio glossarum.*
Feudum potest ad tempus alienari.

C A P V T VI.

1 Nuper à nobis. Casus. Vsufructuarius † rei sine consensu domini donans rem ipsam vxori propter nuptias, non transfert in eam plus iuris, quam ipse habebat. Idem in eo, qui sub conditione adueniente habet rem in hæreditatem, vel feudum. & sunt tres principales partes. prima ponit duas quæstiones. secunda ibi, Nos autem, ipsarum solutiones, respondens rationi contrariæ. vtraq; subdiuiditur, quod per se patet. in fine quandam correctionem, vel instructionem submittit ibi, illud vero [In † hæreditatem.] i.
2 non ita, vt ipse posset vendere, & distrahere, & in ea succederent legitimi filij, sicut in alia sua bona [Feudum] perpetuum. Host. [Quoad vixerit] vt esset quasi vsufructuarius, sm Inn. [Concesserit] idē in qualibet alia alienatione. Vin. [Et tenere] cum sit factum pactum de lucranda dote: alias non esset quæstio [Legitima] sm veritatem, vel sm opinionem, sm ea, quæ no. s. qui fi. sint legi. per tuas, & c. ex tenore. Host. [Hęreditatem] ita q̄ nō posset alienare, nec hæredē in illis instituere, vt præcedentia, & sequentia innuunt sm Host. [Quadam parte] nō est vis in quota, vel in tota [Possit] nisi hoc faciat ex vi pacti, siue concessionis, vel iudicis, vel iuris auctoritate. & sic nullā recipit instantiā illa regula, sm Ho. [Prædicto modo] s. donec vixerit [Relinquere] post mortem ipsius viri [Voluerit] à principio. vel ex post facto, sup. de his, quę fiunt à prę. cū vos [Nam licet] rūdet ad id, qd dictum fuerat, q̄ ecclesia dotes viduarum protegere
3 debet. nam licet &c. [Contra iustitiam] nec † enim precibus calamitosorum ꝯ iustitiam illacrimari oportet. ff. de offi. præsi. obseruandum. Hos. [Illud verò] sic continua, dixisti tu quæreus in consul. q̄ vir dederat vxori dotem, sed impropriè locutus es. illud enim &c. bene tñ, vt dixit Inn. liceret marito, & cuicunq; alteri de re sua mulierem dotare propriè sumendo dotē. de hoc s.
4 c. proxi. ¶ † Gl. 5. circa Bro. alle. 4. concor. & duo contraria, & soluit. ¶ In gl. 1. ibi, si patri] mortuo patre vsufructuario filius in vsufructu non succedit. ¶ In gl. 5. ibi, traditio] hanc, & duas seq. vide in c. cura, super vlt. glo. ¶ In gl. antep. ibi. §. si voluntate] vide de eo, qui mit. in pos. c. 2. super 3. gl. [& ibi, permiserit] si creditor permisit vendi pignus, & debitor donauit, non nocet consensus secus, si in dotem dedit [& ibi. ff. si in venditione] vi
5 de de lit. conte. c. vno, super gl. 1. ¶ In † gl. pe. ibi. l. vna] vide in c. ex tenore, super gl. 2. ¶ In gl. 2. in fin.] Io. ff. de rei ven. quæ de tota. Hos. ¶ In gl. vlt. 1. ibi, nō est nouū] de elec. suffraganeis, de conse. di. 4. solet [& in fi.] idem
a no. de iure patro. cura, & 1. q. 1. [a] c. 1. ¶ In gl. sic habes, ibi, alienari] causa dotis, non alias, secundum Innocen. imò & alias, ex quo non in perpetuum, secundum Hostien. qui remit. ac præ. vi. suas, querelam.

A D D I T I O.

a ¶ l. quæstio 1. Vide glo. & Io. And. in c. nemo potest plus iur. de reg. iur. libro sexto.

S V M M A R I V M.

1 *Marito vergente ad inopiam pro dote satisdatio peti potest.*
2 *Species facti.*
3 *Apostoli dari debent appellanti à iudice, à quo.*
Ecclesiasticus iudex potest impetrari à paupere contra laicū.
4 *Clericus non potest obligare ecclesiam suam etiam pro dote.*
Rescriptum an valeat tacita veritate, & quando.
Mentionem facere in eo de quibus debemus.
Idonea cautio qua, & nu. 9. §. 2. & nu. 13.
Fideiussores dare nec diuitibus facile.
6 *In modico non sequimur regulam iuris.*
Dos quandoque datur in lucrum, & cui, & cur, cui dandum an viro, an vxori, nu. 7. eius seruandæ fideiussor non datur, nu. 9. vbi debet esse, ibid. in fi.
Eam quis quando non debeat habere, n. 10. 11. quando repeti possit ob inopiam viri, n. 11. quæ habeat priuilegia, ibid.
De ea vir ali debet, ibid. in fi.
Pro ea fideiussores quando admittantur. nu. 12.
Lucrum quod intelligatur.
7 *Dilapidatori quid non committitur nec eum satisdatione.*
8 *Vxorem etiam indotatam vir tenetur alere, & qualiter.*
Eius mutua, vel pœnas, vel expensas, excepto casu soluere.
9 *Epilogus, & suffragium glossarum.*
Parapheruaha vir non administrat uxore prohibente, nu. 11.
Fœnerari pecuniam procuratori non licet, & quando tutori liceat. §. textio.
10 *Additio glossarum, nu. seq.*
De spoliatione quo casu non liceat accipere.
13 *Crimen suum alienis commodis impendere quis nō debet, in fi.*

C A P V T VII.

1 Per vestras. C. Marito † vergente ad inopiam pro dote satisdatio peti potest, sm Abb. cōis diuisio. secunda ibi, cum ergo. prima ponit causæ delegationem, actoris petitionem, rei exceptionē, & declarationem, iudicum interlocutionem. secunda ponit duas causas mandati alternatiu, quod inter illas interserit.
2 dicebat † Host. Henricus pauper contra magistrum R. super dote sibi nomine cuiusdam mulieris promissa à sede Apostolica literas impetrauit: sed quod tacita veritate impetratæ sunt, opponitur. oppositio specificatur, & per iudices, q̄ petens cauere sufficiēter debeat de dote reddēda, interlocutoria datur, & forsan appellat, Per papam super hoc, qd fieri debeat, prouidetur [Lite-
3 ras] forte † apostolorum datorū appellanti, qd fieri dēt per iudicē, à quo appellatur, infra de appellationib. ab eo, & c. vt super, li. 6. vel forte cū pauper conquereretur de

de iniusta sententia,conuenerunt partes quòd iudices
consulerent papam[Auctoritate nostra]i.literarum no
strarum pro paupere impetratarum: forte reus erat cle
ricus,vel quia actor pauper erat, & miserabilis, à sede
Apostolica etiam contra laicum potuit impetrare, ar.
87.dist.§.1.& cap.1.[Quam] pecuniæ summam[Vxo-
ris]forte sororis,neptis,vel consanguineæ ipsius R. vel
forte ipsius fuerat cócubina[Obligauerat]autem se ad
4 dotem, ecclesiam † tamen suam,si clericus erat,obliga-
re non poterat.supra de arbi.c.3.ſm Host.[Tacita]i.de
sententia consulum, vt sequitur, videtur ergo, quod re-
scriptum non valuit,supra de rescrip.super literis.C.sen
tentiam rescin.non posse.l.fi.dicit Hostien. q nihilomi
nus appellari potuit, vel saltem relatio fieri, vt supra di
ctum est. Inno.dixit,quòd non fuit appellatum,nec fuit
necesse fieri mentionem de priori snia, per quam reus
non absoluebatur perpetuo,sed tantum, quousq; mulie
ri caueretur;nec obstabat sententia huic petitioni, sci-
licet q mercatori traderentur.hoc non placet Hostien.
sed secundum eum dic vt supra. Dicit autem aliquos di
xisse,q isti iudices nullam repeciunt iurisdi.sed hic pro
cedunt auctoritate huius secundi mandati.sic sup.c.3.
de iudi.quia Vinto.sed dicit Host. q pronunciatio fuit
expresse contra ius constitutionis. C. de fideiuss. dot.
le.2.& infra no.& ideo nulla fuit sententia. ff.de app. si
expressim.C.quando prouo.non est ne.le.2. supra de iu
